APPARATUS
CRITICUS ET EXEGETICUS
AD
DEMOSTHENEM
IO. OBSOPOEI, HIER. WOLFII,
TAYLORI,
ET
IO. IAC. REISKII
ANNOTATIONES TENENS.

COMMODE IN ORDINEM DIGESTUM
ALIORUMQUE ET SUIS ANNOTATIONIBUS
AUCTUM

EDIDIT

GODOFREDUS HENRICUS SCHAEFER.

TOMUS IV.

LONDINI
APUD BLACK, YOUNG ET YOUNG
MDCCCXXVII.

Demosthenes
...

[opera] ...

Vol. VII

APPARATUS
CRITICUS ET EXEGETICUS

AD

DEMOSTHENEM

VINC. OBSOPOEI, HIER. WOLFII,
IO. TAYLORI

ET

IO. IAC. REISKII
ANNOTATIONES TENENS.

COMMODUM IN ORDINEM DIGESTUM
ALIORUMQUE ET SUIS ANNOTATIONIBUS
AUCTUM

EDIDIT

GODOFREDUS HENRICUS SCHAEFER.

TOMUS IV.

LONDINI
APUD BLACK, YOUNG ET YOUNG
MDCCCXXVII.

I. TAYLORI

AD

ORATIONEM DEMOSTHENIS

CONTRA ARISTOCRATEM

PRAEFATIO.

Bene mehercule ab Aristocrate illo factum, quod, cum hac rogatione Charidemum ornare voluit, locum dedit illustrissimae quaestioni et graviter et perutiliter a Demosthene tractandae. Perutiliter sane, cum ea causa tot leges sapientissimae reip. earumque luculentam tractationem nobis nostrisque usibus conservaverit, quot in pari ambitu orationis vix alibi produci, nedum exponi aut elucidari videas. Aegre feret lector noster eruditus, se a me admoneri, quantum ad hanc orationem recte intelligendam conferant doctissimi viri et de iure hoc nostro praeclare meriti, S. Petitus LL. Attic. L. VII. Tit. 1. cum adnotationibus eruditissimi amicissimique Wesselingii, Claud. Salmasius de Modo Usurarum C. XVII., Heraldus denique Animadv. in Salmas. L. IV. C. V.

Ab hoc Criticorum pari, Salmasium intelligo et Heraldum, cum multa acriter et erudite utrinque disputantur, quae ad causam Aristocrateam pertingunt, tum illud inprimis, quod istius causae pene summam non mediocriter afficit: nimirum, cum in sua rogatione scripserit Aristocrates: QUICUNQUE CHARIDEMUM INTERFECERIT, EUM EX OMNIBUS GENTIBUS, QUAE FOEDERE ET AMICITIA CUM P. A. CONIUNCTAE FORENT, *ΑΓΩΓΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ*, quid per illud ἀγώγιμον necessario sit intelligendum, scilicet quid cuivis in eum hominem liceret, qui Charidemum leto dederit. Fuisse ἀπαγωγὴν in iurisprudentia Attica, istius iuris periti probe norunt: norunt etiam, quid sibi velit et qualiter exercenda. Nimirum *iniecta manu reum in ius ducere*, *ut ibi legitimum supplicium de eo sumatur:* praeterea nihil. Atque in hoc, credo, consentiunt, qui in omnibus fere aliis dissentire inter se videntur. Attamen, si Demostheni credas,

ex hac Aristocratis rogatione sequeretur, inclementius omnino et indignius tractari potuisse eum, qui Charidemum interfecerit, quam communi isto ἀπαγωγῆς ritu in quemvis alium ordinario erat statutum. Ita enim ille p. 631, 13.: ἔν γε τῷ ποιεῖν ἀγώγιμον πάνθ', ὅσα ἀπείρηκεν ὁ νόμος, δέδωκας, χρήματα πράξασθαι, ζῶντα λυμαίνεσθαι, κακοῦν, ἔχοντα αὐτὸν ἀποκτιννύναι. Haec quam aliena sint, vides. Quam absonum hoc, ut aliud scilicet in suasione Aristocratea exprimeret vox ἀπάγειν, aliud in communi istius populi νομοθεσίᾳ? Comminiscitur ergo Salmasius commentum, in quo sibi maxime placere videbatur, differre nimirum ἄγειν et ἀγώγιμον ab eo, quod dicitur ἀπάγειν et ἀπαγώγιμον: illud esse *vi domum cruciandum*, si ita videretur, hoc *iure ad magistratum puniendum* ducere; et tulisse porro Aristocratem extrema illa et durissima. Id tamen omnino falsum est. Graeci ἄγειν et ἀπάγειν promiscue et indifferenter, sicut Latini *ducere* et *abducere*, dicunt, ut pluribus ostendit Heraldus. Neque porro Aristocrates tantum cuique licere sua rogatione voluit. Non ea erat istius inclementia, quam in hac oratione insectatur Demosthenes, verum alia omnino. Insimulabatur enim potissimum, primum, quod, cum leges nihil permittant nisi in eum, qui in iure legitime convictus fuerit, Aristocrates scripsit licere etiam in indemnatum: secundo, cum istud ἀπάγειν neque in damnatum competebat, modo ab Atheniensium ditione abstineret, id Aristocrates voluit fieri extra Atticum territorium etiam in indemnato. Quod autem addidit de contumeliis iis et iniuriosa usque ad necem tractatione, id suo more exaggerat, oratorie potius quam iuridice, ῥητορικῶς, non πολιτικῶς, et est luculentissimum argumentum istius violentiae, in qua tantum dominatur Demosthenes. Et in ea sententia video esse Ulpianum in σχ. ad hanc orationem. Ἀγώγιμον] οἱ μὲν εἰρήκασιν ἐπὶ κρίσει· ὁ δὲ ῥήτωρ ἐκ τῆς ἀσαφείας εἰς ὃ ἐβούλετο μετήγαγεν, ἐπὶ θανάτου λέγων. Alibi: ἔν γε τῷ ποιεῖν ἀγώγιμον] τῷ ἀγωγίμῳ πανταχοῦ σοφίζεται. Rursus: αὐτὸς [Demosthenes] ὡς ἐφ' ὁμολογουμένοις ἔλαβεν αὐτὸν ἀγώγιμον ἐπὶ θάνατον· ὁ δὲ Ἀριστοκράτης ἔφασκεν, ἀλλ' ἐπὶ κρίσει. Similiter Scholiastes Hermogenis pag. 110. καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, ἐν οἷς φησιν, ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, ἀγώγιμος ἔστω. ὁ μὲν γὰρ τὸ ἀγώγιμον ἐπὶ θανάτῳ λέγει εἶναι, ὁ δὲ ἐπὶ κρίσει.

Haec habui praefanda seu complananda potius in aditu *orationis luculentae*, ut scribit vir doctissimus, *et multis antiquitatis reliquiis instructae*. Quae cum tanta sit commendata utilitate, non minorem habet elegantiae et decoris laudem. Dionysius Halic. §. 45. de vi Demosth. ἐκ δὲ τῶν ἐναγωνίων αὐτοῦ λόγων, ὁπόσοι πρὸς δικαστήρια γεγόνασιν ἢ πρὸς ἐκκλησίας, τεκμαίρομαι, ὅτι ταύτην τὴν γνώμην ὁ ἀνὴρ εἶχεν. ὁρῶ γὰρ αὐτὸν, εἴ ποτε λάβοι πράγματα χαριεστέρας δεόμενα κατασκευῆς, πανηγυρικὴν αὐτοῖς ἀποδιδόντα τῆς λέξεως ἁρμονίαν, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους

πεποίηκε λόγῳ, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, μάλιστα δ' ἐν οἷς τὸν περὶ τῶν νόμων ἀποδίδωσι λόγον καὶ τὸν περὶ τῶν φονικῶν δικαστηρίων, ἐφ' ἧς χρείας ἕκαστον τέτακται. Item Theo Progymn. pag. 5. *οἱ γοῦν κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων εἰσὶν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται. λέγω δὲ τόν τε περὶ στεφάνου καὶ τὸν κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους. ὀλίγον γὰρ διήνεγκεν, εἰ μὴ νόμον, ἀλλὰ ψήφισμα Ἀριστοκράτης ἔγραψε.* Atque etiam inter *τῶν δικανικῶν καλλίστους* locat Hermogenes p. 376. edit. Crisp. *τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους καὶ τὸν ὑπὲρ στεφάνου.* Exemplar *τοῦ δικανικοῦ χαρακτῆρος* nominat eius Scholiastes pag. 74. Cuius item alibi sententia est, quam et sua quoque confirmavit Aristides Rhetor, in ea elucescere utramque ideam, tam quae deliberativo, quam quae competit iudiciali sermoni. Neque eo solum ornatu orationis exaratur, verum etiam summo studio reip. Quod olim observavit Panaetius philosophus de orationibus Ctesiphontea, Aristocratea, Leptinea et Philippicis apud Plutarchum in Vita auctoris nostri.

Habita erat, eodem Plutarcho teste, iuxta id temporis, quo illas etiam habuit, c. Androtionem unam et alteram c. Timocratem. *Τῶν δὲ δημοσίων ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους ἑτέροις ἐγράφησαν, οὔπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος· δοκεῖ γὰρ δυοῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονὼς ἐξενεγκεῖν τοὺς λόγους ἐκείνους.* Verum hoc quidem aut vero saltem proximum, quod ait de Leptinea et Timocratea: serius tamen aliquanto haec contra Aristocratem, Olymp. scilicet CVII. 1., cum Demosthenes aetatis ageret annum trigesimum, si Dionysio Halic. fides. *Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ* (nempe Aristodemo praetore, qui fuit eo anno, quem designavimus) *καὶ τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους ἔγραψε λόγον Εὐθυκλεῖ τῷ διώκοντι παρανόμων τὸ ψήφισμα.* Epist. ad Ammaeum §. 4.

Quis autem fuerit iste Euthycles, cuius in gratiam haec scripserit Demosthenes, penitus ignoratur, et iuxta quis fuerit ille Aristocrates, qui hic insimulatur. Certum interea est errasse Scholiasten Aristophanis ad Aves 126., cum ait, fuisse Aristocratem Scellii F., qui in bello Peloponnesiaco multa egregia facinora edidit. Epichares enim, qui per haec tempora orationem habuit adv. Theocrinem, Demosthene scribente, Aristocratem istum Scellii F. vocat avunculum avi sui, ut mirum sit, si haec concordare possint. Neque porro profecto verisimile est eundem fuisse impetitum ab Aristophane in fabula, quam dedit Olymp. XCI. 2., et a Demosthene in oratione, quam habuit Olymp. CVII. 1.

Cum nonnulla sint in hac oratione, quae alibi apud Demosthenem leguntur, ut olim adnotavimus, praecipuum est, quod multa hinc transtulit ad orationem, quae inscribitur *περὶ συντάξεως*: de qua re non leve aliquod in notis ad istum locum infra observavimus.

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM I. ORATIONIS CONTRA ARISTOCRATEM.

P. 618. v. 5. Ἀθηναῖοι] οἱ Ἀθηναῖοι Bavaricus. REISK.

P. 618. v. 5. αὐτοῖς] αὑτοῖς Bekkeri Berolin., quam sequitur Dindorf. SCHAEFER.

P. 618. v. 7. τοιοῦτον] Vulg. τοιοῦτο. τοιοῦτον Bavaricus. REISK.

P. 618. v. 8. τῆς Ἀθηναίων] Vulg. τῶν Ἀθηναίων. τῆς Ἀθηναίων Bavaricus. REISK.

P. 618. v. 10. ἀγόμενον] Vulg. ἀγώγιμον. Sic Bavaricus quoque, sed cum superscripto ἀγόμενον, quod est in Felic. REISK. Conf. p. 620, 13. SCHAEFER.

P. 618. v. 10. ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης] [ἢ πολίτης ἢ ἰδιώτης.] Quasi vero οἱ ἰδιῶται πολῖται non essent. F. ἢ πολίτης ἢ ξένος vel σύμμαχος potius. In altero argumento mentio fit Athenodori civis et Simonis ac Bianoris sociorum. Sed quid, si pro πολίτης legas πόλις? Et hoc ego in vertendo secutus sum, nec repudio coniecturam. WOLF. Bene sane, et in posteriori hac crisi officio suo probe functus est. Ita in lege hac ipsissima, quae recitatur in Oratione pag. 651, 8., iterum peccatum est in libris inferioris notae, editis scriptisque, ἐὰν δέ τις ἀφέληται ἢ πολίτης ἢ ἰδιώτης, ubi ex nostrorum optimis iterum rescribendum est πόλις. Nam, si haec auctoritate indigere viderentur, quanquam probe sciam non indigere, ecce noster de hac eadem causa p. 647, 10. ἐὰν δέ τις ἀνθρώπων ἢ καὶ ὅλη ἡ πόλις τοσούτοις νομίμοις — βοηθήσῃ καὶ τὸν ὑβριζόμενον — ἀφέληται, ἔκσπονδον ἔγραψεν εἶναι. Mendum hoc vidit et sustulit H. Stephanus T. I. Thes. Gr. L. col. 1642. TAYLOR. Manifeste legendum ἢ πόλις, ut p. 620, 13. Vid. pag. 647, 10. ἐὰν δέ τις ἀνθρώπων ἢ καὶ ὅλη ἡ πόλις — βοηθήσῃ. IURIN. Vulg. ἢ πολίτης ἢ ἰδιώτης. REISK. Plato Gorg. p. 507. D. HSt. ἢ ἰδιώτης ἢ πόλις. ubi eadem diversitas scripturae. SCHAEFER.

P. 618. v. 12. τῷ] τοῦ Bavaricus. REISK.

P. 618. v. 12. χρησάμενος] χρώμενος Bavaricus. REISK. Bene χρώμενος Bekker. SCHAEFER.

P. 618. v. 12. εἶναι τὸ ψήφισμα παράνομον] παράνομον εἶναι τὸ ψήφισμα Bekker. SCHAEFER.

P. 619. v. 2. ἀπὸ τῆς αἰτίας] Forte πρὸ τῆς αἰτίας vel ἄνευ τῆς αἰτίας. Quam lectionem confirmare videntur verba [p. 625, 23.] καὶ παραβὰς τὸ τί πράττοντα εἰπεῖν etc. WOLF. Male. Accusatur Aristocrates, non quod poenam statuerit ante criminationem, (neque enim statuerat,) verum quod poenam immediate sequi voluit criminationem, quod iudicium praeterierit et quaestionem: μέσον γάρ ἐστιν αἰτίας καὶ ἐλέγχου κρίσις, ut dicitur pag. 631, 24. Et in ea causa loquitur Demosthenes, ad cuius normam sapere contendit Libanius, τὴν τιμωρίαν εὐθὺς ἀπὸ τῆς αἰτίας γεγραμμένην, *immediate, nullo iudicio interposito.* Ita pag. 640, 27. ἀλλ' ἀπ' αἰτίας εὐθὺς ἡ τιμωρία γέγραπται. Et pag. 645, 11. ἀλλ' ἀόριστον αὐτὴν εἰπὼν τὴν αἰτίαν, καὶ μετὰ ταῦτ' εὐθὺς προσγράψας ἀγώγιμον εἶναι. Et pag. 647, 18. καὶ τοῦτον εὐθὺς ἄνευ κρίσεως κολάζει. Et pag. 648, 15. πρὸ τοῦ δίκην ἀξιῶσαι λαβεῖν εὐθὺς ἔγραψεν ἀγώγιμον εἶναι. Similiter pag. 692, 1. ὁ πρῶτος νόμος ἄντικρυς εἴρηκεν, ἄν τις ἀποκτείνῃ τινά, τὴν βουλὴν δικάζειν· ὁ δέ, ἄν τις ἀποκτείνῃ, εὐθὺς γέγραφεν ἀγώγιμον εἶναι. TAYLOR. Vertit Wolfius: *et vindictam ante crimen contineat scriptam.* Potius: *et poenam sub ipsam criminationem subiungat.* Nimirum, si quis Charidemum occidisset, eum comprehendendi, abducendi, mulctandi pecunia vel etiam interficiendi hac lege lata cuilibet ius fiebat, nulla iudicum cognitione praemissa, iurene an iniuria, casu an consulto occidisset. Vide pag. 629. 633. Malim vero ἀπ' αὐτῆς αἰτίας. IURIN. πρὸ τῆς αἰτίας Interpres. Vide tamen p. 640. pen. et nil muta praeter versionem. MARKLAND.

P. 619. v. 4. γὰρ] Post h. v. φησί inseruit Bekker. SCHAEFER.

P. 619. v. 5. δὲ καὶ] Istud καὶ ex edit. Felic. Quod agnoscit etiam Barocc. Et recte sane. Nam haec est *et* tertia quaestio, (Charidemi scilicet merita,) quae in hac oratione tractatur. Initium autem sumit a pag. 667, 22. TAYLOR. Vulg. δέ. δὲ καὶ etiam Wolfiana. REISK.

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM II.

P. 619. v. 8. *ἙΤΕΡΑ ὙΠΟΘΕΣΙΣ.*] Morelius e Codd. Parisiensibus hoc argumentum edidit primus, cuius etiam apographum teneo ex optimo Vindobonensi, unde non vulgaria derivavi ad emendanda Moreliana. TAYLOR.

P. 619. v. 10. *μία*] I. q. *τις*. Scholiastes ad Homer. Il. XIV. 295. *τῶν εἷς γιγάντων*. V. not. ad Longi Pastor. p. 399. Graecitatis esse labentis vere monet Valckenarius Adnotatt. ad N. F. p. 347. SCHAEFER.

P. 619. v. 10. *διήκουσα διὰ* —] *porrecta iuxta* —. Notanda locutio. SCHAEFER.

P. 619. v. 15. *ξένων*] *ξένον* edit. Paris. SCHAEFER.

P. 619. v. 17. *στράτευμα ξένων*] Modo, scilicet v. 15., dixit *στράτευμα ξένον*, qualiter et hic quoque scribitur in Cod. Vindob. TAYLOR.

P. 619. v. 21. *τὴν Ἀθηναίων οὖσαν*] F. *τῶν Ἀθηναίων οὖσαν*. SCHAEFER.

P. 619. v. 21. *καὶ τελευτήσας* — *μερίσαιτο*] Codex Vindob. praestantissimus ita: *καὶ τελευτήσας κατέλιπε υἱὸν Κερσοβλέπτην, ὃς μετά τινῶν δύο Βηρισάδου καὶ Ἀμαδόκου τὴν βασιλείαν ἐμερίσατο*. TAYLOR.

P. 620. v. 4. *θετὸν πολίτην*] Perrarus usus adiectivi *θετὸς* de peregrino civitatis ius adepto. SCHAEFER.

P. 620. v. 5. *τοῖς δὲ*] Absurde, quia sequitur *αὐτοῖς*. MS. noster *γνοὺς δὲ*. Atque ita deinde scribas. TAYLOR. Bekkerus: „An forte *γνοὺς δὲ ὁ Χαρίδημος*?" Fugerunt virum egregium notae Taylori. SCHAEFER.

P. 620. v. 6. *Ἀριστοδήμου*] Recte Interpres vertit: *Aristomachum*. Vide pag. 624, 26. TAYLOR.

P. 620. v. 7. *καὶ ὅτι οὐκ ἐπιβουλεύεται*] Delenda videntur *καὶ* et *οὐκ*. Redditur nempe ratio, quare indigeat Charidemus praesidio Atheniensium, scilicet quod insidiis appetatur. IURIN.

P. 620. v. 10. *ὑπειλημμένος*] Cum aliquid desiderari hic vidit Wolfius, subiecit vocem *ῥήτωρ*: *Ἀριστοκράτης* — *τις Ἀθη-*

ναῖος, ῥήτωρ ὑπειλημμένος. Duriuscule. Codex noster *ΕΓ* ὑπειλημμένος. Ita in Oratione p. 623, 4. κακονούστατον ἀνθρώπων καὶ πολὺ τἀναντία, ἢ προσῆκεν, ὑπειλημμένον. TAYLOR. In illa Codicis Vindob. scriptura vide ne lateat ἐπειλημμένος, ut subaudiatur τούτου (ταύτης τῆς προφάσεως), *sumto hinc praetextu.* SCHAEFER.

P. 620. v. 16. Θάσιος] Wolfius coniecit Θριάσιος, non inscite. TAYLOR. Θριάσιος. MARKLANDUS.

P. 620. v. 22. τῆς ἀξίας — πολλάκις] Cod. Vindob. τῆς ἀξίας ἑκάστου πολλάκις τῶν λαμβανόντων, sine ὑφ'. Quod melius. TAYLOR. Plane supervacaneum τὸ ὑφ'. IURIN. Vindobonensis scriptura ita videtur probanda, ut πολλάκις quo nunc loco ponatur: nam referendum est ad προτιμᾶσθαι. SCHAEFER.

P. 620. v. 24. ἐπίδοξοι] ἔνδοξοι praefert Wolfius. MS. ὅταν στρατηγοὶ τυγχάνωσι καὶ ἐπίδοξοι. TAYLOR.

P. 620. v. 24. εὐεργετῶσιν] F. εὐεργετήσειν. SCHAEFER.

P. 620. v. 25. καὶ Κερσοβλέπτου — ἔχων] Forte ὁ Κερσοβλέπτου στρατηγὸς καὶ ἀδελφὴν αὐτοῦ ἔχων. MARKLAND. Pro ὁ ἀδελφὴν habet MS. ὡς ἀδελφήν. Malim: ὁ Κερσοβλέπτου στρατηγὸς καὶ ἀδελφὴν αὐτοῦ ἔχων. TAYLOR. Bekkerus: „καὶ Κερσοβλέπτου στρατηγὸς ὁ] Malim articulo transposito ὁ καὶ Κερσοβλέπτου στρατηγός." SCHAEFER.

P. 620. v. 26. ἐν τῷ] Ita coniecit Wolfius, et Moreliana lectio sine dubio est mendosa, ἐν τὸ. Aut igitur Wolfium sequere, aut cum MSto Vindob. lege ἐν τοῖς. TAYLOR. Hoc quis non praeferat? SCHAEFER.

P. 620. v. 28. ὑπόθεσιν] In Codice, quo usus est Morelius, post hanc vocem parvula erat lacunula, quam Wolfius ex ingenio suo ita supplere voluit: — ὑπόθεσιν. ταύτην δὲ ἐπιπλέκων κ. τ. λ. Vel hoc demum pacto: — ὑπόθεσιν τὴν περὶ Χεῤῥονήσου. ἣν ἐπιπλέκων κ. τ. λ. MS. vero Vindobonensis sic: ἑτέραν ἐξεῦρεν ὑπόθεσιν ἐκ τῆς οἰκείας δεινότητος, ἵνα ἐπιπλέκων ταράττῃ τὸν ἀκροατὴν κ. τ. λ. TAYLOR. Bekkerus: „ὑπόθεσιν] Addendum ἥν." Vindobonensis sequendus. SCHAEFER.

P. 620. v. 28. ἐπιπλέκων] Mox ἐπέθηκεν p. 621, 5. SCHAEFER.

P. 621. v. 1. σχήματι] κτήματι Wolfius, ad quem ritum interpretatur. TAYLOR. Vertit Wolfius: *fundi reipublicae.* Potius: *praetextu reipublicae.* Nisi malis κτήματι, sicuti vocatur Halonesus in Argumento Orationis de Haloneso. IURIN.

P. 621. v. 1. ὡς οὖν ἀμφοτέρων, κ. τ. λ.] MS. ὡς οὖν ὄντα ἀμφοτέρων, τοῦ τε Κερσοβλέπτου, καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων. Βουλόμενος τοῦτον ἀποτυχεῖν τῆς δωρεᾶς Δημοσθένης κ. τ. λ. TAYLOR. Haec satis placent, si deleatur plena interpunctio ante βουλόμενος. Conf. p. 620, 25. 27. SCHAEFER.

P. 621. v. 2. καὶ τοῦ δήμου] F. κατὰ τοῦ δήμου. Etsi malim

inversum ordinem hoc modo: τοῦ τε Κερσοβλέπτου καὶ τοῦ Χαριδήμου βουλομένου κατὰ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων ταύτης ἐπιτυχεῖν —. WOLF.

P. 621. v. 3. καὶ βουλομένου — ἐπιτυχεῖν] Vix ullum sensum hinc extundas, nisi, deleto καὶ, rescribas βουλομένων Χαρίδημον ταύτης ἐπιτυχεῖν, ut referatur τὸ βουλομένων ad praecedens ἀμφοτέρων. IURIN.

P. 621. v. 8. Κερσοβλέπτης πάλιν] Bekkerus: „Praestat fortasse Κερσοβλέπτῃ: adverbium om. pr. F.“ SCHAEFER.

Secundo Argumento Taylorus subiunxit tertium, de quo sic vir doctissimus: „Hypothesis ista, quemadmodum earum plurimae, quae post Libanium leguntur, Ulpianum habet auctorem, ut pluribus ostendere possum. In editionibus Aldina, Feliciana et Manutiana Argumenti vicem sustinet. In Moreliana non divellitur a scholiis, quorum portio iure censeri debet.“ Atque haec causa est cur in nostra editione non legatur. Sed cum Reiskius in Apparatu dederit quae ad tertium hoc Argumentum in Taylori editione annotata sunt, ne annotationes usu careant, textum e Parisina editione transscriptum hoc loco ponere placuit. Haec igitur Pseudo-Ulpianus: Διπλοῦς ὁ λόγος, καθάπερ καὶ ὁ κατὰ Τιμοκράτους. ἔχει γὰρ τὴν τῶν παρανόμων διπλῆν ὑπόθεσιν τὴν κρινομένην [1]). ἔχει δὲ καὶ ἑτέραν ἐπεισενηνεγμένην τὴν κατὰ τὴν Χεῤῥόνησον. ἔστι δ', ὡς ἂν εἴποι τις, κατὰ τὴν ὁμοιότητα ἀνταγώνισμα [2]) ὁ παρὼν λόγος τῷ περὶ τοῦ στεφάνου λόγῳ. ἀλλ' ἐκεῖ μέν, ὅτι ἄξιός ἐστι δωρεᾶς [3]), ἀγωνίζεται Κτησιφῶν· ἐνταῦθα δὲ Εὐθυκλῆς Ἀριστοκράτην ἐγράψατο φάσκων παράνομον εἶναι τὸ

---

1) ἔχει γὰρ τὴν τῶν παρανόμων διπλῆν ὑπόθεσιν τὴν κρινομένην] [Ita ordinantur in editis.] Verba et hic et in Enarratione Ulpiani transposita sic collocanda sunt: ἔχει γὰρ διπλῆν ὑπόθεσιν, τὴν τῶν παρανόμων, τὴν κρινομένην· ἔχει δὲ καὶ ἑτέραν. Haec lectio haud dubie vera est, neque necesse est τὸ διπλῆν mutari in ἰδίαν, *peculiarem*. WOLF. Vertitur: *habet enim, eamque duplicem, legum violatarum hypothesin, de qua disceptatur.* Verti oportebat: *habet enim duas hypotheses, alteram legum violatarum, de qua disceptatur.* Nec enim insunt in Oratione tres hypotheses, quarum duae ad leges violatas, tertia ad Chersonesum pertinet, sed omnino duae, altera violatarum legum, altera Chersonesi. IURIN.

2) ἀνταγώνισμα] Siquidem personam Demosthenis spectes, utriusque Orationis auctorem: sin Aeschinis et Euthyclis, συναγώνισμα erit. Uterque enim contendit, hic Charidemum, ille Demosthenem corona indignum esse. WOLF.

3) δωρεᾶς] Addit Wolfius omnibus superioribus ὁ Δημοσθένης. TAYLOR.

ψήφισμα, καὶ ὅτι [4]) οὐκ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς ὁ Χαρίδημος. δηλοῦται δὲ ἡ στάσις, ὅτι πραγματική ἐστιν, ἔγγραφος, εἰ δεῖ κυρωθῆναι τὸ ψήφισμα, ἢ μή. εἰσὶ δὲ τοῦ λόγου κεφάλαια τρία, τὸ δίκαιον, τὸ νόμιμον καὶ τὸ συμφέρον. καὶ τὸ μὲν δίκαιον καὶ νόμιμον ἐνέπεσε κυρίως ἐκ τῆς ὕλης τῶν πραγμάτων, τὸ δὲ συμφέρον ἐκ περινοίας [5]) τοῦ ῥήτορος. καὶ κατηγορεῖ τῷ μὲν νομίμῳ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον· ὅτι δέκα νόμους παρέβη, ὧν οἱ μὲν ἑπτὰ φονικοὶ, οἱ δὲ τρεῖς πολιτικοί. τῷ δὲ δικαίῳ, ὅτι πολλάκις ὁ Χαρίδημος ἠδίκησε τὴν πόλιν, καὶ οὐ δίκαιον δοῦναι αὐτῷ τὴν τοιαύτην δωρεάν. τίθησι δὲ καὶ τὸ συμφέρον ἐκ περινοίας τοῦ ῥήτορος οὕτως· ὅτι σκοπήσατε οἵῳ τρόπῳ παρελήφθη καὶ ποίῳ [6]) ἐδόθη ἡ Χεῤῥόνησος. δῆλον ὅτι ἐλήφθη τοῦ Κότυος βασιλεύοντος, ἐδόθη δὲ μερισθείσης τῆς βασιλείας εἰς τρεῖς. νῦν οὖν ὑμῶν παρεχόντων τῷ Χαριδήμῳ τὴν τοιαύτην δωρεὰν, ἐὰν βουληθῇ ὁ Κερσοβλέπτης τοῖς ἄλλοις πολεμῆσαι βασιλεῦσιν, οὐχ ἕξει τὸν ἐναντιούμενον. ὁ γὰρ Ἀθηνόδωρος Ἀθηναῖος ὢν οὐκ ἐθελήσει φονεῦσαι τὸν Χαρίδημον διὰ τοὺς Ἀθηναίους. πάλιν ὁ Σίμων καὶ ὁ Βιάνωρ σύμμαχοι ὄντες ἤτοι πολῖται οὐδ᾽ αὐτοὶ ἐθελήσουσι Χαρίδημον διαχρήσασθαι. εἰ δ᾽ οὗτοι μὴ ἐναντιωθῶσι τοῦ Χαριδήμου στρατηγοῦντος τῷ Κερσοβλέπτῃ, ἐρημωθέντων τῶν ἄλλων βασιλέων καὶ φονευομένων, γενήσεται μονοκράτωρ ὁ Κερσοβλέπτης, καὶ οὐδὲν αὐτὸν κωλύσει λαβεῖν τὴν Χεῤῥόνησον. οὐκ ἔστιν οὖν τοῦτο τὸ κεφάλαιον ἐκ τῆς ὕλης τῶν πραγμάτων κυρίως, ἀλλὰ τοῦ φεύγοντός ἐστι [7]), λέγοντος, ὅτι συμφέρει ὑμῖν τὸ λαβεῖν τὴν Ἀμφίπολιν, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. ὅτι δὲ ἐκ περιεργίας [8]) τοῦ ῥήτορος ἀνέπεσε τὸ κεφάλαιον, δῆλον ἐκ τοῦ κατὰ Κτησιφῶντος Αἰσχίνου. τοιαύτης γὰρ οὔσης κἀκεῖ ὑποθέσεως, ὁ μὲν Αἰσχίνης διὰ πενίαν συνέσεως [9])

---

4) *ὅτι*] Restitui ex editis. TAYLOR.

5) *ἐκ περινοίας*] F. *ἐξ ἐπινοίας*. Facile enim *ἐπὶ* in *περὶ* mutatur et e contrario. Sed et illud (*τὴν περίνοιαν*) *τέχνασμα, μηχανὴν, τέχνην, περισσὴν νόησιν* exponunt Graeca Lexica. Post *ἐκ περιεργίας τοῦ ῥήτορος* eodem sensu dicit. WOLF. *ἐκ περινοίας* mox recurrit. SCHAEFER.

6) *ποίῳ*] Ita editi. Wolfius *οἵῳ*. Porro ex iisdem accuratius et exactius: *δῆλον δὲ, ὅτι ἐλήφθη τοῦ Κότυος μὲν βασιλεύοντος, ἐδόθη δὲ μερισθείσης* etc. In Wolfio istud *μὲν* desideratur. TAYLOR.

7) *τοῦ φεύγοντός ἐστι*] Quomodo? Charidemi opera in potestatem Atheniensium esse redigendam Amphipolim, nunciasse Aristomachum, infra dicit. Ergo *τὸ συμφέρον* affert Aristocrates occupationem Amphipoleos: alterum *συμφέρον* Euthycles, Chersonesi retentionem. WOLF.

8) *ἐκ περιεργίας*] F. *ἐκ περινοίας*. WOLF. Wolfius: *ex lascivia Oratoris*. Potius: *ex diligentia Oratoris* omnia circumspectantis et comminiscentis. IURIN.

9) *διὰ πενίαν συνέσεως*] Atqui Aeschines negat, esse e rep. improbum oratorem et malum civem coronari, quod et dedecus susceptura sit civitas, et alii cives futuri deteriores. Iacturam alicuius provinciae

καὶ δεινότητος ἔνδειαν οὐκ εὐπόρησε θεῖναι τὸ συμφέρον [10]), ἀλλὰ τὴν ἁπλῆν ἠγωνίσατο, ὡς ἁπλούστερος· ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ ἔξωθεν προσεπενόησεν ἐκ τῆς τέχνης καὶ τῆς δεινότητος συμμαχίαν λαβεῖν. διὰ τοῦτο καὶ τρίτον κεφάλαιον ἐκίνησεν ἐν τῷ λόγῳ, τὸ συμφέρον. προοίμια δὲ τοῦ λόγου ἐστὶ τρία· τὸ μὲν πρῶτον ἐκ πράγματος, ὅτι μεγάλα τὴν πόλιν ἀδικουμένην ὁρῶν τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐνεστησάμην. ἐν ᾧ καὶ τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς Χαρίδημον μὲν κρύπτει [11]), ἔχειν δὲ ἀηδῶς πρὸς τὸν Ἀριστοκράτην διορίζεται· ἐξ οὗ βλαβήσεσθαι ἔμελλεν οὐδέν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν προφανὴς ἀγὼν πρὸς Ἀριστοκράτην, ὁ δὲ κρυπτόμενος πρὸς Χαρίδημον, διὰ τοῦτο τὸ μὲν κρυπτὸν ὡς ἀνύποπτον, περὶ δὲ τοῦ ἐμφανοῦς διαλέγεται. τὸ δὲ δεύτερον ἐκ προσώπου τοῦ λέγοντος εἴληπται· ἐπειδήπερ ἰδιώτης τυγχάνων πρᾶγμα τηλικοῦτον δείξειν ἐπαγγέλλομαι, προσήκει πάντας ὑμᾶς συναγωνίσασθαί μοι. τοῦτο δέ φησιν διὰ τὸ φοβεῖσθαι, ὅτι ἰδιώτης τυγχάνων πρὸς δημαγωγοὺς καὶ στρατηγὸν ἀγωνίζεται. πόῤῥωθεν γὰρ αὐτῷ τὸ ἀνύποπτον κατασκευάζει διὰ τῆς δοκούσης ἁπλότητος. τὸ δὲ τρίτον ἀπὸ προσώπου τοῦ Χαριδήμου, δι' ὅνπερ ὁ λόγος. δέδοται γὰρ ὑμῖν †) θεώρημα λύειν τὰ ἀντιπίπτοντα πάντα ἀπὸ τῆς ἀξίας, ἐπειδὴ κατὰ ἐνδόξου προσώπου τοὺς λόγους ποιούμεθα. τοῦτο καὶ Ἀριστείδης ἐν τῷ Περικλεῖ πεποίηκεν. ἔστι δ' ἐν μέσῳ τοῦ προοιμίου τοῦ τρίτου συστροφή τις ἐνθυμηματική· εἰ μὲν δὴ τοῦτο μέγιστον Ἀριστοκράτης, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐπειδὴ γὰρ κατ' ἀρχὰς τοῦ προοιμίου διέβαλε τὴν ὑπόληψιν Χαριδήμου, ἐφοβήθη μὴ τὴν ἐξ ἀκολουθίας ἀπόδειξιν τῆς δυσνοίας ὁ ἀκροατὴς ζητήσῃ, ἣν ἔλυσε, νῦν μὲν σπεύδειν ἐπὶ τὸ κατὰ Χεῤῥόνησον προσποιησάμενος, ὕστερον δ' ἐρεῖν τὴν δύσνοιαν ἐπαγγειλάμενος. ἐπειδὴ δὲ ἔμελλεν ὁ ἀκροατὴς θαυμάζειν, τί δήποτε ψηφίσματος κατηγορίαν ποιούμενος παρανόμων Χεῤῥονήσου κατὰ τοὺς ἀγῶνας [12]) μέμνηται, ἐν καταστάσει προκατατί-

---

afferre qui potuit, cum fortasse nullam tum haberent Athenienses, aut, ut haberent, coronatio illa nihil ei incommodaret? Dicere autem, Macedonas aegre laturos, id eiusmodi erat, ut et Athenienses decori sibi putarent timere illos, et Demosthenes Aeschinis proditione factos illos formidabiles obiecturus fuerit. Quare videat iste Rhetorculus, ne homines acuti in ipso *εὐπορίαν συνέσεως καὶ δεινότητος περιουσίαν* requirant. WOLF.

10) *τὸ συμφέρον*] Post has voces pergit Ulpianus iste in Enarrationibus apud Morelium et Wolfium tali oratione: *οὐκ εὐπόρησε θεῖναι τὸ συμφέρον, ἀλλὰ τὴν ἁπλῆν — — — τὸ συμφέρον. προοίμια δὲ κ. τ. λ.* TAYLOR.

11) *κρύπτων*] [Ita editi.] Lego *κρύπτει*, quia sequitur *δέ*. WOLF.

†) L. *ἡμῖν*. SCHAEFER.

12) *κατὰ τοὺς ἀγῶνας*] Quidam Graeci Rhetores (ut e fragmentis ab Aldo collectis apparet) fecerunt quatuor oratoriae orationis partes, *προοίμιον, διήγησιν, ἀγῶνας, ἐπίλογον*. Quos in Partitionibus secutus Cicero, *Orationis*, inquit, *quatuor sunt partes, quarum duae valent ad rem docendam, narratio et confirmatio, ad impellendos*

θησι [13]) *τὸν ἀκροατὴν οἰκείαν ἀπολαμβάνειν* †) *τῷ ἀγῶνι τὴν μνήμην τῆς Χεῤῥονήσου, ὅλον τὸν ἀγῶνα δι' αὐτῆς διαβάλλων καὶ ὕποπτον καθιστάς. καὶ ἔστιν ὥσπερ προκατασκευὴ τοῦ συμφέροντος. ἡ κατάστασις δὲ λαμβάνεται ποτὲ μὲν ἐκ γνώμης, ποτὲ δὲ ἐκ διηγήσεως. ἐπειδὴ δ' ἔμελλεν ἀκούσας ὁ ἀκροατὴς περὶ τῆς Χεῤῥονήσου ἐπιζητεῖν εὐθὺς τὰς ἐντελεστέρας ἀποδείξεις, διὰ τοῦτο φεύγων, εἶτα μὴ προσποιούμενος φεύγειν δίδωσιν αἵρεσιν, πότερόν ποτε τὸ νόμιμον ἀκοῦσαι βούλονται πρῶτον, ἢ τὸ δίκαιον, ἢ τὸ συμφέρον. ἐπειδὴ γὰρ ἦν αὐτῷ* [14]) *ἰσχυρὸν τὸ νόμιμον καὶ οἰκειότερον μᾶλλον τῇ γραφῇ, διὰ τοῦτο καὶ ἀναγκαῖον ἡγήσατο τούτῳ πρώτῳ χρήσασθαι. ἀμέλει* [15]) *γοῦν ὡς οὐκ ἀντειπόντος τοῦ ἀκροατοῦ ἢ ἐπιζητήσαντος κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς γραφῆς εἶπε· περὶ τοῦ νομίμου βούλεσθε πρῶτον; τοῦτο ἐροῦμεν. καὶ ἐπειδὴ ἔμελλεν ἀντιπίπτειν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ξένος Χαρίδημος, καὶ διὰ τοῦτο ἐγράφη τιμή τις αὐτῷ ἰδίᾳ ἐν τῷ ψηφίσματι. ὁ γὰρ κατὰ τῶν φονικῶν θεσμὸς κατὰ τῶν πολιτῶν ἐδόκει κεῖσθαι. διὰ τοῦτο ἐδεήθη πρὸς τὴν λύσιν τοῦ ἀντικειμένου προκατασκευῆς, συνεθίζων τὸν ἀκροατήν, ὅτι πολίτης καὶ ὑπὲρ πολίτου ὁ λόγος.* [16]) Hactenus argumentum quod Taylorus tertium dixit. SCHAEFER.

---

animos duae, principium et peroratio. ἀγῶνες igitur *τήν τε κατασκευὴν καὶ τὴν ἀνασκευὴν* continent, ut in confirmationem etiam confutatio Ciceroni comprehenditur. WOLF.

13) *προκατατίθησι*] [Uti omnes, Ald. Felic. Manut. et Paris.] Lego: *ἐν τῇ καταστάσει προδιατίθησι τὸν ἀκροατήν.* WOLF.

†) L. *ὑπολαμβάνειν.* SCHAEFER.

14) *ἐπειδὴ γὰρ ἦν αὐτῷ*] Pro *εἶτ' ἐπειδὴ ἦν αὐτῷ* antiquiores editiones universae *ἐπειδὴ γὰρ ἦν αὐτῷ.* Male autem, si quid ego iudicem aut iudicare possim: quanquam contrarium statuisse Wolfium in alio loco videam. TAYLOR.

15) *ἀγγέλλει*] [Ut Ald. Felician. et Manut.] Hoc argumentum fere totidem verbis in Enarratione Ulpiani exstat, ubi hic locus sic legitur: *ἀμέλει γοῦν* caetera. WOLF.

16) *ὁ λόγος*] Continuatur in Scholiis hoc pacto: *τῷ μὲν δοκεῖν χαριζόμενος αὐτῷ τὴν ἐκ τῆς μετουσίας τιμήν, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τὸ κεφάλαιον ποιῶν ἰσχυρότερον. ὅσῳ γὰρ ὡς ὑπὲρ πολίτου, τοσούτῳ μᾶλλον ἀγανακτήσουσιν οἱ ἀκούοντες, εἰ πολίτῃ μετέχοντι τῆς ἐκ τῶν νόμων ἐπικουρίας ξένην τις ἔγραψε δωρεάν.* TAYLOR.

ANNOTATIONES

AD

ORATIONEM CONTRA ARISTOCRATEM.

P. 621. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ—ΛΟΓΟΣ.*] *ΚΑΤΑ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣ* Bekker. SCHAEFER.

P. 621. v. 1. *Μηδεὶς ὑμῶν — ἅπασα ἡ σπουδή.*] Locum hunc citat Dionysius Halic. de Struct. Orat. p. 224. edit. Upton. REISK. T. V. p. 191. ss. R. Postea numeros eius illustrat p. 198. ss. SCHAEFER.

P. 621. v. 2. ἐμὲ] Τὸ ἐμὲ notatum est signis [in edit. videlicet Parisina], quae indicant, vocem ἐμὲ in quodam Codice, ut supervacaneam, esse praetermissam. Etsi autem ἐμὲ μηδεμιᾶς κακόφωνον videtur, tamen, quia constructio eam vocem requirit, et sententiae magis serviendum est, quam auribus, retinendam esse censeo. Et quia mediocri etiam homini facilius est animadvertere, quid abundet, quam vel ingeniosissimo divinare, quid desideretur, non temere ullum verbum loco movi notis illis Threiciis compunctum, nisi vel constructionem vel sententiam perturbare videretur. Quamvis haud me falleret, multas voculas ad explendas elegantes ellipses inculcatas a Grammaticis inscitiae rudis lectoris consulturis e scholiis in contextum irrepsisse. Sed nec illud ignoro, facilius et saepius a librariis omitti necessaria, quam inculcari aliena. WOLF. Codex ille, in quo praetermittitur pronomen, Lutetianus est Reg. α. Deficit etiam in Barocc. et Vindob., et defecisse sentio sono sequentis vocis suffocatum: nam non posse abesse recte iudicavit Wolfius. Dionysius Halicarnassensis legerat: *Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίσῃ με μήτε κ. τ. λ.* Quem vide, si tantum tibi sit ab re tua otii, p. 230. edit. Upton. totum hoc exordium in pedes et metra sollicite digerentem. Adde Bircovium ad locum et Victorium Var. Lect. XV. 5. TAYLOR. ἐμὲ abest ab August. primo. REISK. Dionysii scriptura satis placet. SCHAEFER.

P. 621. v. 5. φαῦλον] Citat h. l. Scholiastes Platonicus p. 40. Siebenk. (p. 84. Ruhnk. p. 337. Bekk.). SCHAEFER.

P. 621. v. 5. οὕτως] Addidi ex editis et MSS. Felic. Manut. Lutet. Barocc. Bodlei. Ital. Obsop. et Vindob. Vidit necessarium esse Wolfius, sive alius erat, qui Wolfii interpretationem a. 1604.

ad incudem revocavit *). TAYLOR. Abest ab editione Aldina. REISK.

P. 621. v. 6. [ἐπὶ]] Natum videtur in Aldina illud ἐπὶ e compendio male intellecto vocabuli οὕτως. Praepositio videtur redundare. Nam *posthac*, *post id factum* hic loci languet et supervacaneum est: sed hoc vel maxime desideratur, cuius sibi simultatem consciscat. *memet ipsum offerre, oggerere eius* (Aristocratis puta) *simultati.* ἐπὶ uncis inclusi. F. dedit orator οὑτωσὶ τούτῳ. REISK. Uncos iure amovit Bekker. ἐπὶ τούτῳ, *propterea.* SCHAEFER.

P. 621. v. 6. ἀλλ' — ἅπασα ἡ σπουδή] Citat Rufus p. 78. SCHAEFER.

P. 621. v. 7. ὀρθῶς ἐγὼ] ἐγὼ ὀρθῶς Dionysius. SCHAEFER.

P. 621. v. 7. ὑπὲρ] περὶ Dionysius. REISK. Item Rufus. Quod perplacet: nam sequitur περὶ τούτου. Probat quidem ὑπὲρ Bremius ad p. 10, 17., quod variandi causa altera praepositio alteram excipiat. Sed in talibus iterationibus non puto phrasin recte variari. V. not. ad p. 641, 18. SCHAEFER.

P. 621. v. 7. τοῦ] τῇ P. Manutius. REISK.

P. 621. v. 7. Χεῤῥόνησον] τὴν Χεῤῥόνησον Dionysius. REISK. Χεῤῥόννησον Rufus. Clarissimus editor: „Gal. Χεῤῥόνησον. Praetuli scripturam Codicis. Cf. Schol. ad Philostr. Her. p. 541." V. not. ad p. 75. init. SCHAEFER.

P. 621. v. 8. ὑμᾶς] ἡμᾶς Rufus, quomodo etiam Cod. Bekk. Non displicet. SCHAEFER.

P. 621. v. 8. ὑμᾶς ἀσφαλῶς] ἀσφαλῶς ὑμᾶς Dionysius. SCHAEFER.

P. 621. v. 9. τούτου] Post h. v. Dionysius habet τοίνυν, quod in ταννῦν mutandum mihi videri obiter monui Meletem. Crit. p. 67. Conf. Schneiderus ad Xenophont. Cyrop. VI. 3. 17. VII. 2. 27. et not. ad p. 799, 27. — Vitiosam huius loci distinctionem in prioribus Technici editionibus correxit mea p. 380. SCHAEFER.

P. 621. v. 9. μοι ἐστὶν ἅπασα ἡ σπουδή] ἐστί μοι ἅπασα σπουδή Dionysius. ἅπασα σπουδή sine articulo satis placet. SCHAEFER.

P. 622. v. 1. κεκακουργημένα] Ita recte εἰδέναι τὰ κεκακουργημένα, non εἰδέναι τὰ κεκακουργημένα τὴν ἀρχὴν, ut male

---

*) Haec non intelligo. Quisquis ille fuit, qui Francofurtanae praefuit Demosthenis editioni, si usquam locorum Wolfianam mutavit interpretationem, de quo neque mihi constat, neque quaerere curavi, hic certe non mutavit. REISK.

edidit Wolfius Aldum secutus, licet in interpretatione sua haec recte distinxerit iuxta saniores editiones et id, quod expedit. Eodem pungendi errore, ac Wolfius, tenetur et Benenatus quoque. Nam errorem esse iudico. *κακουργήματα* MSS. Ald. Felic. et Manut., margo denique Benenati, ubi reperitur etiam et *πεπανουργημένα*. TAYLOR. *γρ. κακουργήματα. πεπανουργημένα.* margo Lutetianae. Istud prius est ex indicibus Aldinae et Paulinae repetitum, posterius coniecturae Lambini debetur. Castigat h. l. Taylorus vulgarem interpungendi rationem, qua comma ponitur post *τὴν ἀρχὴν*, quod ante debebat collocari. REISK. V. not. ad p. 491, 16. SCHAEFER.

P. 622. v. 2. *τῶν ἀδικημάτων*] Malim *τῶν περὶ ταῦτα ἀδικημάτων*, *iniuriarum, quae vobis hoc in genere fiunt*, aut *τῶν μεγίστων ἀδικημάτων*. REISK. Ne audias. SCHAEFER.

P. 622. v. 3. *ὑπίδοισθ'*] *ὑπείδοισθε* August. primus. REISK.

P. 622. v. 3. *ὑπίδοισθ' ἔτι*] Vulg. *ὑπίδοισθέ τι*. Malim *ὑπίδοισθ' ἔτι*, *non iam amplius suspicemini*. REISK. *ὑπίδοισθέ τι* Bekker. SCHAEFER.

P. 622. v. 5. *φυλάξαισθε*] Vulg. *φυλάξοισθε*. *φυλάξεσθε* August. primus. Sed voluit *φυλάξαισθε*, quod est in Bavarico. Correxi *φυλάξαισθε* in optat. aor. 1. medii. REISK.

P. 622. v. 6. *ἐπιδείξομεν*] Vulg. *ἐπιδείξωμεν*. *ἐπιδείξομεν* margo Lutetianae, August. primus. Correxi *ἐπιδείξομεν* in indicativo. REISK.

P. 622. v. 8. *δικαίαν*] Quare *δικαίαν*? *Firmum* quidem praesidium Chersonesus esse potuit: quo animo *iustum* dici potuit, profecto non video. Delet Barocc. et tu quidem delebis. Infra in Timocratea p. 711, 26. ait: *τίς οὖν μόνη φυλακὴ καὶ δικαία καὶ βέβαιος τῶν νόμων; ὑμεῖς οἱ πολλοί.* Quod ferri potest. At hic in Aristocratea p. 654, 19. *ἐκείνων πρὸς ἀλλήλους ταραχὴ καὶ ὑποψία φρουρὰ Χεῤῥονήσου μεγίστη τῶν πασῶν ἐστι καὶ βεβαιοτάτη*. TAYLOR. *δικαίαν* cur suspectum habeat Taylorus, non video. Potius proximum correxisset vitium: *φυλακὴν, Χεῤῥόνησον, τῆς πόλεως*. Sublatis commatibus accusativum genitivo mutavi: *vere iustam et aequam stabilemque rationem servandi atque custodiendi Cherronesum reip. eripuit*. REISK. *δικαίαν* iure tuetur. Sic etiam latine dicitur *iustus*, i. e. *muneri suo par*, *numeris suis absolutus*, ut interpretatur Ruhnkenius ad Xenophont. Memor. IV. 4. 5.*) SCHAEFER.

---

*) Disputat ibid. de affini notione huius adiectivi, qua *δίκαιον* dicitur *quod omnibus partibus aequabilitatem servat*. Hinc factum ut etiam substantivum *δικαιοσύνη* interdum sit i. q. *aequabilitas*: de qua significatione Lexica tacent. V. Galenus T. V. p. 786. 788. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 622. v. 8. *βεβαίαν*] *βέβαιον* August. primus. REISK. Sic Dindorf., cuius v. praefat. p. X. Conf. quae congessi in H. Stephani Thes. c. 2707. B. SCHAEFER.

P. 622. v. 8. *Χεῤῥονήσου*] Vulg. *Χεῤῥόνησον*. *Χεῤῥονήσου* August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 622. v. 10. *εἰκότως — ἃ λέγω.*] Citat hunc locum Aristides *Τέχν.* p. 210. REISK. Item Anecd. Bekk. p. 163, 25. SCHAEFER.

P. 622. v. 10. *ἂν*] Omittunt Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 622. v. 10. *προσέχοιτέ*] F. *πρόσχοιτέ*. Quod cum per se usu tritius sit, tum aptius congruit sequenti optativo *ἀκούσαιτε*. SCHAEFER.

P. 622. v. 11. *μοι*] *μου* Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 622. v. 11. *καὶ — ἃ λέγω*] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 13. SCHAEFER.

P. 622. v. 11. *ἀκούσαιτε*] *ἀκούσετε* August. primus. REISK. *ἀκούσατε* Anecd. Bekk. p. 122, 14., quomodo etiam Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 622. v. 13. *ὢν*] Videtur etiam in August. primo a prima manu fuisse. Sed recentior, eo sic eraso, ut vetustioris lectionis vestigia adhuc utcunque appareant, dedit *ὂν*. Eadem nova manus in fine vocabuli *τηλικοῦτο* appinxit *ν*. REISK. Paragogicâ litterâ, cum consonans sequatur, vocabulum facile careat. SCHAEFER.

P. 622. v. 13. *πεπραγμένον*] Accipio hic pro *πεπραγματευμένον, μεμηχανημένον*. REISK. Conf. v. 26. SCHAEFER.

P. 622. v. 16. *τοῦτό τε*] Sic correctum est in Weimarano pro *τοῦ, τότε*, quod est in Aldina. REISK.

P. 622. v. 16. *τοῦτό τε σώσετε*] Redit *τοῦτο* ad praemissum *τηλικοῦτον πρᾶγμα*, *rem tantam, tam periculosam*. Sententia est: non modo negotium hoc, ab Aristocrate iam inchoatum et velut in praecipitium datum, inhibebitis atque reprehendetis salutemque vestram labantem confirmabitis atque in integrum restituetis —. ut Wolfius recte reddidit. REISK. Similia Ind. Graecitat. p. 487. SCHAEFER.

P. 622. v. 17. *τις*] Post *τις* addit August. primus *τι*, idem omittens ante *ποιῆσαι*. REISK. Sic bene Bekker. Malunt Graeci continuare *τίς τι* quam disiungere *τις — τι*. V. not. ad p. 600, 12. SCHAEFER.

P. 622. v. 18. *νομίζῃ*] Vulg. *νομίσῃ*. *νομίζῃ* August. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 622. v. 21. *βελτίοσι δ' ἀνθρώποις*] *βελτίοσι δ' ὅμως ανθρώποις* Aristides *T.* p. 278. REISK.

P. 622. v. 23. *τὴν γραφὴν ἀπενεγκεῖν*] [*τὴν γραφὴν ταύτην ἐπενεγκεῖν.*] *ταύτην* restitui, et quidem ex optimis exemplaribus, Barocc. Bodlei. Aug. Obsop. et Vindob. cum editt. Felic.

et Manut. Repudio autem, quod in nonnullis ex isto numero reperitur, *ἀπενεγκεῖν*. TAYLOR. Vulg. *τὴν γραφὴν ἐπενεγκεῖν. τὴν γραφὴν ταύτην ἀπενεγκεῖν* August. primus, Bavaricus, P. Manutius, Aristides. *τὴν γραφὴν ταύτην ἐπενεγκεῖν* dedit Taylorus. *ταύτην* addi oportere ego non video. V. p. 621, 11. Quamvis haud infitiar, additum non obesse. Verum pro *ἐπενεγκεῖν* correxi *ἀπενεγκεῖν*, improbante nequicquam Tayloro. REISK. *ταύτην* addidit Bekker. SCHAEFER.

P. 622. v. 25. *πάνυ τῶν αἰσχρῶν*] i. e. *τῶν πάνυ αἰσχρῶν*. SCHAEFER.

P. 622. v. 25. *ἄγειν*] *ἀγαγεῖν* Bavaricus. REISK. Non displicet: nam sequitur *σιωπῆσαι*. SCHAEFER.

P. 622. v. 26. *ἀλυσιτελὲς*] *noxium*. V. H. Stephani Thesaur. c. 9248. D. SCHAEFER.

P. 622. v. 27. *πρότερον δ', ὅτ' ἔπλευσα κ. τ. λ.*] Paene colligas ex hoc loco, actorem esse Apollodorum Pasionis. REISK.

P. 622. v. 29. *ἡγούμην*] Post *ἡγούμην* sententia monstrat deesse *πολὺ ἐλάττω κακουργούντων* vel tale quid. *qui tamen multo minora et leviora peccarent*. REISK.

P. 623. v. 1. *ἄν περ, ἃ*] *ἄν περ ἂν ἃ* Bavaricus. Sed duae postremae literae *ν* et *α* una cum spiritibus et accentibus videntur a nova manu additae. REISK.

P. 623. v. 2. *οἴομαι*] Vulg. *οἶμαι*. *οἴομαι* margo Lutetianae, August. primus. REISK.

P. 623. v. 5. *πολὺ*] Malim *πάντα*. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 623. v. 5. *ὑπειλημμένον*] *παθητικῶς*, ut in Busiride Isocratis: *ὅσοι σφᾶς αὐτοὺς οὕτω κατεσχημάτισαν, ὥστ' ἢ κατὰ φιλοσοφίαν ἢ κατ' ἄλλην τιν' ἀρετὴν ὑπολαμβάνεσθαι μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν, οὗτοι βλάπτουσι τοὺς ἐξαπατηθέντας*. WOLF. *ἄνθρωπον, περὶ οὗ ὑπολαμβάνεται πᾶν τοὐναντίον, ἢ ὡς ἀληθῶς ἐστι*. de quo vulgaris obtinet opinio contraria modis omnibus rei veritati. REISK.

P. 623. v. 7. *τοιούτου*] [*τοιοῦτον*.] Quia sequitur [v. 8.] *τοσαύτην πεποιῆσθαι πρόνοιαν*, legendum genitivo *τοιούτων* vel *τοιούτου*, vel, quod malim, *ὑπὲρ τοιούτου*. WOLF. Editi praeter Morel. *τοιοῦτον*. Male quidem. *τοιούτου* defendunt Bodlei. Cant. Lindenbr. Obsop. Ital. et Vindob. Atque ita ut excuderetur feci. TAYLOR. *ἠδικεῖτο τοιούτου* Bavaricus. *τοιοῦτον* Ald. P. Manut. In August. primo quoque est *τοιούτου*. REISK.

P. 623. v. 8. *πεποιῆσθαι*] *πεποίησθε* August. primus. REISK.

P. 623. v. 10. *ταῦτ'*] Mallem *τοῦτ'* propter praecedentia *τοῦτο* — *τὸ*. MARKLAND. *ταῦτ'* bene habet. *ea, quae* scilicet *nunc dicturus sum* aut *expositum eo*. REISK. Vulgatam recte tuetur:

secus explicat. Sensus: de hac re s. hoc argumento (Charidemi indignitate) iam (statim) ad vos dicere aggrederer. SCHAEFER.

P. 623. v. 11. πολλοῦ δεῖν ἄξιον ὄντα τυχεῖν] Idem est ac si dixisset: πολὺ ἐνδεῖν τοῦ ἄξιον εἶναι τυχεῖν. *multum abesse ab eo, ut sit dignus, qui nanciscatur.* REISK. Est i. q. ἥκιστα ἄξιον ὄντα τυχεῖν. Nam syntactice cohaerent ἵν' εἰδῆτε ἄξιον ὄντα τυχεῖν, formulâ πολλοῦ δεῖν, ut adsolet, παρενθετικῶς intersertâ. SCHAEFER.

P. 623. v. 12. νυνὶ] Bekkerus: „νῦν k." Hoc verum: recepitque Dindorf. V. not. ad p. 911, 26. SCHAEFER.

P. 623. v. 15. ἀνάγκη δ' ἐστὶ πρῶτον κ. τ. λ.] Locum hunc citat Aristides Τέχν. p. 278. REISK.

P. 623. v. 17. τὸ ἀδίκημα] τἀδίκημα Dindorf. SCHAEFER.

P. 623. v. 17. ὅ φημι] Absunt a Bavarico et Aristide. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 623. v. 17. ὄψεσθε] εἴσεσθε index Aldinae. REISK.

P. 623. v. 17. ὄψεσθε σαφῶς] σαφῶς ὄψεσθε Bekker. SCHAEFER.

P. 623. v. 18. τοῦτο] Post h. v. recte distinguit Reiskiana. Neque enim syntactice continuantur τοῦτο τὸ —, sed τὸ — est ἐξήγησις pronominis demonstrativi. V. p. 622, 2. 623, 6. s. SCHAEFER.

P. 623. v. 18. τὸ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 623. v. 20. Βηρισάδην] Βηρισάθην margo Lutetianae. — Locum hunc citat Harpocrat. v. Κερσοβλέπτης et Κότυς. REISK.

P. 623. v. 21. ἐκ τούτου] Absunt ab Aristide. REISK.

P. 623. v. 22. δὲ] Ita lege, fideiussoribus Felic. Manut. et Vindob. Vulgo καὶ. TAYLOR. Scilicet in Aldina hoc est et in Wolfiana illam imitata. REISK.

P. 623. v. 24. παῦσαι — παραδοῦναι — διαπράττονται] Wolfius, quem vix loci sententiam fugisse arbitror, inconsiderate tamen verborum delectum habuit ad eam declarandam, scilicet: *repellere — devolvere — extorserunt.* Verte: *Hoc igitur quidam dum* tollere *volunt et, reliquis regibus abrogatis, summam totius imperii ad Cersoblepten* conferre, *callide hoc SCtum* excogitarunt, etc. TAYLOR.

P. 623. v. 24. καὶ] Abest a Bavarico. REISK.

P. 623. v. 25. ἐνὶ] Abest ab Aristide. REISK.

P. 623. v. 26. κεχωρισμένοι] [κεχωρισμένον.] Margo edit. Lutet. nec non editt. Felic. et Manut. κεχωρισμένοι. Fortasse melius propter id, quod sequitur, περαίνοντες. Et Wolfium nostrum quoque in quodam loco [in Farragine] video ita rem reputasse. TAYLOR. Lege κεχωρισμένοι, ut περαίνοντες. MARKLAND.

Vulg. κεχωρισμένον. γρ. κεχωρισμένοι margo Lutet. ex edit. Felic. aut Paul., corrector Weimar. forsitan ex eodem fonte. κεχωρισμένον tametsi libenter servassem, necesse tamen habui corrigere et mutare cum κεχωρισμένοι. Quod ni fecissem, fuisset περαίνοντες cum περαῖνον mutandum. Illius autem erant auctores codices quidam, huius nulli. REISK.

P. 624. v. 5. Ἀθηνόδωρος] Citat hunc locum Harpocration v. Ἀθηνόδωρος. REISK.

P. 624. v. 5. βοηθήσοι] Vulg. βοηθήσει. βοηθήσοι August. primus. Et hoc dedi. REISK.

P. 624. v. 6. ὁ μὲν] Athenodorus. REISK.

P. 624. v. 7. οἱ δὲ] Simon et Bianor. REISK.

P. 624. v. 8. οὗτοι] hi tres modo dicti. REISK.

P. 624. v. 10. ἐκείνων] liberis puta Berisadae. REISK. Adde Amadocum. SCHAEFER.

P. 624. v. 10. τῷ] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 624. v. 11. εἰ πρῶτον μὲν] Auctius haec aliquanto leguntur in Codd. Parisiensibus, uti liquet ex margine Morelii: τρόπος δὲ ἦν, εἰ πρῶτον μὲν κ. τ. λ. *Eius porro rei ea erat ratio: primum si quis* etc., ut vertit Wolfius. TAYLOR. Post καταστρέψαιτο addit margo Lutet., forsitan e Lambini coniectura, τρόπος δὲ ἦν. Unde videtur Wolfius in Farragine sumsisse, cuius haec sunt verba: „Fortassis haec ita sunt coniungenda: ὁ δὲ τρόπος ἦν, εἰ πρῶτον μὲν —." Possit quoque suppleri οὗτος δὲ [scilicet ὁ τρόπος] ἦν. REISK. Sic Reiskius in Variet. lection. In Annotatt. sic: „Post καταστρέψαιτο deesse aliquid dubio vacat. Sed quod margo Lutet. pro supplemento dat, τρόπος δὲ ἦν, haud placet. Quod si a bonis libris sit acceptum, amplexandum est utique. Sin minus, malim οὗτος δὲ [scilicet ὁ τρόπος] ἦν. Praecessit: *Circumspiciebant rationem.* Sequitur: *Illa vero erat ratio.* Possit quoque suppleri: τοῦτο δὲ γενήσεσθαι προσεδόκων. *Hoc autem sperabant futurum, si* —. Vel πῶς δὲ τοῦτο;" Satis turbarum in loco tam sano, ut nequeat esse sanior. SCHAEFER.

P. 624. v. 11. ἂν] ἐὰν margo Lutetianae. REISK.

P. 624. v. 11. ἄν τις — ἀγώγιμον εἶναι] Ordo verborum: ἀγώγιμον εἶναι, ἄν τις αὐτὸν ἀποκτείνῃ. SCHAEFER.

P. 624. v. 15. [τῷ] ὑμετέρῳ στρατηγῷ] [ὑμετέρῳ στρατηγῷ.] τῷ ὑμετέρῳ στρατηγῷ cum Barocc. Vindob. et edit. Lutet. TAYLOR. τῷ abest a Bavarico, Aldina, Paulina, Wolfiana. Uncis inclusi. REISK. Articulum delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 624. v. 15. θήσεσθαι] Sic etiam corrector Weimaranus pro θήσεσθε Aldinae. REISK.

P. 624. v. 16. ἔμελλεν] ἤμελλεν Dindorf. SCHAEFER.

P. 624. v. 17. *ἐσπουδακότες πρὸς ὑμᾶς*] Alias dicit *σπουδάζειν περὶ τινά*, et supra *περὶ τούτου ἐστί μοι πᾶσα ἡ σπουδή*. WOLF. Illud ultimum est inficetum et prorsus *ἀπροσδιόνυσον*, cum alia omnino sint *περί τινος σπουδάζειν*, *de re alia sollicitam curam gerere*, et *περί* vel *πρός τινα σπουδάζειν*, *officiose erga aliquem agere*, *studium et obsequium profiteri*. *ἐσπουδακότε περὶ ὑμᾶς* habet margo Paris. TAYLOR. *γρ. ἐσπουδακότε* (in duali) *περὶ ὑμᾶς* margo Lutet. forsitan e coniectura Lambini. Dualem si amplexamur, erit etiam *γεγενημένω* praeferendum. REISK.

P. 624. v. 17. *ὁ δὲ δὴ γένει*] *γρ. οὔτε δὴ ὁ γένει* margo Lutet. forsitan e coniectura Lambini. *γένη* P. Manutius. REISK.

P. 624. v. 18. *βουλεύσεσθαι*] [*βουλήσεσθαι.*] Hoc nihili est, et tamen vix quicquam auxilii in MStis. *βουλεύσεσθαι* nonnulli, alii *βουλεύεσθαι* et *βουλεύσασθαι*. Fortasse delendum posterius *οὐδέ*. *Ἀθηνόδωρος οὐδὲ βουλήσεσθαι τὴν διὰ τοῦ ψηφίσματος αἰτίαν ὑποδύσεσθαι*. TAYLOR. *βουλήσεσθαι* Wolfiana. In Farragine Wolfius mavult *βουλήσασθαι*. Corruptum habet hunc locum Taylorus et deletum mallet *οὐδὲ* posterius una cum commate, non sine ulla veri specie, ut sententia sit: *ne in mentem quidem sibi venire passurum esse, ut criminationi e violato plebiscito exstiturae sese reddat obnoxium*. Ego tamen, re diligentius pensitata, arbitror vulgatam bene h. l. habere, modo ad *βουλεύσεσθαι* tacite e praemissis repetatur *τὰ ὅπλα ἐναντία τῷ ὑμετέρῳ στρατηγῷ θήσεσθαι*. *ne in mentem quidem sibi unquam venire passurum, ut armis cum infestis vestro imperatori occurrant*. REISK. Recte interpretatur. Subaudi *ἐναντία θέσθαι τὰ ὅπλα*. SCHAEFER.

P. 624. v. 19. *ἦ*] Sic correxit Weimaranus pro *ἢ* Aldinae. REISK.

P. 624. v. 19. *ἐκείνους*] Pro *ἐκείνους* melius *ἐκεῖνον*, Athenodorum scilicet. TAYLOR. F. *ἐκεῖνον*, scilicet Athenodorum, de quo iam loquitur. MARKLAND. *ἐκείνους*, omnes illos supra nominatos, Simonem, Bianorem, Athenodorum: tametsi, boni si qui codices *ἐκεῖνον* dent, quod Taylorus mavult, haud sim repudiaturus. REISK.

P. 624. v. 21. *βοηθῶν*] Deest ea vox in Vindob., cuius auctoritate ducor, ut eam pro glossa eiiciam. V. 8. hui. pag. dixit *ἐρήμων — ὄντων ἐκείνων*, quod satis per se intelligitur. TAYLOR. *βοηθῶν* pro scholio habet Taylorus unius codicis Vindobonensis, qui omisit, auctoritate fretus. Fateor abesse posse id vocabulum. Sed auctoribus non licebit modo *ἐλλειπτικῶς*, modo plene eandem dictionem efferre? REISK.

P. 624. v. 21. *αὐτοῖς*] *γρ. αὐταῖς* margo Lutetianae. REISK. Scilicet Cersobleptae et Charidemo. SCHAEFER.

P. 624. v. 22. *ταῦτα*] *ταῦθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 624. v. 22. *ᾤοντο*] Post *ᾤοντο* videtur *ἔσεσθαι* vel *γενή-*

σεσθαι vel συμβήσεσθαι vel tale quid deesse. REISK. Non deest. SCHAEFER.

P. 624. v. 25. τῷ πολέμῳ τε] τῷ τε πολέμῳ margo Lutetianae. REISK.

P. 624. v. 26. οὑτοσί] Bekkerus: „οὑτοσίν r." V. not. ad p. 113, 23. SCHAEFER.

P. 625. v. 1. τόν τε Κερσοβλέπτην] τὸν Κερσοβλέπτην Bekker. SCHAEFER.

P. 625. v. 3. κομίσασθαι] [χαρίσασθαι.] Lege cum Barocc. Lindenbr. Aug. Ital. Vindob. Ven. et Codd. Lutetianis κομίσασθαι, quod multum praestat. Noster π. παραπρεσβ. p. 420, 22. ἀφεστηκυίας Σαλαμῖνος Ἀθηναίων καὶ θάνατον τὴν ζημίαν ψηφισαμένων, ἄν τις εἴπῃ κομίζεσθαι. *recuperare* scilicet. Vide Indicem Lysiae. TAYLOR. Vulg. χαρίσασθαι. κομίσασθαι Paris. primus, August. primus, Lessing. Et sic correxi. *recuperare, restituere.* REISK.

P. 625. v. 3. καὶ] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 625. v. 7. πῶς ἂν τεχνικώτερον κ. τ. λ.] Coniunge: πῶς ἂν τεχνικώτερον ἢ κακουργότερον, ἢ καθιστάντες (τῷ καθιστάναι) —, διδόντες δὲ (τῷ διδόναι δὲ) τῷ πράττοντι (τῷ Χαριδήμῳ) ἑνὶ (τῷ Κερσοβλέπτῃ) τὴν ἀρχὴν τοσαύτην ἐξουσίαν. WOLF. Hunc locum intellexi olim, iam intelligo multo minus. TAYLOR. Nihil hîc obscuri: Wolfiusque, cuius notulam ex parte refinxi, periodum recte intellexit. V. not. ad v. 16. SCHAEFER.

P. 625. v. 10. κακουργότερον] πανουργότερον margo Paris. Quod toties loco prioris scribitur, ut posthac non sim annotaturus. WOLF. πανουργότερον margo Lutet. ex mente Lambini, qui emendatiunculam hanc centies inculcavit. REISK. V. not. ad p. 622, 1. SCHAEFER.

P. 625. v. 10. συμπαρεσκεύασαν ἄνθρωποι] [συμπαρεσκεύασεν ἄνθρωπος.] O. fere l. s. συμπαρεσκεύασαν ἄνθρωποι, Ven. Barocc. Bodlei. Lindenbr. Obsop. Aug. Ital. et Paris. Omnino. συνεσκεύασαν Vindob. TAYLOR. Nisi fallor, legendum est συμπαρεσκεύασαν ἄνθρωποι. Constructio enim ita ordinatur: πῶς ἂν τεχνικώτερον — σ υ μ π α ρ ε σ κ ε ύ α σ α ν ἄ ν θ ρ ω π ο ι — ἢ τοὺς μὲν — εἰς φόβον — κ α θ ι σ τ ά ν τ ε ς — τῷ δὲ — τοσαύτην ἐξουσίαν δ ι δ ό ν τ ε ς — πράττειν; *At quamnam callidiorem rationem inire possent homines — quam hos quidem — in metum iniiciendo, illi vero — tantam potestatem dando — agendi?* Iam si legas συμπαρεσκεύασεν ἄνθρωπος, debes quoque legere καθιστὰς et διδοὺς, non καθιστάντες et διδόντες. MARKLAND. Vulg. συμπαρεσκεύασεν ἄνθρωπος. συμπαρεσκεύασαν ἄνθρωποι margo Lutet. August. primus, Bavaricus. In Vindob. procul dubio etiam ἄνθρωποι fuit. Mutavi singularem plurali et correxi συμπαρεσκεύασαν ἄνθρωποι. REISK.

P. 625. v. 10. ἄνθρωποι] Immo ἄνθρωποι. SCHAEFER.

P. 625. v. 11. *βασιλέων*] Legendum *βασιλειῶν*. IURIN. Iurinus malebat *βασιλειῶν*. Haud absurde. Venerat idem mihi quoque in mentem. Sed vulgata bene habet, neque mutari eam fas est: obstat enim insequens *εἷς*, *unus*, quod perspicue ad *βασιλέων* redit. Ad *ἐκπεσοῦνται* subaudiendum esse *τῆς ἀρχῆς* nemo facile est tam tardus quin ipse ultro intelligat, ut ad *ἐκβαλεῖν* p. 624, 21. REISK.

P. 625. v. 11. *βούλονται*] Restitue *βούλοιντο* aut *βούλωνται*. TAYLOR. *βούλωνται* fuit in August. primo a prima manu. Sed recentior radendo ex ω effecit omicron. REISK. Taylorum ne audias. SCHAEFER.

P. 625. v. 11. *ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσαιτο*] *ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσεται* Codd. plures et praestantiores. Et eam lectionem commendo. TAYLOR. *αὑτὸν* Paris. primus, August. primus. REISK. *ὑφ' αὑτὸν ποιήσεται* Bekker. *ποιήσεται* fuit scribendum, etiamsi libri tacuissent omnes. SCHAEFER.

P. 625. v. 12. *ἢ — καθιστάντες*] Wolfius, ut apparet ex eius interpretatione, locum non intellexit. Verte: *Quamnam callidiorem rationem inire potuissent, ut reges caeteri pellerentur, et unus, qui eis placuisset, omne occuparet imperium,* quam eos, qui duobus regibus opitulaturi essent, in metum calumniae iniiciendo? caetera. TAYLOR. — *imperium, quam ut ii* —. Perperam Wolfius: — *imperium? aut ut ii* —. IURIN. Wolfii vertentis error hoc mirabilior, quod locum in notis recte intellexit. V. not. ad v. 7. SCHAEFER.

P. 625. v. 12. *τοῖν δυοῖν*] *τοῖς Βηρισάδου παισὶ καὶ Ἀμαδόκῳ*. V. p. 624, 5. Illi hic numerantur pro uno. SCHAEFER.

P. 625. v. 12. *βοηθήσαντας*] *βοηθήσοντας* August. primus. REISK. Male. V. not. ad p. 204, 22. SCHAEFER.

P. 625. v. 13. *εἰς φόβον καὶ συκοφαντίας εὐλάβειαν*] Vulg. *εἰς φόβον συκοφαντίας καὶ εὐλάβειαν*. *εἰς φόβον καὶ συκοφαντίας εὐλάβειαν* August. primus, Bavaricus, Ald. et index Ald. *καὶ* abest a Paulina. Correxi *εἰς φόβον καὶ συκοφαντίας εὐλάβειαν*, nulla alia de caussa, quam ut de *ἣν* tanto minus esset cur dubitetur, quo sit referendum: scilicet non ad *εὐλάβειαν*, sed ad *συκοφαντίας*. REISK. Magis placet quod ante Reiskium dederunt. SCHAEFER.

P. 625. v. 16. *εἴ τι πάθοι Χαρίδημος*] Absunt a Bavarico. REISK. Uncis inclusit Bekker. Mihi videntur satis apte addita. SCHAEFER.

P. 625. v. 16. *τῷ δ' ἑνὶ πράττοντι*] *τῷ μηδενὶ πράττοντι* Ald. Sed Weimaranus vulgatam adscripsit e suorum primo et secundo. Cohaeret *τῷ* cum *πράττοντι*, non cum *ἑνὶ*. Est idem ac si dixisset: *τούτῳ δὲ, ὃς τῷ ἑνὶ πράττει τὴν ἀρχὴν*, vel *ὃς πράττει, ὅπως περιποιῇ* *) *τὴν ἀρχὴν τῷ ἑνί. illi vero*, scilicet Chari-

*) Corr. *περιποιήσει*. SCHAEFER.

demo, *qui imperium uni*, Cersobleptae puta, *comparare conatur.* Non video, cur Tayloro diligentia Wolfii, laudabilis et bene collocata atque fructuosa, vapulet. Wolfius quidem bene locum hunc exposuit planeque, et per eum non stetit, quo minus Taylorus intelligeret. REISK. V. not. ad v. 7. SCHAEFER.

P. 625. v. 16. *πράττοντι*] Margo Paris. *ταράττοντι*, quod Wolfio ineptum videtur, et recte quidem. *γρ.* etiam *πραγματευομένῳ*, quod eidem ferri posse, mihi quidem glossa sive scholion esse videtur. TAYLOR. *ταράττοντι. γρ. πραγματευομένῳ.* margo Lutetianae. Prius videtur ex editione Wolfii prima sumtum, alterum e coniectura Lambini natum esse. *πραγματευομένῳ* pro scholio ferri possit, non pro vera lectione. Graecum enim non est *πραγματεύεσθαί τινι τὴν ἀρχὴν* pro *πράττειν.* REISK. V. p. 624, 10. SCHAEFER.

P. 625. v. 18. *κατασκευάζοντι*] Vulg. *κατασκευάζον*, vitio typographico. *κατασκευάζοντι* August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 625. v. 18. *ταῦτα*] *ταῦτ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 625. v. 21. *ἕνεκα*] *ἕνεκ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 625. v. 21. *ὧν λέγω*] H. e. *ἃ λέγω.* Attractionis vis talibus in constructionibus etiam ad distans porrigitur. SCHAEFER.

P. 625. v. 21. *ἀλλὰ καὶ*] [*ἀλλά.*] *ἀλλὰ καὶ* lege cum Barocc. Vindob. et edit. Felic. TAYLOR. Vulg. *ἀλλά. ἀλλὰ καὶ* August. primus, Bavaricus, P. Manut. Lessing. Addidi copulam. REISK.

P. 625. v. 22. *αὐτοῦ*] *αὑτοῦ* Reisk. SCHAEFER.

P. 625. v. 25. *εὐθὺς*] Post *εὐθὺς* videtur *γεγραφὼς* abesse. REISK. Additum quid sibi velit, non mirer si quis non intelligat. Scilicet in Reiskiana post *εἶναι* v. 26. positum est signum interrogandi. Habuit igitur Reiskius *πότερ'* — *γέγραφεν* pro interrogatione: quae si esset, qui sequitur infinitivus sane requireret tale additamentum. Atqui non est interrogatio, sed verba *πότερ'* — *ἢ οὔ* inseruit Orator, ut explicaret antecedens *τί.* Plena oratio: *πότερ' ἡμῖν συμφέροντα πράττοντα ἢ οὔ.* SCHAEFER.

P. 625. v. 26. *τε*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 625. v. 28. *οὐ κατὰ*] *οὐκ ἀπὸ* Paris. primus, August primus: cui Wolfius in Farragine suum *inepte* adscripsit. REISK.

P. 626. v. 3. *εἴη*] *ἐστιν* August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 626. v. 3. *φυλαξάμενος*] Vulg. *φυλαξόμενος. φυλαξάμενος* Lessingianus. Et hoc dedi ob praecedentem aoristum *φοβηθείς.* REISK.

P. 626. v. 6. *Βιάνωρ*] *Κιάνωρ* margo Lutetianae. REISK.

P. 626. v. 7. *εἰς εὐεργεσίας μέρος*] [*εὐεργεσίας μέρος.*] Ferri utcunque possunt haec: *ὅστις ἂν βούλοιτο καταθέσθαι μέρος εὐεργεσίας, τὸ τί; ἐπισχεῖν ἐκεῖνον ἐγχειροῦντα πράττειν ὑπεναντία*

ὑμῖν. Sed quid si ὅστις ἐν εὐεργεσίας μέρει? καταθέσθαι μέρος εὐεργεσίας videtur insolentius ἀντὶ τοῦ εὐεργεσίαν καταθέσθαι. WOLF. ἐν μέρει εὐεργεσίας τίθεσθαι, quod malit homo noster, aliud est omnino. Ἀλλὰ τόδε ἐθαύμασα, εἰ ἐν ἀρετῆς τίθης μέρει τὴν ἀδικίαν, dixit Plato de Rep. I. 1. *Id miratus sum, si iniuriam in loco virtutis* (inter virtutes) *poneres*. Noster hac ipsa in Orat. p. 668, 23. ὅσα μὲν δὴ στρατιώτης ὢν — ἐναντία ἐστράτευται τῇ πόλει, οὐ τίθημι ἐν ἀδικήματος μέρει, *non inter iniurias numero*, ut recte Wolfius. Iterum c. Midiam p. 568, 4. οὐ δίκην ὀφείλει τῇ πόλει δοῦναι, τοῦτ' ἐν εὐεργεσίας ἀριθμήσει μέρει, *in beneficii loco numerabit*. Porro noster p. 638, 5. τοὺς ἐχθρὰ ποιοῦντας ἐν ἐχθροῦ μέρει κολάζειν ἀπέδωκεν. Et p. 639, 24. τὸν ἄγοντα ἢ φέροντα βίᾳ τἀμὰ ἐν πολεμίου μοίρᾳ. Simillima est illa locutio infra p. 650, 17. ἐν δωρεᾶς ἐποιήσαντο τάξει τὸ τούτων μεταδοῦναί τινι. Verum haec omnia quam aliena a sensu huius loci, ubi significatur: *quicunque de vobis bene mereri studet*. Et cum εὐεργεσίαν κατατίθεσθαι, *beneficium collocare*, eleganter et summa cum proprietate dicitur, cur non etiam μέρος εὐεργεσίας, *one instance?* Ald. Ven. Barocc. Vindob. ἄλλος, ὅστις ἂν εἰς εὐεργεσίας μέρος καταθέσθαι βούλοιτο. TAYLOR. Vulg. εὐεργεσίας μέρος. εἰς εὐεργεσίας μέρος August. primus, Bavaricus. Praepositionem addidi. REISK.

P. 626. v. 7. τὸ πράττειν] τὸ, quod necessarium est, reduxi ex editt. Felic. Manut. et Morel., MSS. item Barocc. Ital. et Vindob. TAYLOR. Deest nempe τὸ Aldinae et Wolfianae. Sed addidit Lessingianus. REISK.

P. 626. v. 7. τὸ πράττειν — ἐπισχεῖν] Constructio haec est: τὸ ἐπισχεῖν ἐκεῖνον ἐγχειροῦντα πράττειν ὑπεναντία ὑμῖν. REISK.

P. 626. v. 8. ἐῤῥήθη] ἐῤῥέθη margo Lutetianae. REISK. ἐῤ-ε-ῥήθη p. 625, 21. ubi Bekkerus: „ἐρρηθη O.“ V. Buttmanni Grammat. Gr. mai. II. 1. p. 121. SCHAEFER.

P. 626. v. 10. ἵνα κυρώσειεν] Subaudi αὐτά. Item ad βουλόμενοι κωλῦσαι v. 11. REISK. Immo subaudiendum αὐτό. Ad κωλῦσαι autem subaudiendum τὸν δῆμον κυροῦν. SCHAEFER.

P. 626. v. 11. ταυτηνὶ] Vulg. ταύτην. ταυτηνὶ August. primus. REISK.

P. 626. v. 13. ὑπεσχημένον] ὑπησχημένον margo Lutet. et August. primus. REISK.

P. 626. v. 13. ὑπεσχημένον ὑμῖν] Vulg. ὑπεσχημένον. ὑμῖν addit August. primus. Addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 626. v. 16. [ἐστι]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Uncos recte amovit Bekker. Ita fit maior membrorum concinnitas. SCHAEFER.

P. 626. v. 16. τυχεῖν] Post h. v. addit Lessingianus Χαρίδημος. REISK. Apparet esse interpretantis. SCHAEFER.

P. 626. v. 16. ᾧ] [ὧν.] Forte cum optimis exemplaribus, Aug. et Vindob., ᾧ. Nam persona Charidemi hoc in loco videtur desiderari. Totum hoc comma laudat Hermogenes περὶ εὐκρινείας, ubi ita legit meamque coniecturam confirmat: *τρίτον δὲ, ὡς ἀνάξιός ἐστι Χαρίδημος τούτου τυχεῖν, ὅ,τι βούλεσθε τοῦτο πρῶτον διδάσκειν ὑμᾶς.* Alibi autem, scilicet de Invent. T. III. §. 2., legit cum vulgatis. TAYLOR. Vulg. ὧν. ᾧ August. primus. Et sic correxi. ᾧ γέγραπται, i. e. οὗτος, ᾧ γέγραπται. *indignum esse eum, cuius honoris ergo ista scripta sunt.* V. p. 627, 2. Malim tamen, ut verum fatear, τούτου, scilicet τοῦ ψηφίσματος, ut p. 623, 11. REISK. Ego non malim. Quis ignorat pronominum neutra pluralia saepissime dici pro singularibus? SCHAEFER.

P. 626. v. 16. *ἁπάντων τούτων*] *πάντων* Bekker. SCHAEFER.

P. 626. v. 18. *βουλομένοις ὑμῖν ἐστὶν ἀκούειν*] *βουλομένοις ἀκούειν ὑμῖν ἐστίν* Bekker. SCHAEFER.

P. 626. v. 21. *βούλεσθε πρῶτον;*] Cogitandum his auditis coronam annuisse. SCHAEFER.

P. 626. v. 21. *τοῦτο τοίνυν ἐροῦμεν. ἃ δὴ κ. τ. λ.*] F. *τοῦτο τοίνυν ἐροῦμεν ἤδη. δέομαι δὲ καὶ ἀξιῶ κ. τ. λ.* SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 59. Ne audias. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 626. v. 21. *ἃ δὴ δέομαι*] „id est *δι' ἃ δὴ δ.*" Ind. Graecitat. p. 365. extr. Falso. ἃ pendet ab infinitivo *τυχεῖν*, constructione tam notâ, ut exempla eius citare taedeat. Sensus: *Quae a vobis omnibus meo iure postulo,* (subaudi, si placet, *haec sunt,*) *ne quis vestrum* etc. SCHAEFER.

P. 626. v. 22. *ὑμῶν*] [*ἐμὲ.*] Lege *ὑμῶν. παρὰ πάντων ὑμῶν τυχεῖν.* Hoc necessarium est. Debes MSS. Barocc. Bodlei. Obsop. Vindob. et editt. Felic. et Manut. TAYLOR. Vulg. *ἐμὲ. ὑμῶν* August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 626. v. 22. *δίκαια, ὡς ἐμαυτὸν*] *δικαίως ἐμαυτὸν* Bavaricus, (sed in huius margine vulgata cum γρ. annotata est,) Aldina, (ubi Weimaranus correxit *δίκαι' ὡς ἐμαυτὸν,*) item index Aldi, Paulina. *δικαίως ὥς γ' ἐμαυτὸν* Lessingianus, sed cum *α* super *ως* scripto. REISK. *δίκαια, ὥς γ' ἐμαυτὸν* Bekker. SCHAEFER.

P. 626. v. 23. *τῷ διεψεῦσθαι*] *διὰ τὸ διεψεῦσθαι.* WOLF. V. Ind. Graecitat. p. 153. extr. SCHAEFER.

P. 626. v. 26. *ἡμῶν*] Vulg. *ὑμῶν.* *ἡμῶν* August. primus, Bavaricus, corrector Lessingianus et Weimaranus, P. Manutius. Correxi *ἡμῶν,* tametsi haec, plerumque minuta, annotare negligam. Sed hic loci minutum non est. REISK.

P. 626. v. 26. *ἡμῶν ἀκούσῃ*] *ἀκούσῃ μου* Lessingianus. REISK. *ἀκούσῃ μου* Bekker. SCHAEFER.

P. 626. v. 26. *ἀκούσῃ*] *ἀκούσαι* (in optativo) August. primus. REISK.

P. 626. v. 27. *μήθ' ἑαυτὸν*] Vulg. *μηδ' αὐτόν. μήθ' ἑαυτὸν* August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 627. v. 1. *σκοπεῖσθε, ὡς δίκαια, ἃ ἐρῶ*] Vulg. *σκοπείσθω, ὡς δίκαια, ἃ ἐρῶ. σκοπεῖσθαι ὡδὶ καὶ ἃ ἐρῶ* August. primus. *ἃ* abest a Bavarico. Correxi *σκοπεῖσθε*. Alloquitur per parenthesin iudices. Quapropter haec verba, *καὶ σκοπεῖσθε, ὡς δίκαια, ἃ ἐρῶ*, parentheseos signis inclusi. (*considerate modo, iudices, aequitatem eorum, quae dicam.*) REISK. *καὶ σκοπεῖσθε ὡς δίκαια ἐρῶ* Bekker. SCHAEFER.

P. 627. v. 2. *μὲν γὰρ*] Vulg. *μέν*. Addit August. primus *γάρ*. Addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 627. v. 2. *ἀφελὼν, ὅτῳ τὸ ψήφισμα κ. τ. λ.*] *ἀφελὼν τὸ σκοπεῖν, ὅτῳ (τίνι) τὸ ψήφισμα* (sub. *ἐγράφη*), *σκοπείσθω περὶ τοῦ, πότερον* etc. *Obsop.* — *καὶ ποίῳ τινὶ, σκοπείσθω, πότερον παρὰ τοὺς νόμους* —. et *ἕκαστα σκοποῦντες* [v. 13.]. WOLF.

P. 627. v. 2. *ὅτῳ τὸ ψήφισμα εἴρηται*] [*ὅτῳ τὸ ψήφισμα.*] Libri plerique una voce auctiores *ὅτῳ τὸ ψήφισμα εἴρηται*, Ald. Ven. Barocc. Felic. Manut. Ital. Vindob. et margo Benenati. In nonnullis totus hic locus ita legitur: *ἀφελὼν τὸ, ὅτῳ τὸ ψήφισμα εἴρηται καὶ ποίῳ τινὶ, σκοπείσθω περὶ τοῦ, πότερον παρὰ τοὺς νόμους ἢ κατ' αὐτοὺς εἴρηται, καὶ μηδὲν ἄλλο*. TAYLOR. Vulg. *ὅτῳ τὸ ψήφισμα*. Post *ψήφισμα* addunt *εἴρηται* margo Lutet. August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Addidi. REISK.

P. 627. v. 3. *σκοπεῖν*] *σκοπείσθω* Lessingianus. REISK. Bekkerus locum sic scriptum dedit: *σκοπείσθω πότερον παρὰ τοὺς νόμους ἢ κατ' αὐτοὺς εἴρηται, καὶ μηδὲν ἄλλο*. Satis apparet vulgatam gravari additamentis interpretantium. SCHAEFER.

P. 627. v. 3. *πότερον*] *πότερα* August. primus. Abest plane a Bavarico. REISK.

P. 627. v. 13. *ἄριστα*] *ῥᾷστα* August. primus. REISK.

P. 627. v. 13. *ἃ προσήκει*] Wolfius: *quae deceant*. Potius: *quae convenit*. IURIN.

P. 627. v. 13. *συνήσετε*] August. primus *συνίετε*, quod praefero. Solent enim Attici in verbis *εἰμὶ*, *εἶμι* et *ἵημι* praesentia pro futuris usurpare. REISK. Haec scripsit in Variet. lection. In Annotatt. haec: „Augustanus *συνίετε*, quod praefero. Videtur enim, quod in verbis ab *εἶμι*, *eo*, compositis usu venit, ut praesens pro futuro usurpetur, id idem etiam in verbis ab *ἵημι* compositis, quibusdam saltem, obtinere. Ut *συνίετε* sit idem atque *συνήσετε*, *intelligetis*. Dubito, num futurum huius verbi ab Atticis hoc quidem significatu usurpetur in activo: nam de medio nullum est dubium.“ Mirabilia narrat de verbis *εἰμί* et *ἵημι*. De futuro activi *συνήσω* v. Lehmannus ad Lucian. T. II. p. 578. s. SCHAEFER.

P. 627. v. 13. *ἕκαστον*] *ἕκαστα* Bekker. V. not. ad v. 2. SCHAEFER.

P. 627. v. 15. ἀθρόα] ἄθροα Dindorf. SCHAEFER.

P. 627. v. 16. λάβε] Λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 627. v. 17. τούτων] Aristocratis, Charidemi, et qui cum illis faciunt. Alias legi possit τούτῳ, *Aristocrati.* — Prima haec orationis pars, quae de legibus agit, procedit usque ad p. 653, 25. REISK.

P. 627. v. 18. ἐκ τῶν —] νόμος ἐκ τῶν — August. primus. Idem cum Bavarico v. 20. omittit *ΝΟΜΟΣ.* REISK. Bene. Omnia enim haec verba faciunt titulum. *ΝΟΜΟΣ ΕΚ ΤΩΝ ΦΟΝΙΚΩΝ ΝΟΜΩΝ ΤΩΝ ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ* Bekker. SCHAEFER.

P. 627. v. 24. Ἐπίσχες.] Videtur deesse: παραναγνῶθι δὲ καὶ τὸ ψήφισμα. *ΨΗΦΙΣΜΑ.* Ἠκούσατε μὲν κ. τ. λ. WOLF. Inconsulto hoc omne. Antequam enim Orator verba facere incepit, scriba totum γραφὴν, actionem, causae summam, publice recitaverat. In ea autem continebatur plebiscitum, quod iam παρανόμων γράφεται. Aeschines c. Timarch. init. p. 27. pen. εἰδὼς δὲ αὐτὸν ἔνοχον ὄντα οἷς ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε ἀναγινώσκοντος τοῦ γραμματέως. Vide Ulpianum ad hanc Aristocrateam p. 626, 13. v. ὑπεσχημένον. Nihil ergo deest. TAYLOR.

P. 627. v. 24. ἠκούσατε μὲν] ἠκούσαμεν August. primus uno vocabulo. REISK.

P. 627. v. 24. τοῦ ψηφίσματος] Aristocrateum designat, quod hac oratione tota impugnatur et in ipso orationis exordio fuerat a scriba pro more recitatum: id quod iam Taylorus observavit non probans suspicionem Wolfii de quodam h. l. defectu. REISK.

P. 627. v. 25. ὡς] F. ᾧ, cui respondet τοῦτο. MARKLAND. ὡς verum est. τοῦθ' v. 26. more Graecis solenni additum est, cum omitti potuisset. SCHAEFER.

P. 627. v. 25. δοκεῖτε] Vulg. δοκῆτε. δοκεῖτε August. primus, Bavaricus. Correxi δοκεῖτε. Sic olim coniectaveram, et postmodum a Codd. confirmatum vidi. REISK. Apparet Reiskium hanc constructionem, quae viros graece perdoctos toties fefellit, satis cognitam habuisse. Conf. farrago notularum super particula ἂν in H. Stephani Thes. c. 1987. A. SCHAEFER.

P. 627. v. 26. σκέψαισθ'] σκέψασθε August. primus. REISK.

P. 628. v. 2. γὰρ] Abest a Paulina. REISK.

P. 628. v. 6. χρήσομαι] θήσομαι August. primus. Videntur hae reliquiae esse vetustae cuiusdam lectionis, προσενεχθήσομαι. REISK.

P. 628. v. 11. ἐν μὲν τῷ νόμῳ] F. ἐν τῷ νόμῳ sine μὲν. MARKLAND. Immerito μὲν a Marklando sollicitatur. Insequitur δὲ ei respondens, tametsi longiuscule, p. 629, 5. REISK. Verissime: estque haec Reiskii annotatio bonitate suppar illi ad p. 627, 25. SCHAEFER.

P. 628. v. 13. προειπὼν] [προσειπὼν.] MSti Barocc. Aug. Vindob., praestantiores nempe, προειπὼν. Ambigo tamen. Infra p. 630, 5. τὸν ἀνδροφόνον προσειπὼν, nullo cum discrimine legendi. Vid. p. 631, 20. TAYLOR. Vulg. προσειπὼν. προειπὼν August. primus. Correxi προειπὼν, omisso sigmate. προειπεῖν et προαγορεύειν est legislatoris aliquid denuntiantis, sive iubentis sive vetantis, cum interminatione. V. Harpocrat. v. Ἐπενεγκεῖν et locus Isaei, quem e Polluce citat Valesius ad Harpocrat. p. 66., item v. Ἐφορία, ubi προαγόρευσις est *promulgatio, denuntiatio*, item infra p. 1068. penult. REISK. προειπεῖν h. l. est simpliciter *prius dicere, praemittere.* Quod sequitur infra p. 630, 5. τὸν ἀνδροφόνον προσειπὼν, nollem Taylorus hîc citasset: est enim generis longe diversi. Conf. ibid. v. 2. et 7. SCHAEFER.

P. 628. v. 15. πεποιηκὼς] Vulg. πεποίηκεν ὅμως. Malim haec duo in unum contrahi vocabulum, resectis inutilibus πεποιηκὼς, ut sit haec constructio: εἴρηκε τί χρὴ πάσχειν τὸν δεδρακότα, ἐπειδὴ πεποίηκε κρίσιν, προειπὼν (vel μετὰ τὸ προειπεῖν) ἐὰν ἀποκτείνῃ. Et sic dedi de meo. REISK. πεποίηκεν ὅμως, ut oportebat, restituit Bekker. SCHAEFER.

P. 628. v. 17. ἔνεστιν] ἔστιν simplex dat index Aldi. REISK.

P. 628. v. 17. τίς] τί August. primus. REISK.

P. 628. v. 20. ἐπαιτιάσηται] ἐπαιτιάσοιτο in Bavarico est super vulgata scriptum. REISK.

P. 628. v. 22. ἡμᾶς] [ὑμᾶς.] F. ἡμᾶς. MARKLAND. Vulg. ὑμᾶς. ἡμᾶς August. primus et Bavaricus. REISK.

P. 628. v. 22. δέδρακε] δέδρακεν Dindorf. — Mox v. 23. corrig. πρότερον et v. 28. ἐξελεγχθῇ. SCHAEFER.

P. 628. v. 25. πάντα τὰ τοιαῦτα ὀνόματα] *omnes huiusmodi dictiones.* V. p. 631, 18. 22. SCHAEFER.

P. 628. v. 25. ἐάν τις ἀποκτείνῃ] Addunt haec o. fere l. s., Ven. Barocc. Ital. Bodlei. Obsop. Vindob., editi etiam, Felic. Manut. et Benen., additis verbis, ut ait Obsop., haud dubie non male aut otiosis. TAYLOR. Verba ἐάν τις ἀποκτείνῃ absunt ab Aldina et proinde Wolfiana quoque. Addidit Lessingianus. REISK.

P. 628. v. 27. πρὸ τοῦ μὲν] πρὸ μὲν τοῦ Bekker. SCHAEFER.

P. 628. v. 27. ἐστιν] εἰσιν Bavaricus. REISK.

P. 628. v. 27. ἐπειδὰν] Vulg. ἐπειδή. ἐπειδὰν August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 628. v. 28. ἀδικήματα] Verius foret ἀδικημάτων. Sed talia Oratores non curant. SCHAEFER.

P. 629. v. 3. καὶ οὐχ — εἶπεν] [καὶ οὐχ, ἅπερ, ἂν ἁλῷ, παθεῖν, εἶπεν.] καὶ οὐκ εἶπεν, ἅπερ παθεῖν (sub. δεῖ), ἂν ἁλῷ. WOLF. καὶ οὐχ, ἅπερ, ἂν ἁλῷ, παθεῖν χρὴ, εἶπεν Barocc., ut infra p. 630, 5. ἐν δὲ τούτῳ τὸν ἀνδροφόνον προσειπὼν, ἃ χρὴ

πάσχειν, εἴρηκεν. TAYLOR. Vulg. — παθεῖν, εἶπεν. Addidi χρὴ post παθεῖν. REISK.

P. 629. v. 3. ὁ μὲν δὴ — πῶς;] Citat Tiberius p. 30. SCHAEFER.

P. 629. v. 3. δὴ] Omittit Tiberius. SCHAEFER.

P. 629. v. 5. τιθεὶς — γράφων] Funguntur vice substantivorum. Quod nisi esset, scribi debebat θεὶς — γράψας. ἔθηκεν ὁ τιθεὶς τὸν νόμον v. 27., i. q. ὁ νομοθέτης. SCHAEFER.

P. 629. v. 8. οὐκ ἔτι] οὐκέτι Bekker. SCHAEFER.

P. 629. v. 13. φανερόν] Post h. v. videtur γενόμενον deesse. REISK. Si quid desit, malim supplere ὄντα. Sed non opus videtur. SCHAEFER.

P. 629. v. 15. ταῦτα πάντα] πάντα ταῦτα Bekker. SCHAEFER.

P. 629. v. 16. ὁ κάτωθεν νόμος] De hac locutione multa tum veteres tum recentiores, Didymus in σχ. de perditis ad Demosthenem, (ut liquet ex Harpocrat. in voce Ὁ κάτωθεν νόμος, Suida et Photio MS. *)) Pollux L. VIII. C. X. §. 128. Meursius Attic. Lect. I. 22. Petitus LL. Attic. pag. 104. Salmasius de M. U. p. 758. seq. Heraldus Animadv. p. 298. Una est sententia Didymo et Polluci communis, quam primam refellam. Cum tabulae, in quibus leges erant descriptae, ab acropoli, quae urbis erat locus editissimus, in forum erant translatae, (id intelligo de legum exemplari facto,) eam rem agente potissimum Ephialte quodam, ut populo publice prostarent, ibi dici incipiebat ὁ κάτωθεν νόμος, relatione scilicet habita ad exemplar, quod erat in foro adservatum. Sit ita, quando isthoc velis: factum fuisse non nego. Hoc tamen non unam legem ab alia distinguit, cum omnes similiter in forum sint translatae, aut omnes potius similiter in tabulis ibi descriptae. Unde enim aut qua constantia haec lex *inferior* nominari possit potius, quam illa, quae modo praecesserat, aut ea, quae mox subsecutura est? Dicitur secundo, per has voces intelligendam esse Heliacam, curiam, ut videtur, in loco depresso sitam, διὰ τὸ τῶν δικαστηρίων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι. Profecto id non novi, neque arbitror esse verum. Solus Areopagus quidem, utpote in altissimo colle situs, ἡ ἄνω βουλὴ dicebatur, ut ex Plutarcho et Heliodoro ostendit Meursius in Areopag. C. 1. extrem. [εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβεβηκέναι Lysias p. 175. ed. Lond. ἡ ἄνω et ἡ κάτω βουλὴ Plutarchus in Solone. TAYLOR. *in Schedis.*] Veruntamen si curiae Atticae omnes in τὰς ἄνω hac, illac in τὰς κάτω distribuerentur, infeliciter sane elegisti Heliacam, quam inter inferiores numeres. Si etymologiae magistrorum quidquam habeant momenti, in convalli aut loco

---

*) c. 237. SCHAEFER.

depressiore esse non potuit. Immo erat in loco subliniori, idque expresse ait Antipho: *Φιλοκράτης οὑτοσὶ ἀναβὰς εἰς τὴν ἡλιακὴν* (corrige *ἡλιαίαν*). et deinde: *ἀναβὰς ἐγὼ εἰς τὸ δικαστήριον τοῖς αὐτοῖς δικασταῖς ἔλεξα.* p. 143, 39. edit. Steph. Verum, his omissis, responderi potuit simpliciter, hic non de curia agi, sed de lege. Dicitur tertio, quod ex forma legum exarandarum, quae *βουστροφηδὸν* erat, *τὸν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἀρχόμενον νόμον* Demosthenes vocaret *τὸν κάτωθεν νόμον.* Quae quidem non verba sunt, sed portenta. Nam in eo scribendi ritu, qui versationem boum imitari dicitur, omnino a sinistra parte dextrorsum scribere coeperunt, uti nos hodie scribimus: qua linea exarata sive sulco finito, necesse erat, ut, more boum in arando servato, sequentem versum, *τὸν κάτωθεν*, a dextra parte inchoantes versus sinistram ducerent, ut in hoc exemplo:

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ
.ƎΠIƎ ʼΔAT ƧΥƎIИAIAΠ

Sed videamus tamen, quantum prosit hoc commentum. In ea scriptura lineam lineae subiiciebant, et perpetuo isto tenore leges ita exarari potuisse non nego. Una ergo eademque lex partim *ἄνωθεν*, partim *κάτωθεν* erat descripta: a sinistra scil. dextrorsum, quantum nempe pateret tabula, deinde sinistrorsum a dextra. Nam isto ritu non legem legi, sed lineam lineae supponebant: et proinde nulla lex *κάτωθεν* nominari poterat, aut omnes similiter ita nominari debuerunt. Quarta est eorum sententia, qui contendunt, cum leges in axibus ordine et seriatim essent descriptae, dici *τὸν κάτωθεν νόμον* eam, quae in inferiori parte tabulae contineretur. Quae sane praestaret, ni paulo meliorem adduceremus. Provocat Demosthenes non ad tabulas axonasve, verum ad exemplar earum legum, quas exinde describi fecerat, ut, quotiescunque usus venisset, a scriba ex eo periculo recitari potuissent. Atque hoc solenniter dicebatur *παραγράφειν.* Noster c. Androt. p. 604, 2. *περὶ μὲν τῶν νόμων, οὓς παρεγραψάμεθα.* Et c. Aristocr. p. 636, 11. *Ὁ μὲν νόμος ἐστὶν οὗτος Δράκοντος, καὶ οἱ ἄλλοι, ὅσους ἐκ τῶν φονικῶν νόμων παρεγραψάμην.* Et p. 640, 18. *Οὐ τοίνυν μόνον τούτους τοὺς νόμους παραβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλους πολλούς, οὓς οὐ παραγεγράμμεθα διὰ τὸ πλῆθος.* Adde p. 691, 27. Neque haec dico, quasi credam, *παραγράφειν* simpliciter esse *describere*, cum novi aliud esse et proprie dici pro eo, quod ICti Romani nominant *exceptione uti.* Descripsit ergo Rhetor noster ex tabulis publicis leges hasce exceptorias, quas Aristocrateae rogationi opponeret. Descripsisse saltem constat: et multa sunt in hac oratione, quae meam sententiam adiuvant. Ita ad scribam se adcommodans saepius ait: *λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον — τὸν ἐφεξῆς νόμον — λέγε τοὺς ἐφεξῆς νόμους.* Vid. p. 631, 26. 649, 2. et 18. Praesertim p. 647, 20. dubius, utrum in periculo suo adhuc restaret lex, quam scriba non reci-

tarat, ait: ἆρά τις ἡμῖν ἔτι λοιπός ἐστι νόμος; Potissimum vero omnium p. 649, 18., qui locus primum hodie a me est complanatus: λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον, ἢ οὗτοι πάντες εἰσίν; *Recita et sequentem legem, vel anne omnes iam sint recitatae?* Id est: *Recita sequentem legem, si qua superfuerit recitanda earum, quas descripsimus.* TAYLOR. ὁ κάτωθεν νόμος significat idem atque mox v. 18. ὁ μετὰ ταῦτα νόμος. *Recita legem huic proximam inferiorem*, in illo fasciculo legum e codice universo excerptarum, quo leges huic causae servientes complexus sum, isti superiori iam recitatae et enarratae suppositam, quae istam priorem, nulla alia intercedente, excipit. Mirum dictu, quantos motus excitarit, quae dubia crearit dictio tam plana, quam ipse orator, veluti praevidens et metuens bella grammaticorum ob eam oritura, interpretatus esset: quae bella Taylorus enarravit a ratione mea interpretandi hunc locum, si bene mentem eius percipio, haud alienus. REISK. Seagerus Diar. Classic. LV. p. 59. verba sic vertit: *Atqui lex proxime subiecta etiam damnatos, compertos homicidas sic afficere diserte et plane prohibet.* Tangit hunc locum Lobeckius ad Phrynich. p. 128., cui κάτωθεν hîc etiam videtur esse i. q. κάτω. De tali enallage quid sentiam, scripsi ad p. 21, 5. ὁ κάτω νόμος est *lex infra scripta:* ὁ κάτωθεν νόμος *lex de inferiori parte schedae recitanda.* Sic vernacule dicas *das Gesetz von Seite . . .*: pro quo possis, sed diverso sensu, *das Gesetz auf Seite . . . .* SCHAEFER.

P. 629. v. 16. μηδὲ] μὴ P. Manutius. REISK.

P. 629. v. 17. δεδογμένους] Nonnulli Codd. habent δεδειγμένους, Bodlei. Obsop. Ital. Lindenbr., cum editt. Felic. et Manut., eamque lectionem suffragio suo tuetur Lambinus. Cui auscultabo parum. δοκεῖν est verbum forense et significat *reum peragi, iudicio cadere*, et similia. Coniunguntur saepissime ἁλῶναι et δοκεῖν tanquam paria. Ita auctor noster p. 643, 25. ἂν δ' ἁλῷ καὶ δοκῇ τοὔργον εἰργάσθαι. Et p. 642, 26. ἐὰν δόξῃ (ὁ διώκων) τὰ δίκαια ἐγκαλεῖν καὶ ἕλῃ τὸν δεδρακότα. Hanc rem, uti spero, expedivi ad Lysiam pag. 136. not. 6. TAYLOR.

P. 629. v. 17. δ'] δὴ August. primus. REISK. Post δ' insere αὐτοῖς. V. not. ad p. 465, 16. αὐτοῖς. SCHAEFER.

P. 629. v. 19. *ΝΟΜΟΣ.*] In hac lege multa Salmasium torquent, quorum quae potiora sunt et graviora hic delibabo. Primo: Quod nihil alienum magis a mente Demosthenis proferri potuit ea lege, quae iuberet aliquem privata auctoritate interfici, cum eam ipsam crudelitatem in Aristocratea suasione toties exagitet iste Rhetor. Secundo: Quod lex τοῦ ἀποκτείνειν licentiam concedat, ea, quae minora sunt, vexare, excruciare, pecuniam extorquere, improbet. Tertio: Quod ea locutione, ἀποκτείνειν καὶ ἀπάγειν, iubeat abduci, qui iam morte multatus sit. Quarto: Quod in lege a Dracone lata (tulit enim, ut liquet ex p. 636,

11.) axonum mentio facta sit, quos a Solone primo adhiberi notum est. Quinto: Quod de legitimo supplicio neque in monumentis neque in auctoribus τὸ ἀποκτείνειν dictum reperiatur, sed θανάτῳ ζημιῶσαι. Alia multa, quae prolixe de his rebus disserit in tractatu toties a me laudato. Quorum plurima, quae prae festinatione et nimio capitis fervore ab homine exciderunt, ab iis redarguuntur, qui operam isti rei impenderunt. Legis interea mentem pulchre exponit Heraldus, cuius verbis iam utor: „Lex Attica exsulem caedis causa, intra fines deprehensum, occidere permittebat, aut ad magistratum deducere: non quod occidi eum vellet, si posset prehendi et in ius duci, sed ut eum a suis finibus omnino absterreret: item si forte resisteret et vim opponeret, sciret licere contumaciam suam praesenti morte multare." Non ius certum ea lege sanciri credidit, aut voluisse legislatorem, ut ad tantam severitatem unquam procederetur, verum, ut in iure antiquo multa huiusmodi inveniuntur, comminanti similem multa permittere, quorum atrocitatem nunquam expromi speraret. Et ut in ea mente essem, suadent verba Platonis ab eodem adducta: ἐὰν δέ τις ἐπιβῇ τούτων τῆς τοῦ φονευθέντος χώρας, ὁ προστυχὼν πρῶτος τῶν οἰκείων τοῦ ἀποθανόντος ἢ καὶ τῶν πολιτῶν ἀνατεὶ κτεινέτω ἢ δήσας τοῖς ἄρχουσι τῶν τὴν δίκην κρινάντων κτεῖναι παραδότω. Verba itaque ἀποκτείνειν καί, quae Salmasius tollit, non videntur expungi debere. Ita in lege de furibus nocturnis, quae producitur a Demosthene c. Timocratem p. 736, 1. εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι καὶ τρῶσαι διώκοντα καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς ἕνδεκα. TAYLOR. V. Meierus de Bonis Damnator. p. 20. coll. not. ad p. 630, 10. SCHAEFER.

P. 629. v. 20. δ'] Abest ab August. primo. REISK.

P. 629. v. 21. ἐν τῷ ἄξονι] Citat h. l. Harpocration v. Ἄξονες. REISK. Item Anecd. Bekk. p. 413, 17. coll. Bastii Commentat. Palaeograph. p. 804. s. SCHAEFER.

P. 629. v. 21. ἀγορεύει] Sub. ὁ νόμος. WOLF. ἀπαγορεύει Cod. Reg. α. διαγορεύει mavult Wolfius [in Farragine]. Salmasius interea in libro laudato p. 768. ἠγόρευται refingit, idque ex Demosthenis interpretatione liquere ait, qua id exposuit ὡς εἴρηται p. 630, 12. Iterum vide Heraldum recepta tuentem L. IV. C. V. §. 7—9. TAYLOR. Lege ἀγορεύεται, ut in proxima pagina εἴρηται. IURIN. ἀπαγορεύει August. primus. Harpocration l. c. dat εἴρηται pro ἀγορεύει. ἀγορεύει, scilicet legislator. REISK. V. not. ad p. 630, 12. SCHAEFER.

P. 629. v. 22. ἀποινᾶν] V. Ind. Graecitat. p. 68. SCHAEFER.

P. 629. v. 22. διπλοῦν] διπλοῦν τῶν εἰσπεπραγμένων χρημάτων. WOLF.

P. 629. v. 22. ὅσον] Aut ὅσου in genitivo malim, aut ἢ ὅσον. REISK. Bekkerus: „ὅσου O." Perplacet. SCHAEFER.

P. 629. v. 22. εἰσφέρειν] ἀντὶ τοῦ εἰσάγειν τὸν βουλόμενον. WOLF. εἰσφέρειν perinde valere iudico, ac si dixisset εἰσάγειν, neque causam subesse arbitror, quare Wolfio auscultemus, qui in quodam loco [in Farragine] hanc vocem pro illa substituit. Ad elucidandum ritum, de quo hic tractatur, video verba illa Ulpiani ad Midianam non longe ab initio esse perutilia: *Μετὰ τὸ ἀποκληρωθῆναι τὸ δικαστήριον ἐδίδοντο τοῖς θεσμοθέταις αἱ γραφαί. κἀκεῖνοι ἠρώτων λοιπόν· Βούλει κατηγορεῖν ἢ μάρτυρας ἔχεις εἰς τὰς ἀποδείξεις ἑτοίμους; καὶ εἰ συνέφησεν, οὕτως ἤδη λοιπὸν εἰσήγετο. — ἄρχοντες δὲ ἦσαν οἱ ἐν ἑκάστῳ δικαστηρίῳ τὰς κρίσεις εἰσάγοντες.* Ita Rex sive Archontum secundus caedis actiones εἰσάγει, *committit.* Pollux L. VIII. C. IX. §. 90. Polemarchus actiones haereditatum. Idem ibid. §. 91. Nautodicae τῆς ξενίας. Idem §. 126. Vide Suidam v. Ἡγεμονία δικαστηρίου et quae diximus ad Lysiam pag. 559. not. 9. TAYLOR. Scilicet τὴν τοῦ ἀπαχθέντος δίκην. ut Thesmothetae homicidae eiusmodi ad se adducti causam ad Haliaeam adducant, in eam inferant. REISK.

P. 629. v. 23. ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι] πρὸς τοὺς δικαστὰς ἑκάστων ἐγκλημάτων. Sic ego coniicio. Si erro, minus mihi succensebit is, qui cogitabit, quantum obscuritatis et difficultatis sit in Legg. XII Tabularum, quae etiam Ciceroni facesserunt negotium, cum Solonis et Draconis ἄξονες antiquiores etiam sint. WOLF. ὧν, scilicet δικῶν φονικῶν. prout causa quaeque homicidii ad hoc vel illud tribunal pertinet. Nam alias caedes alii iudicabant: voluntarias et insidiosas Thesmothetae; involuntarias et fortuitas Ephetae. V. p. 632, 3. REISK.

P. 629. v. 23. τῷ βουλομένῳ] Scilicet τὴν ἑαυτοῦ δίκην φονικὴν ὑπ' αὐτῶν εἰς τὴν Ἡλιαίαν εἰσφέρεσθαι. REISK.

P. 629. v. 25. διαγινώσκειν] διαγιγνώσκειν Bekker. SCHAEFER.

P. 629. v. 28. δὴ] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK.

P. 630. v. 3. που — ἐν τούτῳ.] Citat Tiberius p. 30. SCHAEFER.

P. 630. v. 3. ἐν τούτῳ] Praepositio abest ab August. primo. REISK. Bekkerus: „καὶ ἐν τούτῳ] καὶ τούτῳ S. Y. O. k. r. s.“ Omisit ἐν Dindorf. V. Ind. ad Poët. Gnom. p. 367. SCHAEFER.

P. 630. v. 6. αἰτία] Vulg. ἡ αἰτία. Articulum omittunt August. primus, Bavaricus, Paulina. Delevi. REISK.

P. 630. v. 7. οὗ δ'] Male Morel. οὐδ'. TAYLOR. Vulg. οὐδ', quod vitium est typographicum. οὗ δ' August. primus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius et reliquae omnes editt. praeter Paris. Et sic correxi. *ubi autem.* REISK.

P. 630. v. 8. ἔγραψε] ἔγραψεν Bekker. SCHAEFER.

P. 630. v. 10. λέγει] Vulg. λέγοι. λέγει (in indicativo) Pa-

ris. primus, August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. V. p. 634, 23. REISK.

P. 630. v. 10. ἀποκτείνειν καὶ ἀπάγειν] Citat Meierus de Bon. Damnat. p. 20. coniunctionem monens pro disiunctione accipi debere. *) Quod viro doctissimo concedere nequeo: nusquam enim καὶ valet i. q. ἤ. *licere occidere et abducere*, h. e. *licere et occidere et abducere*, *licere tam occidere quam abducere*, optione tibi data eligendi utrum malis: nam utrumque facere per rei naturam non licet. V. not. ad p. 528, 6. SCHAEFER.

P. 630. v. 10. αὐτόν] [αὐτόν.] αὑτόν omnino, uti edidi. Sic etiam v. 17. TAYLOR. In Wolfiana est cum leni. Sed recte est cum aspero in Parisina. REISK.

P. 630. v. 11. ὡς] Forte οἷ vel ὅποι. Nam adverbium locale postulari videtur. WOLF. Atqui statim sequitur: ἀλλὰ πῶς; Ὡς —. SCHAEFER.

P. 630. v. 11. ἀλλὰ πῶς; — φησί.] Citat Tiberius p. 30. SCHAEFER.

P. 630. v. 12. εἴρηται] εἴρηκε Bavaricus: scilicet ὁ Σόλων aut ὁ νομοθέτης. REISK. εἴρηκε satis apte respondet verbo ἀγορεύει p. 629, 21. SCHAEFER.

P. 630. v. 12. φησί] φησίν Bekker. SCHAEFER.

P. 630. v. 13. οἱ θεσμοθέται — ζημιῶσαί εἰσι] Citant Anecd. Bekk. p. 146, 16. De hoc loco v. Meierus de Bon. Damnator. p. 43. idemque et Schoemannus de Lite Athen. p. 740. s. SCHAEFER.

P. 630. v. 15. τὸν] Videtur hoc esse reliquum e nomine hominis proprio, quod periit, Νικόστρατον aut Φιλόστρατον aut tale quodpiam. REISK. Significatur homo omnibus notus, ceteroquin ignobilis cuiusque nomen addi nihil quidquam referret. Sic autem Graeci solo articulo utuntur. V. Matthiae Grammat. Gr. §. 266. p. 373. SCHAEFER.

P. 630. v. 16. ὑπ' ἐκείνων] Nihil est, cur mutes in πρὸς ἐκείνους, *ad eos*, etsi mox sequitur ὡς τούτους οὖν ἀπάγειν λέγει. WOLF. Male. Thesmothetarum non erat munus damnatos ad mortem ducere, sed XIvirorum. Docebit Iulius Pollux L. VIII. C. IX. §. 102. alii. Verum, ut esset maxime eorum munus, hic locus non tractat de iis, quos illi abducebant, sed qui ad illos ducebantur. Agitur de notione τοῦ ἀπάγεσθαι. ἐξεῖναι, inquit ille, ex lege ἀπάγειν. ἆρ' ὡς αὑτόν; *Domumne? Minime, sed, ut lex iubet, ad Thesmothetas.* ὡς τούτους ἀπάγειν λέγει. Revoca igitur lectio-

*) Similem Ulpiani observationem confutavit Fr. A. Wolfius ad p. 504, 22. Nec solus Ulpianus e vetustis illis commentatoribus hac chorda oberravit. V. Heynius ad Homer. Il. XXI. 339. SCHAEFER.

nem Feliciani et Manutii eorumque MSS. ἐπ' ἐκείνους. Sexviri illi, Thesmothetae nempe, ius habebant sententiam ferendi (id enim per θανάτῳ ζημιῶσαι intelligo) de iis, qui, ubi ob caedem solum verterint, iterum domum redeant. Id quod anno quidem superiore factum vidistis, nempe a concione quendam extractum coram iis sisti ad eos deductum. Ad hos igitur iubet lex adducere, non domum ad se ducere. TAYLOR. ὑπ' ἐκείνων tuetur Wolfius, Taylorus autem revocatum vult ἐπ' ἐκείνους ex editionibus Feliciani et P. Manutii. Sed videtur locus bene habere. ὑπ' ἐκείνων ἀπαχθέντα, a Thesmothetis e concione abductum, quo traderent Undecimviris. REISK. Vellem gravior foret auctoritas alterius illius scripturae, ἐπ' ἐκείνους, quae mihi etiam perplacet. SCHAEFER.

P. 630. v. 17. αὑτὸν] αὐτὸν Reisk. V. not. ad v. 10. SCHAEFER.

P. 630. v. 21. τάττει] πράττει Bavaricus. REISK.

P. 630. v. 22. τὸν νόμον] Accuratius cum editione Lambini τὸ τὸν νόμον. TAYLOR. Vulg. τὸ τὸν νόμον. τὸ abest ab August. primo, Bavarico, Aldina, Paulina. Delevi. REISK. Iure delevit. SCHAEFER.

P. 630. v. 23. ἢ] Potius καὶ. Nam ea videtur esse constructio. TAYLOR. Vulgata bene habet. REISK. Mireris Taylorum ad solennem hanc constructionem offendere potuisse. V. quae congessi in H. Stephani Thes. c. 10020. A. SCHAEFER.

P. 630. v. 23. γίνεσθαι] γίγνεσθαι Bekker. SCHAEFER.

P. 630. v. 25. δέ ἐστι] δ' ἐστὶ Dindorf. SCHAEFER.

P. 630. v. 25. μὴ] Abest a Bavarico. REISK. Nisi, quod suspicor, hoc referendum ad μὴ v. 23., ubi Bekkerus: „μὴ post φησί om. pr. Y.“ SCHAEFER.

P. 630. v. 26. γνώριμον — μαστιγοῦν] Vulg. γνώριμον οἶδ' ὅτι πᾶσι μὴ μαστιγοῦν. Manifestum est vitium huius loci. Aut enim λέγει in fine sententiae est delendum, aut ὅτι post πᾶσι est iterandum, quod valde durum est et aures offendit, aut denique, quod equidem praeferam, sic legendum: γνώριμον οἶμαι πᾶσιν ὅτι μὴ μαστιγοῦν — λέγει. Dedi de meo: γνώριμον οἶδα πᾶσιν (subaudi εἶναι) ὅτι μὴ —. REISK. γνώριμον οἶδ' ὅτι πᾶσι μὴ μ. Bekker. Recte. *quod verbum scilicet omnibus notum est.* SCHAEFER.

P. 630. v. 27. μηδ' — μὴ] Malim aut μὴ — μὴ aut μηδ' — μηδὲ. Posterius tuetur Theo. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 630. v. 27. ἀποινᾷν] Quia mihi nullum huius generis obsoletorum verborum suppetebat *), verti: *habet etiam alterum*

---

*) V. Wolf. ad p. 632, 1. SCHAEFER.

legis verbum nihil obscuritatis. Quorsum enim lucernam accendas in meridie? WOLF. Theo Progymn. p. 46. ἀρχαῖα δὲ τὰ πάλαι μὲν συνήθη, νῦν δὲ ἐκλελοιπότα, ὡς λέγει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους περὶ τοῦ Δράκοντος νόμῳ τόδε, μηδ' ἀποινᾶν, *) μηδὲ (l. μὴ) χρήματα πράττεσθαι· τὰ γὰρ χρήματα ἄποινα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί. TAYLOR.

P. 630. v. 28. χρήματα ἄποινα] Vulg. ἄποινα χρήματα. Imo vero inverso verborum ordine χρήματα ἄποινα. *veteres enim, quae nos hodie* χρήματα *usurpamus,* ἄποινα *usurpabant.* Sic dudum ante e coniectura mea correxeram, quam e Tayloro intelligerem apud Theonem sic exstare. Unde correxi. REISK. Bekkerus: „χρήματα ἄποινα] ἄποινα χρήματα F. S. Y. O. k. r. s. v." Qui verborum ordo non fuit mutandus. Nempe Graeca syntaxis talibus in locutionibus praedicato quod Logici dicunt addit articulum: cuius idiomatis vulgatiora exempla dedit Matthiae Grammat. Gr. §. 266. p. 374. s. Eadem articuli ratio est in illis quae proxime antecedunt: τὸ μὲν δὴ μὴ λυμαίνεσθαι — τὸ δὲ μηδ' ἀποινᾶν —. Nec dubito etiam in Xenophont. Memor. III. 14. 7., quem locum citavit Dindorfius praefat. p. X. s., restituendam esse scripturam priorum editionum: ἔλεγε δὲ καὶ ὡς τὸ εὐωχεῖσθαι — ἐσθίειν καλοῖτο. SCHAEFER.

P. 631. v. 1. καὶ [τὸν] ἑαλωκότα] Lege τὸν ἑαλωκότα sine ista copula, quae sententiam misere funestat. *Ita statuit lex de homicida, qui iam damnatus est.* Reg. α. habet, altera vocula deleta, καὶ ἑαλωκότα. TAYLOR. Delendum puto καὶ et distinguendum: τὸν ἀνδροφόνον, τὸν ἑαλωκότα ἤδη, διώρισεν etc., ut p. 629. ult. τοῦτον ἀνδροφόνον λέγει, τὸν ἑαλωκότα ἤδη τῇ ψήφῳ, et p. 646, 17. περὶ τῶν ἀνδροφόνων, τῶν ἤδη κεκριμένων. MARKLAND. τὸν uncis inclusi. REISK. Uncos amovit Bekker. Neque opus est uncis. Verte: *homicidam eumque talem, qui iam convictus sit.* SCHAEFER.

P. 631. v. 1. διώρισεν] Imo vero διορίσας. Alias constructio sibi non constat. Nam καὶ posterius v. 2. non per *et,* sed per *etiam* est reddendum. *Lex enim cum sic definiat, quomodo puniendus sit* ὁ ἀνδροφόνος, *id est reus convictus sceleris commissi atque condemnatus, et ubi sit puniendus, eo, quod patriam peremti appellavit, simul quoque disertis verbis pronunciavit, reum talem non alio quam isto a se praescripto modo neque alibi quam ibi esse puniendum.* Caetera sanus videtur hic locus, nisi quod τὸν, quod abest a codice regio α., facile passurus sim omitti. REISK. Vulgata est sanissima. Docet etiam iteratio eiusdem verbi v. 6. SCHAEFER.

P. 631. v. 2. οὗ] Vulg. οὐ. οὗ mavult Wolfius in Farragine. REISK.

---

*) L. — νόμου· τὸ δὲ μηδ' ἀποινᾶν. SCHAEFER.

P. 631. v. 2. γὰρ] Addidi de meo. *eo enim, quod patriam iniuria laesi praefatus est, diserte quoque pronunciavit, neque alio modo quam hoc neque alibi quam hic* (scilicet puniendum esse violatorem). REISK. Adversatur haec Reiskii annotatio superiori illi ad διώρισεν v. 1. Scilicet alio tempore illa, alio haec commentatus est: sine dubio conciliaturus repugnantia, nisi fata virum summum praevertissent. Iure autem γὰρ delevit Bekker. Verba τὴν τοῦ πεπονθότος — ἄντικρυς εἴρηκεν sunt ἐπεξήγησις antecedentium. SCHAEFER.

P. 631. v. 2. περὶ τοῦ] τοῦ abest ab Aldina: sed addidit Lessingianus. Post περὶ τοῦ videtur desiderari τρόπου. REISK. Ego quidem non desidero. SCHAEFER.

P. 631. v. 5. ὁ δὲ — τἀναντία εἴρηκε.] Citant Anecd. Bekk. p. 138, 15. SCHAEFER.

P. 631. v. 5. ὁ δὲ — διώρισεν] Potest legi interrogative. Sed tum erit mutandus ordo: ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων διώρισε; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Sed quid si legas ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων πολλοῦ γε καὶ δεῖ διορίσαι? *multum abest, ut decreti auctor ista distinxerit.* WOLF. πολλοῦ γε δεῖ καὶ διώρισεν Lessing. De ratione dictionis πολλοῦ γε καὶ δεῖ διώρισεν, cuius hanc vim esse constat, *multum abest ut definierit*, mihi satis nondum liquet, benene habeat an secus. Quod si quid corrigendum sit, malim h. l. infinitivum δεῖν, ut sit idem atque ὥστε πολλοῦ δεῖν. Sed tutius est in re dubia vulgatam loco suo relinquere. Multae sunt dicendi rationes Atticis propriae, a more loquendi vulgari mirum quantum dissidentes. Possit quoque διωρικέναι in infinitivo perfecti legi; quae est ratio usitata. REISK.

P. 631. v. 5. πολλοῦ γε καὶ δεῖ] πολλοῦ γε δεῖ Anecd. Bekk. Et sic Bekker. SCHAEFER.

P. 631. v. 6. διώρισεν] Simplex ὥρισεν dat Bavaricus. REISK.

P. 631. v. 6. εἴρηκε] εἴρηκεν Bekker. Et sic Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 631. v. 11. οὐδὲ ἐν τῇ ἡμεδαπῇ] Atqui leges id fieri permittebant. V. p. 635, 1. Num ergo legendum οὐδὲ ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ? *ne in aliena quidem ditione*, ubi tamen legibus nostris nulla est auctoribus. REISK. Vulgata bene habet: ad ἄγειν enim subaudiendum ἄνευ κρίσεως. SCHAEFER.

P. 631. v. 12. πανταχόθεν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 631. v. 12. πανταχόθεν ἄγειν] ἄγειν πανταχόθεν Bekker. SCHAEFER.

P. 631. v. 15. κακοῦν] Videtur aut varietas lectionis pro λυμαίνεσθαι aut potius scholium esse eiusdem verbi: nisi volumus κακοῦν de maceratione corporis in carcere diuturno accipere. REISK.

P. 631. v. 16. *ἀποκτιννύναι*] *ἀποκτειννύναι* Aldina, Paulina. Quod vitii genus in August. primo et aliis libris mstis est frequens. REISK. Cautius de hac scriptura Buttmannus Grammat. Gr. mai. II. 1. p. 175. V. not. ad p. 528, 6. 644, 28. 667, 1. SCHAEFER.

P. 631. v. 17. *δεινότερ' ἂν*] *δεινότερα* (sine *ἂν*) Paris. primus. REISK. Sic Dindorf. SCHAEFER.

P. 631. v. 17. *ἢ σὺ τοῦτον τὸν τρόπον*] Vulg. *ἢ τοῦτον τὸν τρόπον*. Malim *ἢ σὺ τοῦτον τὸν τρόπον* ob sequens *ὃς* — *ἔλαβες*, scilicet *ἠλέγχθης*, *quam tu convictus es hoc modo*. Adscivi *σὺ*. REISK. Delevit Bekker. Recte: neque enim rogator comparatur cum rogatore, sed diversae componuntur rationes convincendae illegitimae iniustaeque rogationis. Nec quod sequitur *ὃς* Reiskium movere debuit, ut *σὺ* inferciret: passim enim pronomen relativum refertur ad enuntiationem remotiorem. V. Matthiae ad Hymn. Homer. p. 31. SCHAEFER.

P. 631. v. 18. *δυοῖν*] *δυεῖν* Bavaricus. REISK.

P. 631. v. 18. *ὑποκειμένοιν ὀνομάτοιν*] *ὑποκειμένων ὀνομάτων* August. primus. REISK.

P. 631. v. 18. *τῶν ἐν αἰτίᾳ ὄντων*] [*τῶν ἐν αἰτίᾳ*.] Addunt *ὄντων* Ven. Barocc. Aug. et Vindob. TAYLOR. Vulg. *τῶν ἐν αἰτίᾳ*. Addit *ὄντων* August. primus, qui pro illis duobus *ἐν αἰτίᾳ* vitiose dat unum *ἐναντία*. Participium addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 631. v. 20. *κατὰ δὲ τῶν ἑαλωκότων*] Vulg. *κατὰ ἑαλωκότων*. *κατὰ δὲ τῶν ἑαλωκότων* August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Vulgatum est vitium editionis Lutetianae proprium, quod correxi. REISK.

P. 631. v. 21. *ἐν* — *τῇ προσηγορίᾳ*] in ea parte legis tuae, qua illum appellas et definis, quem a tua lege puniri vis. REISK.

P. 631. v. 22. *ἔλαβες ὄνομα*] Vulg. *ὄνομα ἔλαβες*. Invertit August. primus. REISK.

P. 631. v. 22. *οὐδὲ*] [*οὐ*.] Malim *οὐδὲ*. WOLF. Recte. Atque ita dedi motus auctoritate Ven. Barocc. Lindenbr. Aug. Ital. Vindob. et edit. Morel. TAYLOR. *οὐ* Aldina, Paulina. REISK.

P. 631. v. 29. *Ἐὰν δέ τις τὸν ἀνδροφόνον κ. τ. λ.*] Wolfius vertit: *Si quis autem homicidam ceciderit*, — is abstineat *foro* etc. plane contra mentem Legislatoris, qui voluit, prout ex sequentibus clare patet: *Si quis autem ceciderit* homicidam — abstinentem *foro* etc. Nam istud *ἀπεχόμενον* pertinet ad ipsum homicidam, non, ut Wolfius, ad occisorem homicidae. MARKLAND. Non facile memini locum inscitius verti: *Si quis homicidam ceciderit, is abstineat foro collimitio*. Iterumque p. 632, 7. et 23. Miror sane et dubito, an isto errore irretitus quidquam intelligere possit eorum, quae hic dicantur. Lex enim his verbis decla-

rat, quibus locis abstinere debet, qui salvus esse velit: *Si quis homicidam ceciderit abstinentem foro collimitio, ludis et sacris Amphictyonicis, eodem crimine teneatur, perinde ac si Atheniensem (insontem) occidisset, eiusque rei cognitio Ephetis reservetur.* Infra p. 633, 15. *Ἄν τις ἀποκτείνῃ τὸν ἀνδροφόνον, εἴτ' εἰπὼν, ὧν εἰργόμενον.* TAYLOR. Mirum in modum in sensu huius legis coecutit Wolfius, cum putaret, vocem *ἀπεχόμενον* ad interfectorem homicidae, non homicidam ipsum respicere, quod tamen evidentissimum est ex sequenti Oratoris argumentatione. Itaque de novo traducenda est tota Lex: *Si quis autem homicidam ceciderit, aut caedis ei causa fuerit, abstinenti foro collimitio et ludis et sacris Amphictyonicis, eodem crimine teneatur, ac si Atheniensem occidisset, sed iudicium relinquatur causarum capitalium iudicibus.* IURIN. *Si quis homicidam aut ipse manu sua peremerit, aut eius perimendi alii fuerit auctor, qui homicida se abstinuerit* —. REISK. Add. p. 633, 21. 634, 1. SCHAEFER.

P. 631. v. 29. *φόνου*] Id est *τοῦ φονεύεσθαι αὐτόν.* REISK.

P. 632. v. 1. *ἀγορᾶς, ἐφορίας*] [*ἀγορᾶς ἐφορίας.*] *Forum collimitium* verti a coniunctis limitibus, ut ipsa vox antiquitatis aliquam speciem prae se ferens interpretationem admitteret, quod in verbo *ἀποινᾶν* haud item licuit. Nam *mulctare* frequens est apud Ciceronem. WOLF. Editio Lutetiana *ἀγορᾶς, ἐφορίας* (marg. *ἐφορείας*, et similiter ubique Barocc.), aliquando *ἀγορᾶς καὶ ἐφορίας*, ut p. 632, 7. *ὅθεν ὠνόμακεν ἀγορὰν καὶ ἐφορίαν* ibid. v. 27. Utrumque male. Adnotatur in Bodlei. *ἴσως ἀγορᾶς ἐφορίας, ἄνευ ὑποστιγμῆς, ὅτι ἐν τοῖς ὁρίοις ἀγοραὶ συνηθροίζοντο.* Noster p. 633, 3. *τὴν ἐφορίαν ἀγορὰν ὅρον προσγράψας, ἧς εἴργεσθαί φησιν.* ubi absurdissime edit. Ald. *τὴν ἀγορὰν καὶ ἐφορίαν ὅρον προσγράψας.* TAYLOR. *ἐφορείας* margo Lutet. et sic quoque p. 632, 7. et 23.: item Bavar. et Barocc. constanter. Wolfius in Farragine: „F. *ἀγορᾶς καὶ ἐφορίας.*" In August. primo prior manus dederat per simplex iota, posterior diphthongum suffecit: et sic quoque p. 632, 7. Sed deinde constanter simplex iota conspiciebatur et punctum inter haec duo vocabula, *ἀγορὰν, ἐφορίαν*, interiectum. Sed punctum mstis libris idem valet atque nobis comma. — Sine causa tricantur hic loci. *ἀγορὰ* est in uno quodam loco mercium, quas secum quique attulere, vendendarum ergo aut permutandarum. *ἐφορία* est tractus duabus finitimis regionibus interiectus et eas interventu suo velut copulans. Potest pro adiectivo haberi. Malim tamen ego quidem pro substantivo haberi, *) quia adiectivum duarum modo terminationum, ὁ et ἡ ἐφόριος, solet usurpari, **) adeoque recte puto comma inter

*) Pro substantivo habuit etiam Dorvillius ad Chariton. p. 447. ed. Lips. SCHAEFER.

**) Sed conf. H. Stephani Thes. c. 6956. extr. SCHAEFER.

ἀγορᾶς et *ἐφορίας* interseri et infra p. 632, 7. et 27. haec duo vocabula per *καὶ* copulari, tametsi contra p. 633, 3. nec *ἐφορίαν ἀγορὰν* improbem pro *forum limitaneum*. REISK. *ἀγορᾶς ἐφορίας* Bekker. Vere: nec debuit tantillum dubitari *ἐφορίας* esse adiectivum significans *τὴν ἀγορὰν*, a qua abstinendum esset homicidae, h. e. exsuli propter homicidium. Bekkerus: „*ἐφορειας* k. *δοκεῖ μοι τὸ ἐφορείας εἰ διὰ τοῦ ι γράφοιτο καταλληλότερον ἔχειν κατὰ τὴν τοῦ δημοσθένους ἐξήγησιν τοῦ ὀνόματος* margo k. paullo infra." V. H. Stephanus Thes. c. 6956. C. D. — Photius c. 38. satis ieiune. SCHAEFER.

P. 632. v. 2. *ὥσπερ*] F. *οἷσπερ*. Sic p. 633, 10. *τὴν αὐτὴν — δίκην δέδωκεν, ἥνπερ, ἂν τὸν Ἀθηναῖον κτείνῃ*. Vide et v. 17. ibid. et p. 635, 3. et p. 693, 13. ad fin. Orationis: *τιμωρίας — τὰς αὐτὰς, ἅσπερ ἂν τὸν Ἀθηναῖον ἀποκτείνῃ*. Vide notas ad Lysiae Orat. I. p. 36. not. 85. MARKLAND. *ὥσπερ* bene habet. *οἷσπερ* si voluisset orator, debuisset *ἐν οἷσπερ* dicere. REISK. V. not. ad p. 93, 15. Parum attendit Marklandus Legislatorem, si relativo uti voluisset, hoc ordine fuisse scripturum: *ἐν τοῖς αὐτοῖς οἷσπερ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα ἐνέχεσθαι*. Dionysius Halicarn. T. IV. p. 2203. R. *ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων ἐθνῶν, ὥσπερ νῦν, δυνάμεις ἐνέβαλον*. ubi cave *ὥσπερ* mutes in *ὧνπερ*. SCHAEFER.

P. 632. v. 2. *τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα*] *τὸν* cohaeret cum *κτείναντα*, non cum proximo *Ἀθηναῖον*. Est idem ac si dixisset *τοῦτον, ὅστις ἔκτεινεν Ἀθηναῖόν τινα*. *ut si quis occidisset aliquem Atheniensem*. REISK. Immo iungendum *τὸν Ἀθηναῖον*. Docet ipse Orator p. 633, 11. 18. 650, 15. 693, 13. Ne quis autem miretur scriptum esse definite *τὸν Ἀθηναῖον*, non indefinite *Ἀθηναῖον*, comparet quod antecessit *τὸν ἀνδροφόνον*. SCHAEFER.

P. 632. v. 3. *διαγινώσκειν*] *διαγιγνώσκειν* Bekker. SCHAEFER.

P. 632. v. 3. *ἐφετάς*] *ἐφέτας* August. primus: et sic quoque v. 11. Citat h. l. Harpocration v. *Ἐφέται*. REISK. *ἐφέτας* Bekker. V. Photius c. 36. SCHAEFER.

P. 632. v. 4. *Τουτονὶ — τὸν νόμον*] Pendet a participio *ὁ θείς*. Itaque delevi subdistinctionem vulgo positam post *νόμον*. SCHAEFER.

P. 632. v. 5. *τί ποτ' ἐβούλετο*] *τί ποτε βούλεται* August. primus. REISK.

P. 632. v. 5. *ἐβούλετο*] *ἐβούλεθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 632. v. 7. *ἀπεχόμενον*] Eundem hic errorem erravit Wolfius, quem in pagina praecedente v. 29., cum pro *abstinenti* vel *abstinentem* reponat *is abstineat*. Sed adhuc manifestius ad v. 22. *ἐάν τις τὸν ἀνδροφόνον κτείνῃ ἀπεχόμενον ἀγορᾶς ἐφορίας*, *si quis homicidam interfecerit abstinentem* (non *is abstineat*) *foro collimitio*. IURIN.

P. 632. v. 7. ἀγορᾶς, καὶ ἐφορίας] καὶ abest ab August. primo, Bavarico, Paulina. REISK. ἀγορᾶς ἐφορίας Bekker. V. not. ad v. 1. SCHAEFER.

P. 632. v. 10. διαγινώσκειν] διαγιγνώσκειν Bekker. SCHAEFER.

P. 632. v. 11. ἐφετάς] ἐφέτας Bekker. SCHAEFER.

P. 632. v. 13. τῆς] Abest a Bavarico. REISK.

P. 632. v. 15. ἀπανταχοῦ] πανταχοῦ August. primus. REISK.

P. 632. v. 16. τοὺς ἑτέρωσε] Subaudi a communi πεφευγότας. REISK.

P. 632. v. 17. ἡ μόνη [καὶ] λοιπὴ] [ἡ μόνη λοιπή.] ἡ μόνη καὶ λοιπὴ Codd. Barocc. Parisienses et Vindob. TAYLOR. καὶ abest a Bavarico, Aldina, Paulina, Wolfiana. Inclusi uncis, sine dubio hic loci importunum et vitiose redundans, tametsi a multis bonae notae codicibus sustentetur. Si servari debeat, transponatur ad hunc modum: ἡ καὶ μόνη λοιπή. Ante μόνος et πᾶς solet καὶ eleganter redundare. REISK. Particulam recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 632. v. 20. μεταστάντας] [μεταστάντα.] Cum Bodlei. melius μεταστάντας. TAYLOR. Vulg. μεταστάντα. Correxi μεταστάντας, quia praecessit τοῖς ἀτυχοῦσιν ἅπασι. Et sic dudum conieceram ante, quam nossem in Barocc. *) sic legi. Vulgatam si qui tueatur, ei necesse sit τινὰ subaudire. REISK. μεταστάντα Bekker. Quod satis bonum. SCHAEFER.

P. 632. v. 21. ἀδικημάτων] [ἀτυχημάτων.] Barocc. ἀδικημάτων. Quid si ἀτυχησάντων? TAYLOR. Vulg. ἀτυχημάτων. Hoc non sollicitassem, nisi auctoritas meliorum codicum **) imperasset, ut ἀδικημάτων corrigerem. Hoc *caedes voluntarias*, illud *involuntarias* designat. REISK. ἀτυχημάτων Bekker. ἀδικημάτων Dindorf. Hoc etiam mihi placet, quia sequitur αἱ τιμωρίαι. SCHAEFER.

P. 632. v. 23. ἀγορᾶς, ἐφορίας] ἀγορᾶς ἐφορίας Bekker. V. not. ad v. 1. SCHAEFER.

P. 632. v. 23. τί τοῦτο λέγων;] Salmasius de M. U. p. 770. ita legit et distinguit: ἀπεχόμενον, φησὶν, ἀγορᾶς ἐφορίας. τί τοῦτο; λέγει, τῶν ὁρίων τῆς χώρας. TAYLOR. Idem est ac si dixisset τί λέγων τοῦτο λέγων; vel τί λέγων ἐν τῷ τοῦτο λέγειν; REISK.

P. 632. v. 25. γέ μοι] γ' ἐμοὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 632. v. 25. τἀρχαῖα] V. H. Stephani Thes. c. 2286. A. et Schweighäuseri Lexic. Herodot. T. I. p. 102. b. SCHAEFER.

---

*) Immo *Bodlei.* SCHAEFER.

**) E solo Barocc. Taylorus enotavit: e tribus suorum Bekkerus. SCHAEFER.

P. 632. v. 26. ἡμῶν] Vulg. ὑμῶν. ἡμῶν Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 632. v. 27. ἀγορὰν καὶ ἐφορίαν] καὶ abest a Bavarico, August. primo et Paulina. REISK. Omisit Bekker. V. not. ad v. 1. coll. H. Stephani Thes. c. 6956. C. SCHAEFER.

P. 632. v. 28. ὅσων] Vulg. ὅσον. ὅσων August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 633. v. 1. ζῶντι] Abest a Bavarico: sed a nova manu suppletum est. REISK.

P. 633. v. 2. ταύτῃ] αὐτῇ August. primus. REISK.

P. 633. v. 3. προγράψας, [ἧς]] Vulg. προσγράψας, ἧς. Dedi de meo προγράψας (altero σ detracto) et ἧς uncis inclusi. REISK. προσγράψας, ἧς Bekker. Nec fuit cur hoc Reiskio displiceret. SCHAEFER.

P. 633. v. 4. ἐν] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 633. v. 4. Ἀμφικτύοσι] Ἀμφικτύοσιν Dindorf. Bekkerus: „ἀμφικτυόσι O. r. s. v.“ V. Sylburgius Ind. ad Etymol. M. s. v. SCHAEFER.

P. 633. v. 5. εἴ περ ἦν Ἕλλην ὁ παθὼν] Wolfius: *modo Graecus esset occisus.* Non accurate versa, si vera sint ea, quae habet Ulpianus ad illa Demosthenis π. παραπρεσβ. p. 417, 12. εἴπερ ἐστὶν ἀληθὴς ἡ φήμη, scilic. Οὐ διστάζων εἶπεν, ἀλλ' ἔστιν ἀντὶ τοῦ ἐπείπερ, ὡς καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, εἴπερ ἦν Ἕλλην ὁ παθών. TAYLOR. Hic quidem Orator διστάζων εἶπεν: nam occisus potuit barbarus esse. Itaque recte Wolfius. SCHAEFER.

P. 633. v. 5. αὐτῷ] Post h. v. Reiskiana habet subdistinctionem: Bekkeriana plene interpunxit. SCHAEFER.

P. 633. v. 7. παθόντι] πεπονθότι August. primus. REISK. πεπονθότι Bekker. SCHAEFER.

P. 633. v. 10. [ἢ ἄλλοθί] που] Verba ἢ ἄλλοθί που delenda videntur ut scholium verborum ἔξω τούτων. Nisi volumus legere ἢ ἄλλο τι δρᾷ. *Si quis — occidit aut alio quo modo tractat.* Caeterum ἢ ἄλλοθι uncis inclusi. REISK. Uncos amovit particulamque ἢ delevit Bekker. Sic nihil est quod praeterea requiras. SCHAEFER.

P. 633. v. 11. τὸν — φυγάδα] I. e. κατὰ τὸν φυγάδα. *Nam quod ad exsulem adtinet* etc. MARKLAND. Sententia est: *Exsulem* [expulsum e. c. Athenis, aut qui illinc discessit, sive condemnatus, sive metu condemnationis] *lex non appellat ex nomine civitatis* [h. e. non appellat Atheniensem], *sed ex eo facinore, cuius ipse se reum fecit* [h. e. homicidam]. Marklandus existimavit τὸν φυγάδα idem esse ac si dixisset κατὰ τὸν φυγάδα, quod opinatur posse significare *quod attinet ad exsulem.* Sed bene habet *).

---

*) Deest *altera explicatio* aut simile quid. SCHAEFER.

Graeca dictio προσειπεῖν τινά τι significat *aliquem aliqua appellatione afficere, aliquo modo appellare.* REISK.

P. 633. v. 12. οὐ] Abest ab Aldina et Paulina. Sed eaedem idem dant post πόλεως v. eod. REISK. Hoc ordine Bekker. Ego Reiskium sequor. SCHAEFER.

P. 633. v. 12. προσεῖπεν] προσειπεῖν August. primus. Quod movet mendae huic loco insidentis suspicionem. Scilicet infinitivo admisso legendum erit τῷ γὰρ φυγάδα — προσειπεῖν —: et tum verba καὶ διὰ τοῦτο v. 15. erunt omittenda. REISK.

P. 633. v. 15. τοῦτο] ταῦτα Paris. primus, August. primus. REISK. ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 633. v. 15. Ἄν τις — τὸν ἀνδροφόνον.] Est pentameter fortuito effusus. REISK.

P. 633. v. 17. ἐπιθεῖναι,] Delenda subdistinctio. SCHAEFER.

P. 633. v. 17. Τοῖς αὐτοῖς — καθάπερ] V. not. ad p. 93, 15. SCHAEFER.

P. 633. v. 18. ἀνομοίως] ἀνόμοιος ὢν Paris. margo, August. primus, Bavaricus, Aldina, (sed vulgata est in Aldinae indice,) item index Paulinae. REISK.

P. 633. v. 21. εἶπεν] εἶπον August. primus. REISK. Sic Bekker. Ego εἶπεν non repudiem. SCHAEFER.

P. 633. v. 22. εἴργωνται] εἴργονται P. Manutius. REISK.

P. 633. v. 26. ἁπάντων] πάντων margo Lutetianae, August. primus. REISK. πάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 633. v. 26. ἀπόκειται] Aut ante ἀπόκειται aut pone hoc verbum deesse videtur ἀτυχεῖν. *cui fatale sit, ut infortunio utatur*, homicidio puta non voluntario. REISK. Immo subaudiendum τὸ τῆς συγγνώμης ὠφέλιμον. Res dicitur ἀποκεῖσθαι, quae seposita est ad usus futuros. Quod autem Reiskius vult, indicatur verbis sequentibus, μὴ προδήλου — ἑκάστῳ. SCHAEFER.

P. 633. v. 27. ἐπιούσης] Ita editi et MSti. Wolfius, errore, credo, typographico, ἐμποιούσης. Scilicet in edit. Basil. a. 1572. ἐποιούσης, primo errore, quem bibliopolae Francofurtenses a. 1604. cum tollere velle viderentur, duplici menda ἐμποιούσης fecerunt. TAYLOR.

P. 633. v. 27. νυνὶ] νῦν Dindorf. e tribus Codd. Bekk. SCHAEFER.

P. 634. v. 2. αὐτοὶ] αὐτὸ P. Manutius. REISK.

P. 634. v. 2. φονικαῖς] φοινικαῖς Bavaricus. REISK.

P. 634. v. 2. ἔνοχος δὲ καὶ σύ] Vulg. ἔνοχος δὲ σύ. F. ἔνοχος δὲ καὶ σύ. *sed et tu quoque reus es.* Et sic dedi mea sponte. REISK. καὶ delevit Bekker. etsi repertum in marg. Cod. SCHAEFER.

P. 634. v. 3. γὰρ] μὲν P. Manutius. REISK.

P. 634. v. 5. *ἐξουσίαν*] [*αἰτίαν.*] Mallem cum Lindenbr. Ital. Reg. *α.* et Vindob. *ἐξουσίαν.* TAYLOR. Vulg. *αἰτίαν. ἐξουσίαν* August. primus. Et sic correxi. Videtur *αἰτίαν* e vetusta lectionis varietate *ἄδειαν* natum esse. REISK.

P. 634. v. 5. *οὐκοῦν εἰ — συνδιατρίψομεν*] Citant Scholia Platon. p. 380. Bekk. SCHAEFER.

P. 634. v. 6. *μὲν*] *μέν τι* Scholia Platon. SCHAEFER.

P. 634. v. 6. *ἐάσομεν*] Vulg. *ἐάσωμεν. ἐάσομεν* margo Lutetianae ex Aldina, Bavaricus. REISK. *ἐᾶν*, *non persequi iure.* Quam h. l. verbi vim esse docet oppositum *ἐπεξιέναι.* Omnino quid quoque loco valeat *ἐᾶν* saepe eruendum ex opposito verbo. V. p. 638, 28. coll. v. 26. p. 646, 16. SCHAEFER.

P. 634. v. 6. *ὑμᾶς*] Scholia Platon. male habent *ἡμᾶς* positum post *συμβάντων. ὑμᾶς*, h. e. *τοὺς ἀνταποκτείναντας καὶ σέ.* SCHAEFER.

P. 634. v. 6. *οὖσιν*] Omittunt Scholia Platon. SCHAEFER.

P. 634. v. 7. *συνδιατρίψομεν*] [*διατρίψομεν.*] *συνδιατρίψομεν* Barocc. Aug. Vindob. cum Codd. Parisiensibus. TAYLOR. *διατρίψομεν* simplicius Aldina, Paulina, Wolfiana. REISK. *διατρίψομεν* Scholia Platon. Reiskii scripturae patrocinantur Regulae Prosodicae ab Hermanno editae p. 467. Ex hoc enim loco sumtum esse quod Grammaticus e Demosthene citavit, *πονηροῖς οὖσιν ὁμοῦ συνδιατρίβομεν*, ecquis dubitet? *διατρίψομεν* Bekker. *συνδιατρίψομεν* Dindorf. SCHAEFER.

P. 634. v. 7. *ἐπέξιμεν*] *ἐπεξίωμεν* Bavaricus. REISK. Post h. v. distinguendum. SCHAEFER.

P. 634. v. 7. *οἷς — ἀναγκασθησόμεθα*] Distinguendum f. *οἷς ἐγνώκαμεν αὐτοὶ, τἀναντία πράττειν ἀναγκασθησόμεθα. iis rebus, quas decrevimus ipsi* (Aristocratis psephismate videlicet), *adversari cogemur.* SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 59. *αὐτοὶ* recte iungunt sequentibus. Attractio autem, deletà subdistinctione, iubet continuari *οἷς ἐγνώκαμεν αὐτοὶ τ. πρ. ἀ.* SCHAEFER.

P. 634. v. 7. *τἀναντία πράττειν*] *rescindere* Wolfius. Incaute. Nam qui legem violat aut negligit, non utique rescindit. TAYLOR.

P. 634. v. 8. *τὸ τυχόν*] [*τυχόν.*] *τὸ τυχόν* Ald. Ven. Barocc. Lindenbr. margo Benen. Ital. et Vindob. TAYLOR. Vulg. *τυχόν. τὸ τυχόν* margo Lutetianae ex Aldina, August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK. Sic usurpatum hoc participium articulo carere nequit. SCHAEFER.

P. 634. v. 8. *ἐστιν*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 634. v. 10. *λῦσαι*] *διαλῦσαι* margo Lutetianae. Sed videtur in illo codice, quisquis est, unde lectio illa repetita est, idem fuisse, quod in August. primo est, *ἢ τὸ τυχὸν, ὑπὲρ οὗ διαλῦσαι* (sine *δεῖ*). REISK.

P. 634. v. 13. τῶν ἐξεληλυθότων] ἐξέρχεσθαι hic esse i. q. φεύγειν minus recte dicit Lehnerus Philol. Cur. p. 25. V. v. 21. SCHAEFER.

P. 634. v. 14. ἐπίτιμα] V. Ind. Graecitat. p. 243. s. coll. v. 22. s. et not. ad p. 640, 4. SCHAEFER.

P. 634. v. 14. ὅρον] ὅρων margo Lutetianae ex Aldina aut Paulina. REISK. Pluralis videtur placuisse Lehnero l. c. Singularem tuentur sequentia v. 25. s. SCHAEFER.

P. 634. v. 14. τὰ ἴσα — ὅσα περ] V. not. ad p. 528, 18. SCHAEFER.

P. 634. v. 15. ὀφείλειν] Cum haec transtulit Wolfius *eandem mulctam debet*, exemplarium suorum fidem secutus est, ubi scribitur ὀφείλει, a MSS. non edoctus ὀφείλειν legere. TAYLOR. ὀφείλει Aldina, Paulina. REISK. Infinitivorum usus solennis in his legum formulis. SCHAEFER.

P. 634. v. 15. καὶ] Abest a Paris. primo, August. primo, Bavarico. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 634. v. 20. τῶν — μεθεστηκότων] Citant hunc locum Harpocration p. 136. edit. Lips. et Photius c. 259. SCHAEFER.

P. 634. v. 21. πεφευγότων] φευγόντων August. primus. REISK. φευγόντων Bekker. SCHAEFER.

P. 634. v. 22. τῶν γὰρ ἐκ προνοίας] Scilicet ἀνδροφόνων. REISK.

P. 634. v. 23. ἀκουσίων] *fortuitis caedibus* Wolfius, cum tamen in Graecis dedit ἑκουσίων, et similiter editiones Aldina et Lutetiana. Quid? parumne referre arbitraris, Wolfi, utro modo dederis? MSti nostri cum Feliciano et Manutio recte, ut solent et debent, et uti nos repraesentari fecimus. TAYLOR. Vulg. ἑκουσίων. ἀκουσίων August. primus, Bavaricus, corrector Weimaranus. Et sic dedi, ipsa rei natura iubente, suadente etiam Lambino. REISK.

P. 635. v. 2. οὐκ ἐᾷ — ποιεῖν] οὐκ ἐᾷ. τούτων δὲ οὐδέτερον π. index Aldinae. REISK.

P. 635. v. 4. ταὐτὰ] Vulg. ταῦτα. γρ. ταὐτὰ margo Lutetianae, forsan e coniectura Lambini. REISK.

P. 635. v. 6. πρῶτον μὲν, εἰ οἶδεν] Vulg. πότερον εὖ οἶδεν. πρῶτον μὲν εἰ οἶδεν August. primus. πρῶτον μὲν εὖ οἶδεν Aldina. πότερον μὲν εὖ εἶδεν Paulina. Dedi quod habet Augustanus. REISK.

P. 635. v. 7. ἢ εἰ] ἢ Bekker. SCHAEFER.

P. 635. v. 8. θήσομεν τοίνυν ἀποκτενεῖν.] θήσομεν τοίνυν τινὰ ἀποκτενεῖν margo Paris. TAYLOR. Post τοίνυν addit margo Lutetianae τινὰ, forsitan e coniectura Lambini. REISK.

P. 635. v. 10. ἑκὼν ἢ ἄκων — ξένος ἢ πολίτης] Plenius foret: πότερ' ἑκὼν ἢ ἄκων — πότερα ξένος ἢ πολίτης. Saepe omit-

titur πότερον (πότερα) in priori membro talium enuntiationum. V. mox v. 12. s. SCHAEFER.

P. 635. v. 12. προσῆκε προσγράψαι, κ. τ. λ.] [προσῆκε γράψαι, κ. τ. λ.] Constructio est haec: οὐκοῦν προσῆκε (σε) γράφοντα, ἐάν τις ἀποκτείνῃ, γράψαι, ἄκων ἢ ἑκὼν, ἀδίκως ἢ δικαίως etc. Quod nolo, ut appareat, pro γράψαι legendum esse προσγράψαι, *adscripsisse*, *adiecisse*, ex sensu et loco simili pag. 648, 13. πρῶτον μὲν γὰρ, ἐάν τις ἀποκτείνῃ, γράφων οὐ προσέγραψεν, ἀδίκως, οὐδὲ βιαίως, οὐδ' ὅλως οὐδέν. Verti autem debuit: *Itaque oportuit* te, *cum scribebas*, SI QUIS OCCIDERIT, *adscripsisse*, utrum *invitus an volens*, *iure an iniuria* etc. Vide et pag. 645, 12. MARKLAND. *Proinde sic scribere conveniebat*, *si quidem omnino scribere decreveras.* Wolfius haec non intellexit, ut liquet ex versione. Sensus est: *Proinde qui scripsit* ἐάν τις ἀποκτείνῃ, *illud etiam scribere et adiicere debuit*, *utrum occiderit volens an invitus*, *iure aut iniuria*, et quae sequuntur. Bodlei. non inscite προσῆκε προσγράψαι. TAYLOR. Vulg. προσῆκε γράψαι. Correxi προσῆκε προσγράψαι. Constructionem verborum et sententiam loci bene monstravit Marklandus, quae haec est: *tu cum scriberes* ἐάν τις ἀποκτείνῃ, SI QUIS OCCIDERIT CHARIDEMUM, *oportebat te quoque haec adscribere*, *num deliberato consilio an praeter voluntatem.* REISK.

P. 635. v. 12. γράφοντα] Abest a Bavarico. REISK.

P. 635. v. 13. ἀδίκως ἢ δικαίως] Non legitur v. 10. Cave tamen putes illic excidisse. Orator est Demosthenes, non dialecticus. SCHAEFER.

P, 635. v. 15. τοὖργον] τοὔργον Dindorf. SCHAEFER.

P. 635. v. 15. ὑπῆρχε] Silent Codices. Rescribo tamen ὑπάρχῃ. ἵνα — τούτῳ — ὑπάρχῃ δίκαια. TAYLOR. Notandum ἵνα cum imperfecto, ut apud Lysiam Orat. I. p. 43. ult. ἵνα ἐτιμωρεῖτο. ubi plura adtuli. MARKLAND. Taylorum fugit constructio satis frequens. V. not. ad p. 47, 18. SCHAEFER.

P. 635. v. 16. τὸ] Bekkerus: „τὸ om. O." F. μὴ μὰ Δία τὸ τῆς αἰτίας —. SCHAEFER.

P. 635. v. 16. ὄνομα] ὄνομ' Bekker. SCHAEFER.

P. 635. v. 17. τῷ πράγματι] Vulg. τῷ γράμματι. τῷ γράμματι etiam in Bavarico est, sed superscriptum γρ. τῷ πράγματι. Hoc ipsum antea conieceram: quare nil dubitavi recipere. *rei huic*, *negotio huic*, nempe caedium. REISK. Bekkerus: „πράγματι v. et γρ. F." Ipse revocavit γράμματι. Reiskii scripturam tueri videntur quae legimus v. 24. s. et p. 636, 3. SCHAEFER.

P. 635. v. 23. βίᾳ] Cohaeret cum ἄξει. Aegre tamen fero tam longe illud ab hoc distractum. REISK.

P. 635. v. 23. τὰ ἀνθρώπινα] τἀνθρώπινα Bekker. SCHAEFER.

P. 635. v. 23. *ἀνθρώπινα*] *ἀνθρώπεια* August. primus. REISK.

P. 635. v. 24. *τὴν πρόφασιν*] *causam, rationem, conditionem.* Recurrit p. 636, 3. SCHAEFER.

P. 635. v. 24. *ἐστι τῶν ἔργων ἕκαστον*] *ἐστιν ἕκαστον τῶν ἔργων* Bekker. SCHAEFER.

P. 635. v. 26. *μόνον*] *μόνων* Bavaricus, sed cum altero o superscripto. *μόνων* (in genitivo plurali) dant quoque Aldina et Paulina. REISK.

P. 635. v. 27. *οὐκ*] Vulg. *ἐκ*: vitium typographicum, quod correxi. REISK.

P. 636. v. 1. *προσῆκον*] Vulg. *προσῆκεν*. *προσῆκον* August. primus, Bavaricus, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 636. v. 2. *οὐ ταὐτόν*] Scilicet *ὄν*. Tametsi malim hoc addi. REISK. Ego quoque malim. Conf. Wyttenbachius ad Plutarch. de S. N. V. p. 36. et Heindorfius ad Platon. Gorg. p. 167. SCHAEFER.

P. 636. v. 2. *πανταχοῦ — εὑρήσομεν.*] *Inveniemus in omni re gesta causam consiliumque rei, ut certum de ea iudicium ferri possit, efficere.* REISK. V. not. ad p. 635, 24. SCHAEFER.

P. 636. v. 3. *παρὰ σοὶ*] Lectionem hanc margo Bavarici quoque cum *γρ.* repraesentat: nam in texto deest praepositio. *σὺ* August. primus. REISK. *σοί* Bekker., praepositione omissa. SCHAEFER.

P. 636. v. 6. *διδόασιν*] Wolfius: *iubentur.* Male. Potius: *conceduntur.* ut recte idem p. 637, 9. et 638, 3. et alibi. TAYLOR.

P. 636. v. 7. *τὸν μετὰ ταῦτα*] *τὸν μεταῦτα* Aldina. *τὸν ταῦτα* Paulina. REISK.

P. 636. v. 10. *Φόνου — ἔξεστιν.*] Salmasius de M. U. p. 783. emendat: *Τοὺς φεύγοντας ἐνδεικνύντων, ἐάν τις κατίῃ, ὅποι μὴ ἔξεστι· φόνου δὲ δίκας μὴ εἶναι.* Cuius haec est sententia: *Si quis caedis causa exsul domum redierit aut ea loca, quibus interdicitur, hominem deferunto* (*ἐνδεικνύντων*): *non opus est caedis actionem rursus intendere.* Nam *ἔνδειξις* erat ea species actionis, quae in criminibus iudicatis locum habet et in iis, quae poenam, non disceptationem, exspectant. Ingeniosius hoc multo, quam verius, et, si audaciam et temeritatem hominis spectes in verbis transponendis, ne ingeniosum quidem. Alia multa opponenda habeo, quae nunc premam. Interea, si ab editis stemus, quid respondendum erit viris multis et doctissimis, qui de huius legis obscuritate diu sunt conquesti? Mihi semper fuit animus, hanc fuisse legis alicuius prolixioris partem: immo connectiva ista particula ab initio declarat, rem ita se habere. Subiungatur itaque haec lex, verbi gratia, legi illi, quae occurrit pag. 631.

pen. Earum ergo ita adnexarum tenor et sententia hoc modo procedet: *Homicidam exsulantem, dum ab iis locis abstineat, ubi accedere non licet, si quis vel occiderit, vel quocunque modo causa exstiterit, ut occidatur, contra interficientem vel eum, qui internecionis causa fuerit, actiones caedis sunto, perinde uti si quis interfecerit civem Atheniensem. Verum si non abstinuerit, sed redierit, ubi non oportet, ad iudicem deferunto: contra eum vero, qui detulerit et internecionis causa fuerit, actiones caedis ne sunto.* Reclamabit nemo, ubi τῆς ἐνδείξεως naturam et rationem paucis exposuero. Actio erat periculosa admodum neque temere instituenda: nam ὁ ἐνδεικνύμενος ad rationes reddendas tenebatur et omnino contraria actione postulari poterat, si quando constaret, eum detulisse hominem non deferendum. Haec et plura de ista causa docebit Pollux, quem exscribo, L. VIII. C. VI. §. 49. Ἔνδειξις δὲ ἦν πρὸς τὸν ἄρχοντα, ὁμολογουμένου ἀδικήματος, οὐ κρίσεως, ἀλλὰ τιμωρίας δεομένου· ὁ δὲ ἐνδεικνύμενος ἐν γραμματείῳ πρὸς τὸν ἄρχοντα τὴν ἔνδειξιν ἀποφέρει, ἵνα ὑπεύθυνος ᾖ τῆς ψευδοῦς ἐνδείξεως — μάλιστα δὲ τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ ἐνεδείκνυσαν, ἢ τοὺς κατιοντας, ὅποι μὴ ἔξεστιν, ἢ τοὺς ἀνδροφόνους. Ita Agoratus apud Lysiam, qui insontes quosdam detulerat per τὴν ἔνδειξιν et eapropter caedis causa exstiterat, caedis et ipse postulatur, ut ex tota ista oratione liquet. Nam in causa ἐνδείξεως, quia supplicium statim sequitur sine iudicio et quaestione, merito haberi poterat delator istius internecionis auctor. δεῖ αὐτὸν ἀποδεῖξαι, ὡς οὐ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν τούτων, οὐδ' αἴτιος αὐτοῖς ἐστι τοῦ θανάτου, ut ait Lysias in oratione laudata p. 473, 6. Verum enimvero statutum est hac lege, eam recriminationem hic saltem cessare, neque caedis postulari posse, ut generaliter potuit fieri, qui exsulem redeuntem ad loca interdicta delatione sua oppresserit. Cavebat maxime sibi ea resp. ab iis, qui propter caedem aut crimina istiusmodi solum verterunt: iurabat enim, quicunque in collegium Heliastarum cooptaretur, οὐδὲ τοὺς φεύγοντας κατάξω, οὐδὲ ὧν θάνατος κατέγνωσται. Immo ita cavebat, ut, quotiescunque lex illa, quam OBLIVIONIS vocant, apud illos sanciretur, nominatim eos exciperent et adhuc delationis periculo subiicerent, qui huiusmodi reatu tenerentur: iurabat senator quilibet, adiecta hac clausula tum primum post liberatam remp. a Thrasybulo et excussam XXXvirorum tyrannidem: οὐ δέξομαι ἔνδειξιν οὐδὲ ἀπαγωγὴν ἕνεκα τῶν πρότερον γεγενημένων πλὴν τῶν φευγόντων. Eiusdem pariter severitatis est ea lex Draconis, quam exponimus, perinde ac si dixisset: *Κατὰ τῶν ἐνδεικνύντων φόνου δίκας εἶναι πλὴν τῶν ἐνδεικνύντων τοὺς φεύγοντας.* In Themide Attica, ubi Legislator, quid cuivis licere et patere voluit, id potissimum sancivit hac ratione, primum permittendo, deinde omni excluso aditu ad litem ineundam ei, qui contra venire vellet. Ita in causa adulterii sancitum est, ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ τι ἂν βούληται, χρῆσθαι. Interea tamen, licet

sapientissimus Legislator ea potestate armavisset doliturum maritum, quasi in ea parum esset praesidii, tulit etiam alteram legem, prout in Lect. Lysiac. olim exposui, τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνον, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται. Id est, contra eum, qui adulterum in uxore interfecerit, φόνου δίκην μὴ εἶναι εἰσαγώγιμον, *caedis reus ne postulator*. Haec autem vel ideo quoque adduxi, ut intelligeres, qua fide istam legem proxime, nam proxime occurret, scilic. pag. sequente v. 1., interpretatur Wolfius. Ἐάν τις ἀποκτείνῃ — ἐπὶ δάμαρτι — μὴ φεύγειν κτείνοντα. *Qui caedem fecerit, ne* EXSULATO. Immo: *ne caedis reus sistatur*. TAYLOR. Conf. Meierus et Schoemannus de Lite Attica p. 309., ubi quod Meierus ἐνδεικνύντων mutandum censet in cascum ἐνκτιννύντων, vereor ut Philologorum fastidiosissimae nationi probaturus sit. SCHAEFER.

P. 636. v. 10. μηδαμοῦ] [οὐδαμοῦ.] Potius μηδαμοῦ, ut Ven. Barocc. Lindenbr. Ital. et Vindob. μηδαμῶς Reg. α. TAYLOR. Vulg. οὐδαμοῦ. μηδαμοῦ August. primus, Bavaricus. Et sic correxi, quia μὴ εἶναι praecessit. REISK. Sic fuit corrigendum, quia Legislator vetat. SCHAEFER.

P. 636. v. 13. καὶ οἱ ἄλλοι δὲ] Vulg. καὶ οἱ ἄλλοι. Post ἄλλοι addunt δὲ August. primus, Bavaricus. Addidi. REISK.

P. 636. v. 15. ὅποι] Vulg. ὅπου. Bavaricus et August. primus dant ὅποι hic et v. 18.: item Lessingianus hic loci solummodo. Correxi ὅποι. REISK.

P. 636. v. 16. ἐνταυθὶ] Vulg. ἐνταυθοῖ. ἐνταυθὶ August. primus. Utrumque dat Bavaricus. Correxi ἐνταυθὶ. REISK.

P. 636. v. 16. ἃ παρ' ἀμφότερα οὗτος εἴρηκε] ἅπερ ἀμφότερα τοῦτο ἀνῄρηκε Lessingianus. REISK. Est scioli παραδιόρθωσις, quem offendisset inversio praepositionis παρά. Sane perquam notabilis est hic verborum ordo, satis ille convincens quod tradunt Technici, prosaicos Atticorum scriptorum unam praepositionem περί casui suo postponere. Quod autem Orator παρά h. l. postposuit, cave credas id ubique licuisse. Scilicet positura praepositionis inter ἃ et ἀμφότερα excusavit aliquatenusque obscuravit inversionem. SCHAEFER.

P. 636. v. 18. ὅποι] V. not. ad v. 15. SCHAEFER.

P. 636. v. 20. αὐτὸ τοῦτο] ἐνδεικνύναι scilicet. SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 59.

P. 636. v. 20. οὐχ ὅπη] Rescribo: καὶ ὅτι, ἐὰν κατίῃ τις, ὅποι μὴ ἔξεστι, αὐτὸ τοῦτο δίδωσι, καὶ οὐχ ὅπη βούλεταί τις. TAYLOR. Placet. Conf. v. 17. SCHAEFER.

P. 636. v. 20. ὅπῃ] ὅποι Bekker. Recte. οὐχ ὅποι βούλεταί τις est i. q. οὐκ ἐὰν ὁποιοῦν ἴῃ. SCHAEFER.

P. 636. v. 21. τις] τῆς August. primus. REISK.

P. 636. v. 21. πόλεως. ποῦ καὶ — δῆλοι;] Vulg. πόλεως

που. καὶ — δηλοῖ. Distinctionem hic emendavi ad hunc modum. Post πόλεως posui punctum: perfecta enim est sententia. Deinde: ποῦ, καὶ σφόδρα σαφῶς, τοῦτο δηλοῖ; *Ubinam hoc declarat lex, et quidem plane atque perspicue?* REISK. Subdistinctiones post ποῦ et σαφῶς deleri oportuit. V. Porsonus ad Euripid. Phoeniss. 1373. SCHAEFER.

P. 636. v. 22. κατίῃ] Mox v. 25. κατελθεῖν. Notabunt hunc locum Lexicographi: est enim classicus ad propriam vim verborum κατιέναι et κατέρχεσθαι demonstrandam. SCHAEFER.

P. 636. v. 22. ἔσται] ἔστ' August. primus. REISK. ἔστ' Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 636. v. 23. ἐπενεγκεῖν] ἀπενεγκεῖν August. primus. REISK. *accommodare.* SCHAEFER.

P. 636. v. 23. φεύγοι] φεύγῃ August. primus, Bavaricus. REISK. φεύγῃ Bekker. tollens soloecismum. SCHAEFER.

P. 636. v. 23. μηδὲ] μὴ August. primus. REISK.

P. 636. v. 26. ὅποι] ὅπου Bavaricus. REISK.

P. 636. v. 27. ὅποι — νόμον] [ὅποι φεύγειν οὐδεὶς ἄλλος κωλύει νόμος. λέγε τὸν νόμον.] Vides vocem ἄλλος in loco plane alieno. Lege ὅποι φεύγειν οὐδεὶς κωλύει νόμος, ut Lindenbr. Ital. Vindob. aliique. Deinde λέγε ἄλλον νόμον cum Bodlei. Aug. Vindob. Barocc. Obsop. Ital. TAYLOR. Pro λέγε τὸν νόμον omnino legendum puto vel λέγε τὸν ἐφεξῆς νόμον vel λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον, ut in superioribus saepe et infra. Tale aliquid postulat sensus et mos scribendi. MARKLAND. Vulg. ὅποι φεύγειν οὐδεὶς καὶ κωλύει νόμος. λέγε τὸν νόμον. καὶ abest ab August. primo, Bavarico, Lindenbr. Vindob. Ital. Ald. οὐδεὶς ἄλλος κωλύει Wolfius exhibet in Farragine, forsitan e Paulina, in qua sic est: οὐδεὶς ἄλλων κωλύει. Pro τὸν August. primus habet ἄλλον. Neque dubito, quin idem in Paris. primo quoque fuerit. Est idem in Bodlei. quoque, Vindob. Barocc. Pann. Obsop. Ital. Bavar. A Paulina plane abest τὸν. Correxi οὐδεὶς κωλύει νόμος (sine copula). λέγε ἄλλον νόμον. Antequam nossem e libris mstis, ita legendum esse, incideram in easdem plane coniecturas, in quas Marklandus: id quod nil est mirandum, rei natura illuc ducente. REISK.

P. 637. v. 2. ἀποκτείνῃ — καθελὼν] Verba ἰσοδυναμοῦντα construendo invertit Euripides Electr. 979. Seidl. πόσιν καθεῖλες Αἴγισθον κτανών. SCHAEFER.

P. 637. v. 2. ἢ ἐν ὁδῷ, καθελὼν] Laudant haec ex Aristocratea Demosthenis et Harpocratio v. Ἢ ἐν ὁδῷ et Καθελὼν et Ὁδὸς *), et Eustathius ad Iliad. *Α.* 151.

Ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι.

*) Conf. Photius c. 52. 92. 231. Add. Zonaras c. 1165. SCHAEFER.

Scilic. Ἔστι δὲ ὁδὸν μὲν ἐλθεῖν τὸ τοὺς ἀριστεῖς εἰς λόχον ἀπελθεῖν, ὡς δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς, οἳ καὶ ἀπὸ Δημοσθένους φέρουσι χρῆσιν εἰπόντος ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους· ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἀντὶ τοῦ ἐν λόχῳ. Ex quibus locis constabit, quam insulse Wolfius hic interpretatur *in itinere*. Miror, haec a Demosthene in lege inferius explicanda esse praetermissa, cum satis constet ex auctoritate, quam dedi, ea verba in lege non defuisse. TAYLOR. Wolfius: *aut in itinere prostraverit*. Ergo secundum hanc legem (vel saltem hanc versionem) sicarii et grassatores, qui aliquem in via prostraverint et occiderint, non exsulabunt, sed tuti in patria manebunt. Fieri non potest, ut ita sanxerit Draco. Pro καθελὼν rectius scribi videretur οὐκ ἐθέλων, *nolens*, *invitus*, ut ἄκων et ἀγνοήσας. Et ita Homerus Iliad. Ψ. 87.

παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος
Νήπιος, οὐκ ἐθέλων.

Si nihil mutandum sit, verba ita ordinanda sunt: Ἐάν τις ἀποκτείνῃ (τινὰ) ἄκων καθελὼν (αὐτὸν) ἐν ἄθλοις, ἢ ἐν ὁδῷ, etc. Caeterum Demosthenes, qui in sequentibus commentatur in singulos huius legis articulos, de hac pericope, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, quod mirum est, prorsus silet. Utrum memoriae an exemplarium vitio? MARKLAND. Nil mirum Demosthenem verba ἐν ὁδῷ non esse interpretatum. Cur planissima interpretetur? Qui poterat tum vel suspicari modo, fore aliquando, ut existerent nasuti grammatici, qui orationi suae planissimae quaesitam nescio quam contortamque interpretationem affingerent. Verbum καθελὼν utrique commune est, tam ἐν ὁδῷ quam ἐν πολέμῳ, ut ἀγνοήσας item est. Ut haec sit sententia: Si qui deiecit quem, h. e. peremit, nescius qui esset seu per errorem ignorantiae, sive in via publica, sive in dimicatione pugnae. Pro nugis habeo quae grammatici de rariori nescio qua significatione v. ὁδὸς hic obtinente comminiscuntur, quasi *insidias* significet, λόχον, et hanc vim hic loci requiri, quia alias latrones in via publica caedes rapinasque exercentes hac lege licentiam scelerum acciperent. Sed licet hanc argutiam in ipsos auctores retorquere. Latrones ergo, insidiis qui praetereuntes excipiunt, ab hac lege absolventur? Ergone media in via publica, sive in urbe, sive rure, nulla potest oriri inter duos contentio et inde pugna caedesque, sive ea ampla et lata est via, sive calles angustus, sive aliis de causis, sive eo de ipso, ut alter alterum sibi decedere postulet de via, alter recuset? Oedipi Laiique exemplum quem fugit? Ista vis insolentior si vocabulo ὁδὸς h. l. inesset, censesne Demosthenem fuisse silentio praeteriturum, illum in enucleandis veteribus glossis adeo diligentem? REISK. Legendum censeo ἢ ἐν ὄχλῳ καθελὼν, *in turba, casu*. Magno conatu magnas nugas dixerunt hic multi. SEAGER. *Diar. Classic.* LV. p. 59. Vere Reiskius: *Verbum καθελὼν utrique commune est, tam ἐν ὁδῷ quam ἐν πολέμῳ, ut ἀγνοήσας*

item est. Itaque, deletis subdistinctionibus, continuanda *ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας.* Cetera viri summi cave probes: nec magis audiendi vulgatam mutantes Marklandus Seagerusque. Nam *ἐν ὁδῷ* quid hîc significet optime docuerunt Grammatici, cordati homines et indigni qui ut nugatores traducantur. Scilicet omnis bellandi ars priscis illis temporibus huc redibat, ut aut insidiae hostibus struerentur (*ὁδός, λόχος*) aut confligeretur Marte aperto (*πόλεμος, μάχη*). Docet Homericus versus a Tayloro citatus, quocum conferenda quae sequuntur eiusdem Rhapsodiae v. 226. s.

οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι,
οὔτε λόχονδ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν.

Quod autem Orator non interpretatus est *ἐν ὁδῷ καθελών*, nimirum interpretanda ei erant quae obscura essent auditoribus, non interpretanda quae etiam *ὁ τυχὼν* ex Homero suo, cuius carminibus iam pueri aures personuerant, satis superque cognita haberet. SCHAEFER.

P. 637. v. 5. *ἣν*] [*ἢ ἣν.*] Deest *ἢ* ante *ἣν* in MStis Barocc. Lindenbr. Ital. et Vindob. Iterumque v. 25., ubi verba legis repetuntur. Non diversae igitur, ut videtur, pellex et ea, quam liberis ingenuis suscipiendis habet. Innuit enim non *ἑταίραν*, sed concubinam, quam suboli suscipiendae et quasi uxorem domi habere solebant. TAYLOR. Vulg. *ἢ ἣν. ἢ* abest ab August. primo, Bavarico: iterumque v. 25. Delevi et hic et infra. Exponit legislator, quam mulierem vocabulo *παλλακὴ* designet, eam nimirum, quam quis habeat secum domi *ἐπὶ παίδων ἐλευθέρων θεραπείᾳ καὶ παιδείᾳ*, quo liberos, quos iam habet ex uxore legitima susceptos, seu matre orbatos, seu matre adhuc superstite, educet atque erudiat. Non hic de suscipienda vel quaerenda prole e pellice, sed de liberis iam ex uxore susceptis agitur a pellice educandis. REISK. Eadem Ind. Graecitat. p. 228. Sed fallitur vir egregius. Tu audi Taylorum de subole suscipienda interpretantem. Quod nisi talis concubina intelligenda esset, non appareret causa cur mulieris corruptorem flagrante crimine deprehensum impune necare licuerit. Nunc Legislator huiusmodi concubinatum pariter ac legitimum inter cives connubium poenâ capitali sanciendum censuit. SCHAEFER.

P. 637. v. 6. *φεύγειν*] *exsulato.* Incaute hoc a Wolfio redditum. *μὴ φεύγειν κτείνοντα, ne reus caedis sistatur.* Post haec verba Barocc. subiicit *ἐπίσχες*, ut nonnunquam alibi post legis particulam recitatam reperiri solet. TAYLOR.

P. 637. v. 6. *κτείναντα*] Vulg. *κτείνοντα. κτείναντα* August. primus, Bavaricus. Correxi *κτείναντα* in aoristo primo. Quod cum iam ante coniecissem, postmodum a codd. reperi confirmatum. REISK.

P. 637. v. 8. *τουτονὶ*] *τοῦτον* Bekker. *τουτονὶ* Dindorf.

Cum sequatur τὸν ἀνεγνωσμένον νῦν, quod ipsum est vice litterae illius paragogicae, praeferendum videtur τοῦτον. SCHAEFER.

P. 637. v. 10. ἐξεῖναι] ἔξεστι margo Benenati. Wolfius [in Farragine]: „forte ἐξείη." Vide infra p. 644. ult. In proximis v. 11. πῶς (non ὅπως) cum MStis Barocc. et Vindob. TAYLOR. Tametsi codices nil variant et infra quoque p. 639, 7. et 644. ult. eadem formula recurrit, ego tamen nihilominus existimo legendum esse ἔξεστι. Alias legendum esset ἐφ' οἷς ἐξεῖναι θέλει [scilicet ὁ νομοθέτης] κτεῖναι, *quibus in causis velit licitam esse caedem.* REISK. Infinitivus tam hîc quam p. 644. optime habet. V. not. ad p. 505, 18. Diversa est ratio tertii illius loci p. 639., quo Reiskium uti potuisse vehementer miror: quippe omnes illic libri, ut oportet, dant ἔξεστι. Nisi forte citare voluit v. 11., ubi recte editum est ἐξεῖναι. Conf. not. ad p. 708, 1. SCHAEFER.

P. 637. v. 10. παρεῖδε] παρίδε August. primus. REISK.

P. 637. v. 11. ὑπειπὼν] H. e. προειπὼν, ut bene Ind. Graecitat. p. 509. V. not. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 163., ubi Grammaticus hoc ipsum ὑπειπὼν interpretatur. Add. not. ad p. 639, 10. Locus autem sic interpungendus: καὶ γέγραφεν οὐδὲν ὑπειπὼν, ὅπως ἄν τις ἀποκτείνῃ, τὴν τιμωρίαν. *nullaque facta exceptione poenam scripsit, quo tandem cunque modo caedes facta sit.* SCHAEFER.

P. 637. v. 11. ὅπως] πῶς August. primus. REISK. Male probavit Taylorus ad v. 10. SCHAEFER.

P. 637. v. 13. διελὼν] [διελθών.] Corrige διελών. Ita Ven. Barocc. Ital. Lindenbr. et Reg. α. Quod Wolfio rectius esse videtur. Vide p. 646, 16. TAYLOR. Vulg. διελθών. διελών August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 637. v. 17. [καὶ]] Copula abest a Paulina. Et malim abesse. Uncis inclusi. REISK. Uncos iure amovit Bekker. SCHAEFER.

P. 637. v. 18. ἀσθενέστερος — ἐνεγκεῖν] ἀσθενέστερος, ἢ ὥστε ἐνεγκεῖν. WOLF. Exponendi, credo, animo, non emendandi. Alibi *) legit, et quidem, ut ait, ex Codd. Lutetianis, cuius tamen lectionis vestigium non deprehendo: εἰ δ' ἐκεῖνος ἀσθενέστερος ἦν τοῦ τὸν ὑπὲρ τῆς νίκης ἐνεγκεῖν πόνον. TAYLOR. Num εἰ δὲ ἐκεῖνος ἀσθενέστερος ἦν, ἢ — ἐνεγκεῖν πόνον? IURIN. Vulgatam satis tuentur Wyttenbachii Iulianea p. 216. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 637. v. 18. αὐτὸν] Abest ab August. primo et Bavarico. REISK. Uncis inclusit Bekker. Prorsus delevit Dindorf. Mihi placet additum. SCHAEFER.

*) Sic nempe Wolfius coniecit in Farragine, quam Taylorus solet vocabulis *alibi* aut *alio loco* designare. REISK.

P. 637. v. 20. καὶ τοῦτον εἶναι καθαρόν] Subaudi aut ἡγήσατο e v. 19. aut potius ὥρισεν e v. 15. REISK. Infinitivus regitur a proximo φησίν. SCHAEFER.

P. 637. v. 23. φησὶν] Addunt Barocc. Lindenbr. Ital. Vindob. cum Benenato ἢ ἐπὶ μητρὶ pariter uti in Lege scribitur. In Veneto deficiebat ἢ ἐπὶ δάμαρτι. TAYLOR. Verba ἢ ἐπὶ μητρὶ absunt ab Aldina, Paulina, Wolfiana, Tayloriana. REISK.

P. 637. v. 23. ἐπὶ ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ] ἐπ' ἀδελφῇ ἢ θυγατρὶ Bavaricus. REISK.

P. 637. v. 25. ἦν] Vulg. ἢ ἦν. ἢ delevi. V. supra ad v. 5. scripta. REISK.

P. 637. v. 26. ἔχῃ] ἔχοι Bavaricus. REISK.

P. 637. v. 26. τινὶ] [τινά.] Omnino τινὶ. τὸν κτείναντα ἐπί τινι τούτων. ut in Lege: Ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐπὶ δάμαρτι, ἢ ἐπὶ μητρὶ, etc. τινὶ ἴσως Bodlei. atque ita margo Benenati. τῷ Lindenbr. et Ital. TAYLOR. Vulg. τινά. τινὶ margo Lutetianae, forsitan e coniectura Lambini. Et sic correxi. *propter horum aliquid.* REISK. τῷ Bekker. Verto: *propter harum aliquam.* SCHAEFER.

P. 637. v. 26. ἀθῶον] ἀθῷον Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 638. v. 1. φίλους] φιλίους Bekker. de suo. Recte, ut puto. Conf. v. 3. et Schneider. ad Xenophont. Hellen. VII, 5, 17. φίλος et φίλιος perinde inter se differunt ut vernacula *Freund* et *befreundet:* ut dici possit φίλιος qui non possit φίλος. SCHAEFER.

P. 638. v. 2. αὐτοὺς] Ne suspiceris scribendum αὐτάς. Orator enim hic loquitur generatim simul cum illis, quarum ante meminit, mente complectens παῖδας, ἀδελφούς, alios. SCHAEFER.

P. 638. v. 3. ἔδωκεν] Pro ἔδωκεν melius conveniat ἠξίου vel δίκαιον ἐνόμιζεν. REISK. Mirare viri optimi fastidium. Mox v. 6. sequitur ἀπέδωκεν, quod tulit patienter. SCHAEFER.

P. 638. v. 3. ἐπειδὴ γὰρ οὐ γένος ἐστὶ κ. τ. λ.] Citat hunc locum Aristides Τέχν. p. 168. REISK.

P. 638. v. 3. οὐ γένος — πολεμίων] H. e. οὐ γένει εἰσὶ φίλιοι καὶ πολέμιοι. Nempe Demosthenes loquitur de Graecis, non de barbaris. SCHAEFER.

P. 638. v. 3. φιλίων] Vulg. φίλων. φιλίων Aristides. Recepi. REISK. V. not. ad v. 1. SCHAEFER.

P. 638. v. 5. τοῦθ' ἑκάτερον] τούτων ἑκάτερον Bavaricus, Aldina. τούτων ἑκάτερα August. primus. REISK. τούτων ἑκάτερον Bekker. SCHAEFER.

P. 638. v. 6. ἐχθροῦ] Lege ἐχθρῶν propter τοὺς ποιοῦντας. MARKLAND. Non opus. *hostilia facientes per legem licet sic punire, ut punias hostem.* SCHAEFER.

P. 638. v. 7. οὐκοῦν δεινὸν — ἀποκτεῖναι.] Melius cum interrogatione: οὐκ οὖν δεινὸν — ἀποκτεῖναι; ut solet noster.

TAYLOR. Placet. Conf. p. 639, 21. et v. not. ad p. 534, 5. SCHAEFER.

P. 638. v. 8. ἀποκτιννύναι] ἀποκτειννύναι Aldina, Paulina. REISK. V. not. ad p. 631, 16. SCHAEFER.

P. 638. v. 8. ἀνθρώπων] ἄνθρωπον Bavaricus. REISK.

P. 638. v. 10. φέρε, ἂν δὲ] Adverte sedem particulae δέ. V. p. 661, 10. SCHAEFER.

P. 638. v. 10. τῳ] Vulg. τῷ. τῳ enclitice Bavaricus. REISK.

P. 638. v. 11. ἀπαλλαγῇ] F. ὡς ἀπαλλαγῇ. MARKLAND. ἀπαλλαγῇ et οἰκῇ pendent a coniunctione ἂν v. 10. SCHAEFER.

P. 638. v. 11. ἀπαλλαγῇ] Charidemus psephismate Aristocratis sacrosanctus, SEAGER. *Diar. Classic.* LVIII. p. 362.

P. 638. v. 11. οἰκῇ] οἰκεῖ Aldina. REISK.

P. 638. v. 13. τοῖς δ' ἔθεσι κ. τ. λ.] Vim huius loci non vidit Wolfius, quantum ex istius interpretatione iudico. Verto liberius: *Finge Charidemum huc ad nos commigraturum et uxoribus nostris aut liberis stuprum inferre, non armis et militari imperio munitum, cui aegre resisti potuit, verum moribus et consuetudine ductum. Quid? sineremus libidini indulgere, necne?* TAYLOR. ἄλλο τι — ὑβρίζειν; perperam intellexit. Vertendum enim: *nonne oportebit tacitum ferre contumeliam Charidemi?* SCHAEFER.

P. 638. v. 14. ταῦτ'] ταῦτά margo Lutetianae, forsitan e coniectura Lambini. Redit illud ταῦτα ad modo praemissum τὰ ἀπειρημένα ὑπὸ τῶν νόμων. REISK.

P. 638. v. 14. ἐπιχειρῶν] Vulg. ἐπιχειρῇ. ἐπιχειρῶν August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 638. v. 14. ἄλλο τι — ὑβρίζειν;] F. *ἄλλο τι ἢ σιγῶντας δεήσει Χαρίδημον ἐᾶν αὐτοῦ ὑβρίζειν; αὐτοῦ, ibi, illic.* SEAGER. *l. c.* Vulgata est integerrima. V. not. ad v. 13. SCHAEFER.

P. 638. v. 15. ἐᾶν αὐτὸν ὑβρίζειν] [ἐᾶν ὑβρίζειν.] Lege ἐᾶν *αὐτὸν* ὑβρίζειν. Habent impressi omnes et MSS. fere. Et recte quidem. In proximis cum Codd. Paris. et Vindob. aeque recte abesse potest. ἄλλο τι ἢ σιγῶντα δεήσει Χαρίδημον ἐᾶν αὐτὸν ὑβρίζειν; οὐ γὰρ ἀποκτεῖναί γε ἀσφαλές. TAYLOR. Scilicet Wolfii editio errore, credo, operarum Herwag. et secundum eam Taylori sic locum hunc exhibent: ἐᾶν ὑβρίζειν; οὐ γὰρ αὐτὸν ἀποκτεῖναί γε ἀσφ. ἐὰν αὐτὸν ὑβρίζῃ index Aldinae. αὐτὸν redit ad omissum taciteque subaudiendum τινά. *quam ut aliquis sinat Charidemum sibi illudere.* REISK. αὐτὸν Lutetiana. SCHAEFER.

P. 638. v. 17. τουτί] Vulg. τουτουΐ, scilicet Timocratis. τουτί August. primus, Bavaricus. Quod dedi. REISK. Bekkerus: „τουτοΐ k. v.“ SCHAEFER.

P. 638. v. 17. Ποῦ] Scribendum puto πῶς. IURIN. Idem

esse quod πῶς dicitur Ind. Graecitat. p. 416. Neque hoc probandum nec cum Anglo mutanda vulgata. Scilicet qui hoc excipit negat tale quid usquam extra Thraciae fines fieri posse. SCHAEFER.

P. 638. v. 17. δὲ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 638. v. 18. ἂν ἀποκτείναι] Subaudi εἰ γένοιτο. SCHAEFER.

P. 638. v. 20. τὸ φεῦγον ψήφισμα] φεύγειν hîc dicitur de re: quod notandum. V. Ind. Graecitat. p. 523. extr. SCHAEFER.

P. 638. v. 22. ἔσεσθαι] Post h. v. videtur ἄδηλον abesse. *obscuritas et incertitudo futuri eventus.* REISK. Non abest. τὸ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, *quod attinet ad futurum eventum.* SCHAEFER.

P. 638. v. 23. τοῦτο] Vulg. τούτῳ. τοῦτο August. primus, Bavaricus, quomodo antea conieceram. Et sic correxi. *et ad hoc* [incertum futuri temporis] seu *convenienter itaque huic futurorum eventuum incertitudini supponamus more humano spes seu exspectationes.* REISK. τοῦτο, scilic. τὸ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἀμφοῖν κοινὸν ὄν. SCHAEFER.

P. 638. v. 25. τὰς ἐλπίδας] Potueram hoc loco uti ad p. 506, 16., si fuisset in promtu. V. etiam not. ad p. 655, 20. SCHAEFER.

P. 638. v. 25. οὑτωσὶ] Recte οὕτω Bekker. SCHAEFER.

P. 638. v. 25. εἰ τύχοι] En exemplum orationis completae, quod doceat, qualia sint subaudienda, ubi participia ponuntur comite particulâ ἄν. SCHAEFER.

P. 639. v. 5. Καὶ ἐὰν φέροντα κ. τ. λ.] Legem habes omnium absurdissimam, si cum Wolfio legas et interpreteris: *Καὶ ἐὰν φέροντα* etc. *ἀλλὰ ταῦτα* —. *sed hoc ob ea, propter quae occidere licet.* Quo nihil excogitari potest futilius. Desinit Lex in κελεύει v. 6. Quam ad explicandam deinde pergit Orator. *Ecce,* inquit ille, *ἄλλα ταῦτα, ἐφ' οἷς ἔξεστι κτεῖναι, si quis* scilicet *per vim et iniuriam abduxerit.* TAYLOR.

P. 639. v. 6. νηποινεὶ] νηποινὶ August. primus, ut et v. 8. REISK. V. Sturzii Opuscula p. 241. et 261. S. SCHAEFER.

P. 639. v. 6. τεθνάναι] Vulg. τεθνᾶναι κελεύει. κελεύει abest a Paris. primo, August. primo, Bavarico. Delevi e versu 8. iteratum. REISK. τεθνᾶναι hîc et mox Reisk. Subaudi ὑπὸ τοῦ ἀμυνομένου. SCHAEFER.

P. 639. v. 7. κτεῖναι] κρῖναι August. primus, margo Bavarici cum γρ. REISK.

P. 639. v. 7. ἐὰν ἄγοντα — κελεύει] Oratoris haec sunt verba partem legis recitantis, ideoque minore charactere imprimenda. IURIN. Scilicet in Wolfiana editione Lex quatuor his versibus, 5—8, continetur. SCHAEFER.

P. 639. v. 8. ἀδίκως] ἀδίκων P. Manutius. REISK.

P. 639. v. 10. μὲν γὰρ] Vulg. μὲν. Addi velim γάρ: et addidi de meo. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 639. v. 10. ὑπειπὼν] Quod sequitur προσγράψαι clarissime ostendit ὑπειπὼν esse i. q. προειπών. V. not. ad p. 637, 11. et Commentar. in Aristophan. VII. 1. p. 177. SCHAEFER.

P. 639. v. 11. προσγράψαι] προσγράψας August. primus. REISK.

P. 639. v. 11. ἀφείλετο] Vulg. ἀφεῖλε. ἀφείλετο August. primus. Et sic correxi. REISK. Bene restituit ἀφεῖλε Bekker. V. p. 645, 1. ἀφαιρεῖν, omnino *auferre, demere*: ἀφαιρεῖσθαι, *auferre quod tibi cedat*. Quod significationis discrimen Reiskium etiam alibi fugit. V. not. ad p. 533, 26. SCHAEFER.

P. 639. v. 15. ἀποκτιννύναι] [εὐθὺς ἀποκτιννύναι.] Dele εὐθὺς, namque hic locum nullum habere potest et repetitur solummodo ex superioribus. Deest in Reg. α. et Vindob. TAYLOR. Vulg. εὐθὺς ἀποκτιννύναι. εὐθὺς abest ab August. primo, Bavarico. Delevi. REISK.

P. 639. v. 15. ἀποκτιννύναι] ἀποκτεῖναι margo Parisinae. REISK.

P. 639. v. 15. ὃ δ' οὐδὲν εἴρηκεν] Nonne ὃ δ' οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν? IURIN. Vulgatae sensus non est obscurus. SCHAEFER.

P. 639. v. 16. κἂν δικαίως] Iterumque ita p. 645, 1. (ubi vide quae adnotabuntur): ἐάν τις ἀποκτείνῃ, φησὶ, Χαρίδημον, κἂν δικαίως, κἂν ὡς οἱ νόμοι διδόασιν. *sive id iure, sive ut leges permittunt*, ut Wolfius noster vertit. Praeclare quidem! Putassem haec fere esse eadem, et quaecunque iure fiunt, eadem iuxta leges fieri. Ubi igitur est distinctio? Tu legas utrobique: κἂν ἀδίκως, κἂν ὡς οἱ νόμοι διδόασιν. Absolute, ait Orator, ἁπλῶς, scripsit, si quis Charidemum interfecerit, quocunque demum modo id fiat, sive iure, sive iniuria: nam de ea re nihil distinxit. TAYLOR. Pro δικαίως mavult Taylorus ἀδίκως, (ut paulo post v. 27. dat margo Lutetianae,) ideo quod *iuste* et *ad praescriptum legum* vel *ex concessione legum* sit idem: in quo fallitur. Leges scriptae a non scriptis differunt, etiam ubi cum illis conveniunt: sed saepe illae cum his discrepant. Paulo post v. 22. s. leges civiles a iure naturae distinguit. Secundum hoc saepe iustum est, quod lege civili huius vel illius civitatis est vetitum. Quare vulgata h. l. bene habet. REISK. Haec verissima: ut in re ad leges spectante Philologus aliquanto acutius viderit Iurisconsulto. Bekkerus: „κἂν δικαίως om. F. S. Y. et pr. O.“ Non item p. 645, 2., ubi omnes Codd. Bekk. tuentur. Cur omiserint librarii, causa tam manifesta est, ut indicari non poscat. Igitur non placet quod Bekkerus h. l. uncos adhibuit bene remotos a Dindorfio. SCHAEFER.

P. 639. v. 17. διδόασιν] δίδωσιν Aldina, Paulina. ἀποκτείνῃ ὡς οἱ νόμοι διδόασιν, interiectis omissis, index Aldinae. REISK.

P. 639. v. 17. ἀλλὰ — Χαρίδημος;] Est ὑποφορά, quam refellunt sequentia: πάντας ἀνθρώπους. ἴστε γὰρ κ. τ. λ. SCHAEFER.

P. 639. v. 19. ἴστε γὰρ δήπου] Vulg. ἴστε γάρ. Addunt δήπου August. primus, Paulina. Addidi. REISK. Bene. Solennis enim hac in phrasi usus est particulae δήπου. V. p. 533, 25. 546, 22. 642, 12. SCHAEFER.

P. 639. v. 19. πάντες — αἰτοῦντες] Intelliguntur tales militum ductores, quales, vulgo dictos λῃστάς, fidos Macedonis asseclas Orator traducit p. 23, 15., ubi v. not. Conf. v. 27. SCHAEFER.

P. 639. v. 19. στρατεύματ'] Vulg. στράτευμα. στρατεύματ' (in plurali) August. primus. Et sic correxi. REISK. Singularem praefero. Conf. etiam variet. lection. Bekk. SCHAEFER.

P. 639. v. 20. οὗτοι] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 639. v. 20. οἴονται] οἴωνται Bekker. Sic etiam Lutetiana: ut non dubitem Reiskianae οἴονται operis deberi. Quo mirabilius turpem soloecismum potuisse probari Lobeckio Parerg. ad Phrynich. p. 733. S. SCHAEFER.

P. 639. v. 21. αἰτοῦντες] Malim μηδ' αἰτοῦντες. ne rogantes quidem, sed vel ingratiis, ab invitis auferunt. REISK. Atqui hoc ipsum valet vulgata. αἰτεῖν, *requiriren:* cuius verbi quae vis sit, Galli Germanos nuper affatim docuerunt. SCHAEFER.

P. 639. v. 23. νόμον] Abest a Bavarico. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 639. v. 25. ἐξεῖναί μοι ἀμύνασθαι] ἐξεῖναι ἐμοὶ ἀμύνεσθαι Bavaricus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 639. v. 26. εἴ γε] εἰ August. primus. REISK.

P. 639. v. 27. ἀδίκως] [ἀδικῶν.] ἀδίκως margo Benenati. Recte. Uti in Lege ἐὰν φέροντα ἢ ἄγοντα βίᾳ ἀδίκως, et supra v. 18. τίνα γὰρ οἴσει ἢ ἄξει βίᾳ ἀδίκως Χαρίδημος; TAYLOR. Vulg. ἀδικῶν. Correxi ἀδίκως. REISK. ἀδικῶν Bekker. Quod cum omnes libri tueantur, non opus fuit mutari. SCHAEFER.

P. 639. v. 28. ἐὰν ἐπὶ τούτοις] Subaudi κτείνῃ. SCHAEFER.

P. 639. v. 29. ἀθῶον] ἀθῷον Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 640. v. 2. αἴτιος] ἢ αἴτιος August. primus. REISK.

P. 640. v. 2. [τοῦ]] τοῦ addidi ex editione Lutetiana, et postea v. 6. Proxime v. 3. melius μεταποιήσῃ cum Baroec. Bodlei. Lindenbr. Aug. et editis praeter Aldum, et deinde v. 4. expunge istud ἀτίμους, ut recte Codd. Lindenbr. et Ital. TAYLOR. τοῦ abest ab August. primo. Uncis inclusi. Item v. 6. REISK. τοῦ omisit Bekker. V. Melet. Crit. p. 23. Fallitur Schneiderus ad Xenophont. Hellen. VII, 4, 19. 5, 17. SCHAEFER.

P. 640. v. 2. τὸν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 640. v. 2. συγχυθῆναι] *ut frangatur.* SCHAEFER.

P. 640. v. 3. μεταποιήσῃ] μεταποιήσοι Aldina, Wolfiana, Tayloriana. REISK. V. Taylorus ad v. 2. SCHAEFER.

P. 640. v. 4. ἀτίμους] V. Taylorus ad v. 2. Si quis deleat, non reprehendam. Conf. v. 7. s. SCHAEFER.

P. 640. v. 4. τὰ ἐκείνου] Mirum videri queat bona proscripti fisco addicta appellari ἄτιμα. Sed id moris Athenis fuisse cum ex hoc loco apparet, tum ex alio colligitur p. 634, 14., ubi bona homicidae, qui ob caedem involuntariam perpetratam urbe excesserit, appellantur ἐπίτιμα eo, quod non essent publicata: τῶν γὰρ ἐκ προνοίας ἀνδροφόνων, addit, τὰ χρήματα δεδήμευται. REISK.

P. 640. v. 5. μὲν] Abest ab August. primo. REISK. Malim deletum. Neque enim poni solet, ubi post recitationem legis etc. Orator auditores verbo ἀκούετε aut alio simili ita alloquitur, ut particula δέ non sequatur. SCHAEFER.

P. 640. v. 5. ἄντικρυς — λέγοντος] Verba sic ordinata dat August. primus: λέγοντος ἄντικρυς, ἄνδρες Ἀθηναῖοι (sine ὦ). REISK. Sic Bekker., sed servans ὦ. SCHAEFER.

P. 640. v. 6. Ὃς ἂν ἄρχων] [ὃς ἄρχων.] ὃς ἂν ἄρχων Ven. Barocc. Bodlei. Ital. et Vindob. TAYLOR. Scribe ὃς ἂν ἄρχων, ut prius, lingua Graeca ita postulante. MARKLAND. Vulg. ὃς ἄρχων. ὃς ἂν ἄρχων August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 640. v. 6. [τοῦ]] Rursus abest ab August. primo, item Aldina, Paulina. Verba istaec omnia, τοῦ τὸν θεσμὸν — μεταποιήσῃ αὐτὸν, absunt a Paris. primo. REISK. τοῦ omisit Bekker. V. not. ad v. 2. SCHAEFER.

P. 640. v. 6. τὸν] Rursus abest a Bavarico. REISK.

P. 640. v. 7. μεταποιήσῃ] μεταποιήσει Aldina. REISK.

P. 640. v. 10. ὑμῖν ἔχειν] Vulg. ἡμῖν ἔχειν. ἔχειν ὑμῖν August. primus. Etiam Bavaricus dat ὑμῖν. REISK. ἔχειν ὑμῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 640. v. 12. μικρὸν] μικρὰ Bavaricus, sed cum ὸν superscripto. REISK. μικρὰ Bekker. SCHAEFER.

P. 640. v. 13. ἔσται] Lege ἐστὶ. Ita legitur in Ven. Barocc. Vindob. TAYLOR. ἐστὶ Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK. Bene ἐστὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 640. v. 16. λόγου] Vulg. τοῦ λόγου. τοῦ abest ab August. primo, Bavarico. Delevi. REISK.

P. 640. v. 17. ἑξῆς] Hic abest a Paulina, sed stat post νόμοις. REISK.

P. 640. v. 17. τις] Adverte sedem pronominis. SCHAEFER.

P. 640. v. 18. τούτους μόνον] Vulg. μόνον τούτους. Invertunt August. primus et Bavaricus. REISK.

P. 640. v. 23. ἢ μαρτυρεῖν] Videtur hic deesse τοὺς μάρ-

τυρας. Non enim testantur litigantes: sed καλοῦνται omnes, tam testes quam actor cum reo, μαρτυροῦσιν οἱ μάρτυρες aut οἱ συνειδότες, ut v. 26. ait, et διόμνυνται οἱ ἀγωνιζόμενοι. REISK. Passim monuimus logicam diligentiam non esse oratorum. SCHAEFER.

P. 640. v. 24. προστάσσοντες] Non est Demosthenica forma. Itaque recte προστάττοντες Bekker. SCHAEFER.

P. 640. v. 24. ἅπαντας] πάντα P. Manutius. REISK. Bene πάντας Bekker. Sequitur enim πᾶσιν. SCHAEFER.

P. 640. v. 26. [οὐ κρίσις,]] Duae hac voces mihi videntur delendae ut perperam e prioribus iteratae: quapropter eas uncis inclusi. Nullae literae magis a librariis graecis inter se permutantur, quam λ et ρ, item η et ι. Patet ex eo, quod ἡ κρίσις sequatur τὴν μαρτυρίαν, non praecedat, tum ex eo, quod paulo ante v. 23. nulla facta sit mentio τοῦ κρίνεσθαι, sed statim a καλεῖσθαι ad μαρτυρεῖν transitus fiat. REISK. Accedo. Etiam Bekkerus servavit uncos, quos Dindorfius delevit. Sed origo vocum fortasse fuit glossematica, non palaeographica. Conf. Harpocratio p. 105. ed. Lips. et Photius c. 127. SCHAEFER.

P. 640. v. 27. αὐτη] [αὐτὴ.] Corrigendum cum Aug. Cod. αὕτη. *ea*, non *ipsa*. TAYLOR. Vulg. αὐτὴ. αὕτη August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 641. v. 1. νὴ Δία — ἀλλὰ] Solennis verborum ordo hac in formula, indice τῶν ὑποφορῶν, est ἀλλὰ νὴ Δία. Inversus ordo recurrit p. 890, 5., obscuratus illic per vitiosam interpunctionem. SCHAEFER.

P. 641. v. 3. εὑρημένα] Sic Bavaricus quoque, sed cum εἰ super diphthongo. εὑρημένα verbum in hac re proprium. V. p. 642, 3. s. REISK. Videndum ne εἰρημένα praestet ut aptius congruens tam antecedenti προστεταγμένα quam sequenti ἔγραψεν. Adde quod δικαίως εὑρημένα mirabile quid sonat: certe σοφῶς εὑρημένα scriptum malles. Diversi est generis quod altero illo loco legitur. SCHAEFER.

P. 641. v. 3. ἃ δ' — καὶ καλά.] Inscite Wolfius haec in versione sua interrogative enunciavit. TAYLOR. Vere monuit non esse interrogationem. Quo magis mirum in Reiskiana post καλά poni signum interrogandi, servatum illud in Bekkeriana, sed invito, opinor, editore. SCHAEFER.

P. 641. v. 5. τοῦ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 641. v. 5. ψηφίσματος] ψήφισμα August. primus. REISK.

P. 641. v. 6. τούτων] Non cohaeret cum proximo τῶν πάντων, sed idem est ac si dixisset: πάντων τῶν δικαστηρίων, ὅσα ἐστὶν, οὐδὲν φανήσεται σεμνότερον τούτων τῶν Ἀθήνησιν. REISK.

P. 641. v. 7. φανήσεται] φενήσεται Aldina. REISK. Si quis ante h. v. ὂν excidisse suspicetur, me non habebit assentientem. SCHAEFER.

P. 641. v. 8. ζῆλόν — τιμὴν] Idem significant. V. not. ad p. 267, 14. SCHAEFER.

P. 641. v. 9. καὶ ἥδιους ἔσεσθε ἀκούσαντες] *et iuvabit vos audivisse.* V. II. Stephanus Thes. c. 4088. D. SCHAEFER.

P. 641. v. 10. ὅθεν] Ita pro ὅταν vulgatorum ex Ven. Barocc. Bodlei. Cant. et Vindob. TAYLOR. ὅταν Aldina, Paulina. Sed correxit ὅθεν Lessing. et Weimar. e suo secundo codice. REISK.

P. 641. v. 11. ἢ] Vulg. ἤ. ἢ Aldina, Paulina. REISK. ἢ Reiskiana, invito, ut probabile est, editore. SCHAEFER.

P. 641. v. 15. καὶ νομίμων, καὶ πάντων] ἴσ. καὶ νομίμων ἁπάντων Bodlei. TAYLOR.

P. 641. v. 16. πολλὰ μὲν δὴ — ἄλλου δικαστηρίου] Citat hunc locum Dionysius Halicarn. p. 171. REISK. T. VI. p. 997. R. SCHAEFER.

P. 641. v. 17. τοιαῦτα] ταῦτα August. primus. REISK.

P. 641. v. 17. ἰδιαίτατον] ἰδιώτατον habent MSS. Ven. Barocc. Bodlei. Lindenbr. Obsop. Vindob. Ita etiam legit Dionysius Halicarn. περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος §. 14. atque etiam modo v. 18. rectius editis περὶ οὐ τοσαῦτα. TAYLOR. ἰδιώτατον August. primus, Bavaricus. REISK. Recepit Bekker. SCHAEFER.

P. 641. v. 18. ὑπὲρ] Dionysii περὶ Tayloro probatum mihi quoque placet, cum eadem praepositio v. 20. recurrat. V. not. ad Orat. init. p. 621, 7. SCHAEFER.

P. 641. v. 19. καλὰ] Lege παλαιὰ: quod patet ex sensu et sequentibus et ex oppositione καὶ ὧν αὐτοὶ μάρτυρες ἐσμέν. Vide v. 28. καὶ τὰ μὲν δὴ παλαιὰ τοιαῦτα etc. MARKLAND. Vulgata bene habet, idemque est atque si dixisset: καλά, τὰ μὲν παραδεδομένα καὶ μυθώδη, τὰ δὲ ὧν ἡμεῖς αὐτοὶ μάρτυρες ἐσμέν. Facit duo genere decorum, alia fabularia et a maioribus ad posteros tradita, alia quorum ipsi essent testes. REISK. Iure tuetur vulgatam. Marklandi coniectura textum et onerat pleonasmo vix tolerabili et spoliat voce cuius magna vis est. SCHAEFER.

P. 641. v. 19. παραδεδομένα καὶ μυθώδη, καὶ ὧν —] τὰ μυθώδη καὶ τὰ μεμαρτυρημένα inter se opponuntur. τὰ καλὰ παραδεδομένα pertinent ad haec utraque. WOLF. Fallitur. παραδεδομένα καὶ μυθώδη eadem significant opponunturque iis ὧν αὐτοὶ μάρτυρες ἐσμέν. Conf. v. 22. Sic etiam Reiskius intellexit. SCHAEFER.

P. 641. v. 21. ἕνεκεν] ἕνεκα Bekker. SCHAEFER.

P. 641. v. 21. ἢ] Abest ab Aldina. REISK.

P. 641. v. 21. ἀκοῦσαι] ἀκούειν August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 641. v. 22. τοῦτο μὲν] Non sequitur τοῦτο δὲ, sed variatur constructio v. 28. Ita saepius fieri solet. SCHAEFER.

P. 641. v. 22. τὰ παλαιὰ] Id est κατὰ τὰ παλαιά, *temporibus antiquis.* REISK. Non probo. Subaudi ταῦτά ἐστι, coll. v. 28. Itaque post παραδέδοται ponendum signum coli. SCHAEFER.

P. 641. v. 22. ἀκοῦσαι] ἀκούειν Bekker. Fortasse huc referendum quod Reiskius suis e libris ad v. 21. enotavit. SCHAEFER.

P. 641. v. 23. τῷ] Abest a Paulina. REISK.

P. 641. v. 23. θεοὶ δίκας φόνου] δίκας φόνου θεοὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 641. v. 26. ὡς λόγος] [Vel cum Barocc. ὡς ὁ λόγος.] Isocrates audacius: ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι καὶ πάντες πιστεύουσι. WOLF. Non audacius ille: nam Demosthenes rem non minus asseverat. ὡς λόγος i. q. ὡς λέγουσι, ὥς φασι, quae Graeci dicunt de rebus quas habent pro certissimis. V. not. ad p. 506, 21. 561, 28. SCHAEFER.

P. 641. v. 26. Ποσειδῶν] Ποσειδῶ August. primus. REISK. Bekkerus: „ποσειδῶ k. r. s.“ Movit hoc, opinor, Dindorfium, ut daret Ποσειδῶν'. Sed quod antecedit ἠξίωσαν sequi poscit nominativum. Idemque casus est v. 27. SCHAEFER.

P. 641. v. 26. Ἁλιῤῥοθίου] Ἁλλιῤῥοθίου August. primus. REISK.

P. 641. v. 27. Ἄρεως] Ἄρεος Aldina. REISK. Bekkerus: „ἄρεος v.“ SCHAEFER.

P. 641. v. 27. δικάσαι] Vulg. δικάσασθαι. δικάσαι Paris. primus, August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK. Est i. q. δικασταὶ γενέσθαι v. 25. SCHAEFER.

P. 641. v. 28. καὶ τὰ μὲν δὴ παλαιὰ —] Plato de Rep. X. p. 616. HSt. καὶ τὰς μὲν δὴ δίκας —. Xenophon Hellen. VI. 5. 17. καὶ οἱ μὲν δὴ Ἀρκάδες —. quod non debebat suspectari. SCHAEFER.

P. 641. v. 28. τοιαῦτα] ταῦτα Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK. Recte ταῦτα Bekker. SCHAEFER.

P. 641. v. 28. τὰ δ' ὕστερον] Subaudi ταῦτά ἐστι. V. not. ad v. 22. SCHAEFER.

P. 642. v. 1. οὐχὶ] Bekkerus: „οὐ Y. O.“ Placet. SCHAEFER.

P. 642. v. 3. ἡγοῦνται] Vulg. ἡγοῦντο. ἡγοῦνται August. primus, Bavaricus. Et sic correxi ob illud superius, ὧν αὐτοὶ μάρτυρες ἐσμέν. REISK. Sic scribendum fuit etiam ob antecedens τετόλμηκεν. SCHAEFER.

P. 642. v. 5. ἐνταυθοῖ] ἐνταῦθα Dindorf. SCHAEFER.

P. 662. v. 17. ζῶσιν] Omittunt Anecd. Bekk. loco posteriori. SCHAEFER.

P. 662. v. 18. τούτων] Vulg. τοῦτον. τούτων August. primus, Lessingianus, Paulina, unde repetiit margo Lutetianae. Correxi τούτων, quod cohaeret cum περιεῖναι et cum κατηγορεῖν. *quisquis recte sapit, hos homines cavendo vincere debet, non fraudis eos accusare, posteaquam damno suo cognoverit a se fidem ipsis habitam temere nondum usu probatis.* REISK.

P. 662. v. 22. ἔχει] ὑπάρχει Bavaricus. REISK. ὑπάρχει Bekker. SCHAEFER.

P. 662. v. 22. τὸν Χαρίδημον αὐτὸν] *ipsum Charidemum.* Opponitur Cersobleptes, de quo statim. SCHAEFER.

P. 662. v. 22. ἡμᾶς] Sic etiam Bavaricus, sed cum ὑ superscripto. SCHAEFER.

P. 662. v. 25. σχήσειν] I. q. ἕξειν. SCHAEFER.

P. 662. v. 28. τῇ διὰ τοῦ ψηφίσματος πλεονεξίᾳ] *psephismatis privilegio.* SCHAEFER.

P. 663. v. 1. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK. Praestat ἡμῖν, quod adscivit Bekker. SCHAEFER.

P. 663. v. 1. λογιζόμενος αὐτὸν εὑρίσκω] λογιζόμενος εὑρίσκω αὐτὸν (τὸν Χαρίδημον) ἀξιόπιστον (sub. ὄντα) οὔθ' ὑμῖν οὔτ' ἐκείνῳ (τῷ Κερσοβλέπτῃ). WOLF. Immo, si quid ego iudicare possim, contraria prorsus omnia, non Charidemum Cersobleptae, sed vice versa Cersoblepten Charidemo. Postulat huius loci syntaxis, argumentandi ratio. TAYLOR. Hoc tam manifestum est, ut Wolfium non vidisse fidem propemodum excedat. SCHAEFER.

P. 663. v. 2. αὐτὸν] In Vindob. deest αὐτὸν ante εὑρίσκω, quod impune abesse potest. TAYLOR. Hic loci est pro τοῦτον. Constructio est haec: λογιζόμενος εὑρίσκω τοῦτον οὐκ ἀξιόπιστων —, ὑπὲρ οὗ —. ἀξιόπιστον et αὐτὸν ad Cersoblepten, ἐκείνῳ ad Charidemum redeunt. V. p. 664, 7. REISK. αὐτὸς nusquam est i. q. οὗτος. Nec constructionem Reiskius recte expedivit. Scilicet expletum τὸ ἑξῆς sic habet: ὑπὲρ οὗ — πλεονεξίᾳ, τοῦτον οὐκ ἀξιόπιστον — εὑρίσκω. αὐτὸν (*illum*) iungendum participio λογιζόμενος. Quanquam non multum refrager, si quis, ut orationem gravans inutiliter, omissum malit. V. p. 664, 25. s. SCHAEFER.

P. 663. v. 3. γε] Abest ab August. primo. REISK.

P. 663. v. 3. κηδεστὴς] Duxerat enim Iphicrates Tarsen, filiam Cotyis, Thracum dynastae vel regis, ut narrat Aemilius Probus vel Cornelius Nepos in Iphicrate. PALMER.

P. 663. v. 5. Χαρίδημος Κερσοβλέπτῃ] Χαριδήμῳ Κερσοβλέπτης Felicianea, Paulina, Bavaricus. Idem in Herwagiana exstare suspicor. Constat Iphicraten filiam Cotyis, Tarsen, in matrimonio habuisse. Consequitur ex his, si vera Demosthenes perhibet, (neque causa est, cur mentiri existimetur,) Cersoblepten Charidemi generum fuisse: id quod etiam aetas satis indicat. Maior enim natu Charidemus erat, quam Cersobleptes: ut

magis sit consentaneum Charidemum Cersobleptae socerum quam hunc illius fuisse. Quare vulgatam tueor, tametsi ab aliis impugnetur et ipsi mihi olim visum sit legendum esse *Χαριδήμῳ Κερσοβλέπτης*. Quid si autem *κηδεστὴς* non *gener*, sed *maritus sororis* sit? Habuerit tum Iphicrates in matrimonio sororem Cotyis et Charidemus sororem Cersobleptae. Possit sic priorum librorum vulgata stare. REISK. *Χαριδήμῳ Κερσοβλέπτης* Bekker. Quam scripturam commendat concinnitas membrorum, qualiscunque fuit ratio affinitatis inter Thraces illos Graecosque contractae. Nam *τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ* nihil aliud valet quam *ὥσπερ* nec significat gradum affinitatis: *κηδεστὴς* autem, ut in vulgus notum est, perinde ac latinum *affinis* significationis est amplissimae. Eadem membrorum concinnitas recurrit v. 7. SCHAEFER.

P. 663. v. 8. *σκεψώμεθα*] *σκεψόμεθα* August. primus. REISK.

P. 663. v. 8. *ἄνδρες*] Bekkerus: „*ἄνδρες*] *ὦ* k. s.“ Non displicet: ut scribatur *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*. Sic enim solet Orator. SCHAEFER.

P. 663. v. 10. *ὑμῖν*] Vulg. *ἡμῖν*. *ὑμῖν* margo Lutetianae, August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 663. v. 16. *ὑμῖν*] *ὑμῶν* August. primus. REISK.

P. 663. v. 16. *ἔσχετε τὴν ὀργὴν ὑμεῖς*] *ὑμεῖς ἔσχετε τὴν ὀργὴν* August. primus. REISK.

P. 663. v. 17. *ἀνθρώπων*] *ἄνθρωπον* Bavaricus. REISK.

P. 663. v. 18. *ἀθλιώτατον*] *ἀθλιώτερον* August. primus verba sic struens: *ἀνθρώπων ἁπάντων ἀθλιώτερον εἶναι*. REISK. Bekkerus sic struxit: *ἀθλιώτατον ἀνθρώπων ἁπάντων εἶναι*. SCHAEFER.

P. 663. v. 18. *τότε*] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. Bene: ita enim oratio fit gravior. SCHAEFER.

P. 663. v. 21. *ἀποδώσει*] *ἀποδώσῃ* August. primus. *ἀποδώσειν* corrector Weimaranus. REISK.

P. 663. v. 22. *καὶ*] Malim *οὐδὲ*. REISK.

P. 663. v. 22. *δι᾽ ἐκεῖνόν*] [*δι᾽ ἐκείνου.*] F. *δι᾽ ἐκεῖνόν*, *propter illum, illius gratia*, ut p. 666, 18. MARKLAND. Sic est in Paulina. Correxi *δι᾽ ἐκεῖνόν*. REISK. *δι᾽ ἐκείνου* Bekker. Quod praeferendum. Nam Iphicrates facilius etiam a civibus veniam erat impetraturus, si suâ ipsius operâ *τὰ φιλάνθρωπα* Atheniensibus contigissent. SCHAEFER.

P. 663. v. 25. *ὑμετέρων*] Vulg. *ἡμετέρων*. *ὑμετέρων* August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. REISK.

P. 663. v. 26. *λαβὼν αὐτὸς*] [*λαβὼν.*] Habeo fere pro necessario, quod addunt Barocc. Felic. Lindenbr. Manut. Aug. Obsop. Ital. et Vindob., *λαβὼν αὐτός*. TAYLOR. Vulg. *λαβὼν*. Addunt August. primus, Bavaricus *αὐτός*. Addidi. Quod si minus

est necessarium, inutile tamen non est respectu Charidemi, de quo statim post commemorat v. 27. REISK. Non Charidemi, sed Iphicratis respectu additum est, qui cum antea duxisset τὸ ξενικόν, nunc ipse Cotys dux eius factus est. SCHAEFER.

P. 663. v. 28. προσμισθωσάμενος] προμισθωσάμενος Bavaricus. REISK.

P. 663. v. 28. προσέβαλε] προσέβαλλε (in imperfecto) Bavaricus et August. primus, qui Augustanus verba sic dat structa: τοῖς ὑμετέροις προσέβαλλε χωρίοις. REISK. προσέβαλλε Bekker. Recte. Plura deinceps Atheniensium castella Thrax adoriebatur. SCHAEFER.

P. 664. v. 2. Ἄντισσαν] Citat Harpocration v. Ἄντισσα. REISK.

P. 664. v. 2. Δρῦν] Citat idem v. Δρῦς. REISK.

P. 664. v. 2. ἡγούμενον] Sic correxit Weimaranus e suorum primo et secundo pro Aldino ἡγούμενοι. REISK.

P. 664. v. 3. οὓς] Si subaudias Ἕλληνας καὶ Ἀθηναίους ὄντας, melius intelligas vim contrapositi, τοῦ Θρᾳκὸς καὶ τοῦ βαρβάρου. SCHAEFER.

P. 664. v. 6. ἑαυτοῦ] αὐτοῦ Vindob. Lege autem αὐτοῦ. Et intellige salutem Iphicratis, non Cotyos. TAYLOR. ἑαυτοῦ, *suae*, Iphicratis puta. V. p. 665, 4. REISK. Fallitur Taylorus: nam stupidus sit, qui ἑαυτοῦ de Thrace intelligat. SCHAEFER.

P. 664. v. 6. ἂν] ἐὰν Dindorf. SCHAEFER.

P. 664. v. 7. Κερσοβλέπτης] Vulg. ὁ Κερσοβλέπτης. Articulum omittit Bavaricus. Delevi. REISK.

P. 664. v. 10. καὶ κινῇ] Malim καὶ κοινῇ. *etiam contra vos cunctos* vel *universos*. Componit simultates Cersobleptae cum Charidemo cum eiusdem simultatibus erga cunctam Atheniensium rempublicam, privatum odium cum publico. REISK. Talis comparationis hic nec vola nec vestigium: neque odium, sed neglectus Charidemi dicitur. Herodianus I. 13. 7. δεδιὼς — τὴν τοῦ δήμου κίνησιν, μή τι καὶ περὶ αὐτοῦ νεωτερίσειεν. SCHAEFER.

P. 664. v. 10. ὑμᾶς] Vulg. ἡμᾶς. ὑμᾶς Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 664. v. 10. ἐξαρκεῖ — κατεσκευακέναι;] ἐξαρκεῖ τοῦθ' ὑμῖν, (κατεσκευακέναι) ὅτι Χαρίδημος ἐξαπατηθεὶς κατεσκεύακε τὸν Θρᾷκα ἰσχυρὸν ἐφ' ὑμᾶς αὐτούς; WOLF. Non intelligo. TAYLOR. Sententia est: *prodestne vobis, posteaquam Charidemus deceptus fuerit, vosmet ipsos Thracem in vos armasse atque roborasse?* REISK. Vidit loci sensum, qui Wolfium fugerat. Sed ἐὰν vertendum *si*, non *posteaquam*. Orator hoc vult: *num vires Thracis contra vos vestrâ ipsorum operâ auctas aequo feretis animo, dummodo Charidemum deceptum videatis?* V. not. ad v. 18. SCHAEFER.

P. 664. v. 11. *αὐτοὺς*] Omittunt Paris. primus, August. primus. *αὐτοὺς* non cohaeret cum *ἐφ' ὑμᾶς* proximo, sed idem est, ac si dixisset: *ὑμᾶς αὐτοὺς* (*vosmet ipsos, ultro, manibus vestris*) *κατεσκευακέναι τὸν Κερσοβλέπτην ἰσχυρὸν ἐφ' ὑμᾶς*. REISK.

P. 664. v. 13. *ταῦτα*] vires Thracis sic auctum iri in vestrum ipsorum damnum. SCHAEFER.

P. 664. v. 16. *αὐτῷ*] *Χαριδήμῳ*. SCHAEFER.

P. 664. v. 16. *αὐτὸν*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 664. v. 18. *αὐτοῦ*] [*αὐτοῦ*.] Corrige *αὑτοῦ*. *αὑτοῦ* etiam cl. Marklandus. TAYLOR. Legendum videtur *αὑτοῦ* vel *ἑαυτοῦ*. IURIN. Vulg. *αὐτοῦ*. Dedi *αὑτοῦ*. Redit ad eum, qui providet atque impedit, quominus consilia capiantur sibique et alteri, cuius causa capiantur, noxia futura. Nam *ἐξαρκεῖ* idem saepe significat atque *ὠφελεῖ*, *expedit*, *prodest*. REISK. Verba *Nam ἐξαρκεῖ — prodest* addenda Reiskii notae ad v. 10. *ἐξαρκεῖ* valet hîc quod ubique, *satis est*, *sufficit*. *ἐξαρκεῖ ὑμῖν*, *satis habetis*, *acquiescitis*. SCHAEFER.

P. 664. v. 18. *ἐκείνου*] *ἐκείνων* August. primus, ut cum Charidemo Cersoblepten quoque complectatur. REISK. Falsum *ἐκείνων*. De Cersoblepta quis hîc cogitet? SCHAEFER.

P. 664. v. 20. *κἀκείνοις καὶ σφίσιν αὐτοῖς*] tam illis, qui amantur, quam illis ipsis, qui istos amant. REISK.

P. 664. v. 22. *αὐτὸς — ἐκείνου*] Notabilis transitus a plurali ad singularem: figura in huiusmodi enuntiationibus, quae genus significant, satis frequens. SCHAEFER.

P. 664. v. 23. *ἤδη*] *νῦν*. Eadem autem hîc breviloquentia est, quae toties obtinet in comparationibus. Plena oratio: *τὴν ἤδη χάριν τῆς τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου παντὸς περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι*. SCHAEFER.

P. 664. v. 26. *εἰ καὶ βάρβαρος*] *εἰ καὶ μὴ βάρβαρος* Weimaranus e suorum secundo. REISK.

P. 664. v. 28. *ἐξετάσω*] *ἐξετάζω*. MARKLAND.

P. 665. v. 1. *ἀποστερήσειν*] *ἀποστερεῖν* margo Lutetianae, August. primus. REISK.

P. 665. v. 1. *μέλλων*] *μάλλων* Aldus. Sed correxit Weimaranus. REISK.

P. 665. v. 2. *ἂν ἡγοῦμαι*] Vulg. *ἡγοῦμαι ἄν*. Invertunt August. primus, Bavaricus, Paulina. REISK.

P. 665. v. 3. *γὰρ*] *γε* August. primus, Bavaricus. REISK. *γ'* Bekker. Recte. Ad *μέν γε*, solennem formulam, vix credas quoties, ut Critici, ita scribae offenderint. SCHAEFER.

P. 665. v. 3. *ἢ*] Sic correxit Weimaranus Aldinae vitiosum *ἢ̃*, corrector nempe vetus, cui recentior manus adscripsit haec: „et sic in prima Aldi.“ Ergo editio, qua utor, est recen-

tior: nam in ea est ἤ, ut in Weimar. et Lessing. ἤ est quoque in Paulina. REISK.

P. 665. v. 5. ἀποστερήσειν] August. primus iterum ἀποστερεῖν. REISK. V. not. ad v. 1. SCHAEFER.

P. 665. v 5. ἐπεστράφη] ἀπεστράφη margo Lutetianae, August. primus. οὐκ ἐπεστράφη, *nil curabat*, ut paulo ante v. 1. οὐδὲν ἐφρόντισε. οὐκ ἀπεστράφη, *passus non est a consilio suo per ea se deduci.* Perinde est, utram lectionem optes. Utraque bona est. REISK. ἐπεστράφη nemo non praeferet, qui contulerit non tantum ἐφρόντισε v. 1., sed etiam μελῆσαι v. 2. et λόγον σχοίη v. 6. et προνοηθείη v. 12. SCHAEFER.

P. 665. v. 6. τίνος — [τινος]] Certe alterum est inutile. Posterius credo. Lege itaque: τίνος ἂν καὶ λόγον σχοίη μὴ Χαρίδημον ἀποστερήσῃ. TAYLOR. Manifestum est, neque fugit Taylorum, posterius τινος, encliticum illud, redundare et amputandum esse, in quo ipsemet ei assentior hactenus, ut eius loco τούτου suffectum velim. *cuiusnam rei rationem habeat Cersobleptes, ne ea re Charidemum privet?* Interim inclusi uncis. REISK. Hos removit Dindorf. Ego Taylorum sequor. SCHAEFER.

P. 665. v. 7. οὐδ' ὁτιοῦν — αὐτῷ] Vulg. οὐδ' ὁτιοῦν· ἔστι γὰρ παρ' ὑμῖν αὐτοῦ. οὐδ' ὁτιοῦν γάρ ἐστι παρ' ὑμῖν αὐτῷ August. primus. In Bavarico quoque est αὐτῷ, item in Aldina et Paulina. Augustanum secutus sum, sublato puncto interiecto et transposita particula causali. REISK. Bekkerus: „γάρ ἐστι] ἐστὶ γὰρ F. S. Y. O. v." οὐδ' ὁτιοῦν ἐστι γὰρ Dindorf. Aristophanes Av. 1164. Dind. ἀλλ' ὅδε φύλαξ γὰρ —. V. Melet. Crit. p. 76. SCHAEFER.

P. 665. v. 10. μήτε] μή τι Aldus. Sed correxit Lessingianus. REISK.

P. 665. v. 11. δικαίως ἄπιστος] Sub. νομίζεται, ut supra v. 10. εἰ μήτε φύσει πιστὸς, sub. ἐστί. WOLF. Subaudiendum ἐστὶ tam hic quam v. 10. δικαίως ἄπιστος, *iure, merito suo infidus* s. *fide indignus.* SCHAEFER.

P. 665. v. 13. τίνος ἕνεκα — συλλάβωμεν αὐτῷ] διὰ τί συλλάβωμεν αὐτῷ οὕτως ἁπλῶς καὶ κομιδῇ τετυφωμένως διαπράξασθαι (ὅπως ἂν διαπράξηται) ἃ βούλεται; WOLF. Cave οὕτως referas ad ἁπλῶς. V. not. ad ἁπλῶς v. 13. SCHAEFER.

P. 665. v. 13. ἕνεκα] εἵνεκα Bavaricus. REISK.

P. 665. v. 13. ἁπλῶς] Est *nude, absolute, sine restrictione et exceptione,* quod huic loco non convenit. Quare malim ἁπλοϊκῶς, *more hominum simplicium, imperitorum, imprudentium, stultorum.* Verumtamen alterum etiam hoc sensu noster saepe usurpat, ut p. 725, 25. οὐδὲ ταῦτα ἁπλῶς οὐδ' ἀδόλως φανήσεται γεγραφώς. REISK. ἁπλῶς καὶ κομιδῇ referenda ad τετυφωμένως, cuius vis duobus illis adverbiis augetur. πονηρός — ἁπλῶς p. 784, 2. ἁπλῶς καὶ κομιδῇ τετυφωμένως οὕτως, *sic per puram putam stultitiam.* SCHAEFER.

P. 665. v. 13. τετυφωμένως] Vulg. τετυφωμένος. τετυφωμένως August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Correxi τετυφωμένως, adverbium. REISK.

P. 665. v. 15. καὶ ταῦτα ἐφ' ἡμῖν ὄντα] ἐν τῇ ἐξουσίᾳ ἡμῶν. *cum ea penes nos sint.* Sed legendum ἐφ' ἡμᾶς, τὸ καθ' ἡμῶν, sicut supra [p. 664, 11.]: ἰσχυρὸν ἐφ' ἡμᾶς. WOLF. Vertendum: *cum tota res in nostra potestate sit.* Sic p. 686, 4. ἐφ' ὑμῖν ἔσται τὸ πράττειν, *vestro arbitratu agere poteritis.* Nota sunt Stoicorum τὰ ἐφ' ἡμῖν, *res nostri arbitrii.* MARKLAND. Cant. caeteris omnibus silentibus cum Wolfio legit. Quidni autem Wolfianam interpretationem amplecteremur et lectionem vulgatam? Ita noster c. Timocrat. p. 723, 2. ἔστι γὰρ οὐ τὸ μὲν αὐτοῦ καλῶς κείμενον, τὸ δὲ ἡμαρτημένον, ἀλλ' ὅλος ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῆς πρώτης συλλαβῆς μέχρι τῆς τελευταίας ἐφ' ὑ μ ῖ ν κεῖται. TAYLOR. *contra nos facientia, nobis noxia* recte interpretatur Ind. Graecitat. p. 228., ubi satis est exemplorum huius significationis. SCHAEFER.

P. 665. v. 16. ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὁρῶ.] [ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ.] ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὁρῶ Aug. et Vindob. TAYLOR. Scilicet γὰρ ex editione Wolfii exciderat. REISK. γὰρ omisit Bekker. Conf. p. 666, 6. SCHAEFER.

P. 665. v. 17. συμφέρει] συμφέρειν Bavaricus. REISK.

P. 665. v. 18. οὐδὲν] Hic est pro τι, accommodatur enim praemisso οὐδὲ, et noto Atticismo plane redundat. REISK. Retulit οὐδὲν ad τοιοῦτον. Quod si facias, cum illius Atticismi quem Reiskius dicit vis non porrigatur ad duas diversas notiones, sed circumscripta sit terminis unius quamvis compositae, hoc dicitur, dedecori fore Atheniensibus, nisi tale quid sciscant: id quod absurdum est. Adde quod τοιοῦτον ο ὐ δ ὲ ν ἐψηφισμένη φαίνεσθαι soloecum est: quippe graecismus poscit τ. μ η δ ὲ ν ἐ. φ. Quae cum ita sint, οὐδὲν referendum ad οὐδέ. Sed hoc ut fieri possit, inverso ordine scribendum οὐδὲν τοιοῦτον. Conf. p. 666, 3. SCHAEFER.

P. 665. v. 20. οἰκοῦντί τῳ] Vulg. οἰκοῦντι. Addunt encliticum τῳ (*alicui*) August. primus, Bavaricus, Aldina. Addidi. REISK. πόλιν οἰκεῖν, *fixam habere sedem.* Opponitur v. 27. s. περιέρχεσθαι κατὰ πᾶσαν χώραν. SCHAEFER.

P. 665. v. 21. νόμοις πολιτευομένῳ] Infra v. 27 νόμοις οἰκεῖν — τὴν αὐτῶν. SCHAEFER.

P. 665. v. 23. Θρᾳκὶ δὲ ἀνθρώπῳ βασιλεῖ] Omnia haec ad Cersobleptem redeunt. Charidemus dicitur imperatoris operam praestare *homini Thraci eidemque regi.* REISK.

P. 665. v. 24. διὰ τῆς ἐκείνου βασιλείας] *cuius regno fretus* vel *per cuius regnum.* WOLF. V. p. 666, 21. s. SCHAEFER.

P. 665. v. 25. ξεναγοῦντες] Bekkerus: „ξεναγωγοῦντες Y. O." V. Lobeckius ad Phrynich. p. 430. SCHAEFER.

P. 665. v. 27. αὐτῶν] [αὑτῶν.] Scribe αὑτῶν, ut p. 667, 16., ubi plene τῆς αὑτῶν πατρίδος. MARKLAND. αὑτῶν Reisk. SCHAEFER.

P. 666. v. 1. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 666. v. 2. ἐπιβουλεύσαντος] Vulg. ἐπιβουλεύσοντος. Correxi ἐπιβουλεύσαντος, quod est tempus infinitum. *qui, si ita contingat, sit insidiaturus.* REISK. Sic vero addere debuit particulam ἄν. Recte ἐπιβουλεύσοντος Bekker. spretâ auctoritate trium librorum, qui aoristum dant. SCHAEFER.

P. 666. v. 2. τύχοι] τύχῃ August. primus. REISK. Recte τύχῃ Bekker. SCHAEFER.

P. 666. v. 3. ἐψηφισμένους] Corrige ὑμῖν — ἐψηφισμένοις. Ita supra p. 665, 17. οὐδὲ πρὸς δόξαν συμφέρει τῇ πόλει τοιοῦτον οὐδὲν ἐψηφισμένῃ φαίνεσθαι. TAYLOR. ἐψηφισμένους bene habet, tametsi etiam ἐψηφισμένοις, quomodo Taylorus vult legi, non spernendum sit, si codices consentiant. REISK. Recte. Attractionis quae videntur scitamenta invitis scriptoribus obtrudenda non sunt. SCHAEFER.

P. 666. v. 3. ἑαυτῶν] αὑτῶν Paris. primus. REISK.

P. 666. v. 8. τοὺς] Vulg. τοὺς μὲν. μὲν abest ab August. primo. Delevi. REISK.

P. 666. v. 9. ὅ τι ἂν ἐθέλῃ] ὁτιοῦν βούλεται August. primus. θέλῃ Bavaricus. REISK. θέλῃ Bekker. V. p. 672, 12. SCHAEFER.

P. 666. v. 9. ἐκδοῦναι] ἐκδεδωκέναι Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 666. v. 10. καὶ] καὶ initio versus deletum malim ut vitiose redundans. Nisi si volumus hanc esse sententiam: Europaeos *quoque* Graecos. Ut Lacedaemonii Graecos Asiaticos regi Persarum prodiderunt, ita Athenienses Cersobleptae Graecos quoque Europaeos: ut ambo Graeci, tam Asiatici, quam etiam Europaei, barbaris sint traditi pro mancipiis. REISK. Cui haec sententia improbetur? SCHAEFER.

P. 666. v. 10. καὶ πάντας] V. not. ad p. 649, 1. SCHAEFER.

P. 666. v. 11. ἔσεσθαι Χαρίδημος] Χαρίδημος ἔσεσθαι Bekker. SCHAEFER.

P. 666. v. 11. οὐ γὰρ ἄλλο τι κ. τ. λ.] Verba sic dat August. primus collocata: οὐ γὰρ ἄλλο τι τὸ ψήφισμα ποιεῖ, ἢ τοῦτο. τῷ μὲν γὰρ ἐκείνου —. Bavaricus omittit ἢ et pro ὅτι dat ὅτε. REISK. Bavarici scriptura est eadem Bekkeri. Mihi quoque perplacet. V. v. 17. SCHAEFER.

P. 666. v. 13. διείρηται] Vulg. διῄρηται. διείρηται Bavaricus, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 666. v. 18. ἐποιήσασθε] Vulg. ἐποιήσασθαι. Vitium hoc typographicum ductum est seu ex Aldina seu ex Herwagiana prima, quae Aldinam reddidit. Sed correxit Weimaranus ἐποιήσασθε e Paulina, ni fallor. Correxi. REISK.

P. 666. v. 18. ἐν τισι καιροῖς] [ἐν τισι καιροῖς καὶ χρόνοις.] ἐν τισι καιροῖς, propter tempora, quia res ita vestrae postulabant: ἐν τισι χρόνοις ad praeteritum tempus refertur, quod certum non exprimitur. WOLF. Vulg. ἐν τισι καιροῖς καὶ χρόνοις. καὶ χρόνοις absunt ab August. primo. Delevi haec duo verba. REISK. Restituit Bekker. Iure. Discrimen nominum Wolfius indicavit. ἦν δὲ ὁ χρόνος οὗτος, —, ὁ καιρὸς δὲ, — p. 1357, 2. s. εἰ μηδεὶς ὑμᾶς ἀναμιμνήσκει τοὺς χρόνους μηδὲ τοὺς καιροὺς p. 1468, 2. s. SCHAEFER.

P. 666. v. 18. Ἀριοβαρζάνην] De hoc nihil me legere memini. Apparet Thraciae aut Ponti regem fuisse. Ulpianus satrapam Persicum facit. Alius est aliquot saeculis posterior ille Cappadox Ἀριοβαρζάνης, εὐσεβὴς καὶ φιλορωμαῖος βασιλεύς. WOLF. Itane? Annon ergo legisti scriptoris nostri orationem, quae inscribitur de Rhodiorum libertate? ὑμεῖς ἐξεπέμψατε Τιμόθεόν ποτε βοηθήσοντα Ἀριοβαρζάνῃ —. ἰδὼν δ' ἐκεῖνος τὸν μὲν Ἀριοβαρζάνην φανερῶς ἀφεστῶτα τοῦ βασιλέως κ. τ. λ. p. 192, 27. Annon tempora quadrant? Annon eundem memorat quoque Nepos in Timotheo? Annon is erat, quem idem auctor in Datame praefectum Lydiae et Ioniae totiusque Phrygiae fuisse praedicat? Consentit Harpocratio: Ἀριοβαρζάνης, σατράπης Φρυγίας ἀποδειχθεὶς οὗτος παρὰ Ξέρξου ἀπέστη· ὃς καὶ ἀποστείλας λαὸν τοὺς πολεμήσαντας αὐτῷ καὶ χειρωσάμενος ἐσταύρωσεν. Adde Diodorum Sic. L. XV. §. 90. TAYLOR.

P. 666. v. 23. ἔργα] Abest a Bavarico. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 666. v. 23. [ἀδικῶν]] Aut ἀδίκως est legendum, aut plane delendum est ἀδικῶν. Nam ὑβρίζων tam ad παῖδας quam ad γυναῖκας pertinet. Tametsi non video, quomodo possit aliquis ἀδίκως ὑβρίζων dici, quasi sit etiam δικαίως ὑβρίζειν. Quare satius erit plane tolli. Interim uncis inclusi. REISK. Uncos amovit Dindorf. Mallem participium delevisset. SCHAEFER.

P. 666. v. 25. ἂν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 666. v. 28. αὐτῶν θατέρῳ, τῷ δ'] αὐτῷ, θατέρῳ δ' Bavaricus. REISK. Sic Bekker. Placet: θατέρῳ enim melius sequitur nam praeit. SCHAEFER.

P. 666. v. 28. Ἐξήκεστος] Citat hunc locum Harpocration v. Ἐξήκεστος. REISK.

P. 667. v. 1. τοῖς παρ' ὑμῖν] Harmodius et Aristogito, qui Hipparchum occiderunt: quos etiam mox innuit p. 667, 13. τοὺς μὲν παρ' ὑμῖν etc. MARKLAND. τοῖς νομίμοις τοῖς παρ' ὑμῖν Weimaranus e suorum secundo. REISK.

P. 667. v. 1. ὑμῖν] ἡμῖν Bekker. non mutans ὑμῖν infra v. 13. SCHAEFER.

P. 667. v. 1. περὶ τῶν τυράννων] [περὶ τὸν τύραννον.] Malim περὶ τῶν τυράννων. Barocc. et Ital. ita legunt. Et res ipsa satis per se loquitur. TAYLOR. Vulg. περὶ τὸν τύραννον. Correxi περὶ τῶν τυράννων e coniectura mea et Taylori codicumque auctoritate. REISK.

P. 667. v. 1. ἀποκτιννύουσι] Margo Lutetianae: γρ. ἀποκτεινύουσι. γρ. ἀποκτείνουσι. ἀποκτειννύασι August. primus. Quod annoto propter insolentiam terminationis: nam alias ubique sic exarat ille librarius hoc verbum ἀποκτειννύναι. REISK. ἀποκτιννύασι Bekker. V. not. ad Porsoni Medeam p. 80. edit. tert. Lips. et not. ad p. 631, 16. SCHAEFER.

P. 667. v. 2. Φιλίσκον] Vulg. τὸν Φιλίσκον. Articulus abest ab August. primo. Delevi: quomodo etiam v. 10. in τοῦ Φιλίσκου feci. REISK. Articulum revocavit Bekker., non item v. 10. SCHAEFER.

P. 667. v. 5. οὗτος νυνὶ] νῦν οὗτος August. primus. REISK.

P. 667. v. 7. ἂν αἰσχύνηιν] αἰσχύνηιν ἂν Bekker. SCHAEFER.

P. 667. v. 10. Φιλίσκου] Vulg. τοῦ Φιλίσκου. Articulus abest ab August. primo. REISK. V. not. ad v. 2. SCHAEFER.

P. 667. v. 11. παίδων ἢ φίλων] ἢ φίλων absunt a Bavarico. August. primus sic ponit verba: φίλων ἢ παίδων. REISK. Hoc ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 667. v. 11. ἐξεδίδοτ' ἂν] Corrigendum ἐξεδίδοντ' ἄν. Constructio est: εἰ δέ τις τῶν Φιλίσκου παίδων ἢ φίλων ἐφήπτετο (τοῦ Θερσαγόρου καὶ τοῦ Ἐξηκέστου), ἐξεδίδοντ' ἂν (ὁ Θερσαγόρας καὶ ὁ Ἐξήκεστος) ὑπὸ τοῦ ὑμετέρου ψηφίσματος. SEAGER. *Diar. Classic.* LVIII. p. 362. s. Singularis recte habet, si ad ἐφήπτετο subaudias θατέρου. Nec probabile est unum aliquem (τινὰ) ambobus manum admovere potuisse. SCHAEFER.

P. 667. v. 11. ὑμετέρου] ἡμετέρου Lutetiana, quomodo septem Codd. Bekk. SCHAEFER.

P. 667. v. 13. εἰ τοὺς μὲν παρ' ὑμῖν κ. τ. λ.] Sensus: si, cum Harmodium et Aristogitonem summis honoribus condecoraveritis, Thersagoram et Execestum rapi ad poenam essetis passi. Eadem ad sensum relatio particularum μὲν et δὲ p. 690, 27. ss. 709, 26. ss. V. praestantissimus Midianae Interpres p. 17. SCHAEFER.

P. 667. v. 13. πράξαντας] Post πράξαντας addit manus nova in Weimar. e codice secundo haec verba: ὥσπερ Φιλίσκος. Sed additamentum hoc est inepti scholiastae, qui non vidit, hoc ad Harmodium et Aristogitonem pertinere. REISK.

P. 667. v. 17. κατεψηφίζεσθε] Laudo potius, quod scribitur in Ven. Lindenbr. Ital. et MSS. Ald. Felic. et Manut. κατεψηφισμένοι. Ut supra v. 15. τιμῶντες ἐφαίνεσθε, ita hic κατεψη-

φισμένοι, scilicet ἐφαίνεσθε. Sed hoc potius ad decorem et ornatum orationis, quam ad necessitatem. TAYLOR. κατεψηφισμένοι Bavaricus: sed margo vulgatam dat cum γρ. Utrumque probari potest. REISK. Haec Reiskius in Variet. lection. In Annotatt. haec: „Codices quidam dant κατεψηφισμένοι. Quam varietatem lectionis cum non improbem, non video tamen, cur alteri vulgatae praeferatur." Iure praetulit Bekker. ἐφαίνεσθε κατεψηφισμένοι vide quam concinne respondeat superiori ἦτε πεποιηκότες. SCHAEFER.

P. 667. v. 17. τοῦτο τοίνυν — αἰσχύνην ὄφλειν] τοῦτο εὖ ποιοῦν (εὐτυχῶς καὶ ἀποδοχῆς ἀξίως) τὸ τί; ὅτι τὸ μὴ ὄφλειν αἰσχύνην οὐ συνέβη ὑμῖν φενακισθεῖσιν, ὥστε φενακισθῆναι. WOLF. Parum cepit τὸ ἑξῆς: nec rectius explicatur constructio Ind. Graecitat. p. 254. v. εὖ. Scilicet τοῦτο εὖ ποιοῦν est accusativus pendens a participio φενακισθεῖσιν. Sensus: Hac fraude in Philisci negotio, quae vestra fuit felicitas, cum non essetis circumventi, factum est, ut nihil infamiae contraheretis. Ceterum notabilis est hic usus formulae εὖ ποιοῦν passivâ enuntiatione ita implicitae, ut rectus eius casus, qui fere obtinet, obliquo cedere coactus sit. SCHAEFER.

P. 667. v. 18. ἐπ' ἐκείνου] Lego ἐπ' ἐκείνων, *in illis*, scilicet Harmodio et Aristogitone, de quibus in sententia praecedente locutus fuerat. Opponuntur ἐπ' ἐκείνων, *in illis*, et ἐπὶ τούτου, *in hoc*, scilicet Charidemo. MARKLAND. ἐπ' ἐκείνου August. primus. Ad ἐκείνου adscripsit in Weimar. recentior manus Φιλίσκου e secundo suorum. ἐπ' ἐκείνου, *in eo*, Philisco puta. Marklandus ἐπ' ἐκείνων malebat ad Harmodium et Aristogitonem referens. In quo humanum quid passus est. Ego equidem, quid sibi velit, haud capio. Sed non satis ad sententiam oratoris attendebat neque eam percipiebat: et universe doctissimi et acutissimi Critici notulae ad Demosthenem adspersae non satis sunt maturatae. REISK. Refellentis Reiskii lenitatem, sanae mentis indicem, utinam nostri in Critica semones imitentur! SCHAEFER.

P. 667. v. 19. ὄφλειν] Bene ὀφλεῖν Dindorf. SCHAEFER.

P. 667. v. 19. ἐπὶ τούτου] *in hoc*, Charidemo. REISK.

P. 667. v. 19. ἐὰν ἐμοὶ πεισθῆτε] ἂν ἐμοὶ πείθησθε Bavaricus. REISK. πείθησθε Bekker. SCHAEFER.

P. 667. v. 19. φυλάξεσθε] [φυλάξασθε.] Lege φυλάξεσθε cum Bodlei. Cant. et margine Morel. φυλάξησθε Vindob. TAYLOR. Vulg. φυλάξασθε. φυλάξεσθε Bavaricus, sed cum α super ε primo. Est quoque futurum in August. primo, et margo Lutetianae idem annotavit e Paris. primo, ni fallor: nam ex eo ductas suspicor omnes lectiones cum August. primo consentientes, quae in margine Lutetianae sine auctore produntur. Correxi φυλάξεσθε. REISK.

P. 667. v. 20. μὴ γὰρ ὡρισμένου μηδενός] Wolfius: *nemine enim excepto.* Immo: *nulla enim re excepta.* IURIN.

P. 667. v. 20. ὡρισμένον] Ad ὡρισμένον adscripsit recentior manus in Weimar. ψηφίσματος e secundo suorum. REISK.

P. 667. v. 22. βούλομαι τοίνυν ἤδη κ. τ. λ.] Absoluta parte orationis media, qua demonstratum dedit, Aristocrateam rogationem reipublicae pestiferam esse, transit nunc orator ad postremam, qua planum faciet, honoribus tantis indignum esse Charidemum. REISK.

P. 667. v. 25. ἓν] ἓν sic nude positum paulo, mihi quidem, est obscurius. Intelligerem aliquanto melius, si aut pro isto spiritu aspero lenis esset exaratus, aut μέγα additum. Si illud prius, foret idem, ac si dixisset ἐν δὲ τούτοις, *in his autem* vel *inter haec quae vos docebo alia etiam hoc vos docebo.* Hoc autem posteriore pacto legendum sit ἓν δ' ὑμῖν ἐκεῖνο μέγα ὑπισχνοῦμαι et sic accipiendum: *Quaecunque est sors huius meae, quam nunc ingredior, demonstrationis, illud quidem semper, licet unum modo, sed magnum idem atque splendidum, vobis dabo demonstratum.* Suspicatus quoque sum, Demosthenem reliquisse οὐχ ἕν. *Non unum modo simplex demonstrabo hoc, quod promisi, Charidemum puta indignum esse, cui tantus honor satellitii habeatur, sed illud quoque addam, eum poenas scelerum gravissimas meruisse.* Iudicent periti his de coniecturis, quod ipsi volent. REISK. Nihil horum, opinor, probabunt. Orator hoc dicit: Quaequae nunc exsequar hoc uno capite complector, ut promittam inque me recipiam, vobis me demonstraturum esse, Charidemum non solum etc. SCHAEFER.

P. 667. v. 26. γὰρ] Abest a Bavarico. REISK. Malim omissum. SCHAEFER.

P. 667. v. 27. αὐτὸν] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 667. v. 28. διδόντ'] Vulg. δόντ'. διδόντ' August. primus. Et sic correxi. REISK. δόντ' Bekker. SCHAEFER.

P. 667. v. 28. εἴπερ] *quandoquidem.* Adversatur hic locus cum tot aliis Hermanni doctrinae ad Viger. p. 834. SCHAEFER.

P. 668. v. 1. ἐναντία] Vulg. ἐν αἰτίᾳ. ἐναντία (uno vocabulo) Paris. primus, August. primus, Bavaricus, Paulina, corrector Weimaranus. Et sic correxi. V. v. 25. REISK.

P. 668. v. 2. κολάζοιντ' ἂν δικαίως] Subaudi *nisi vos essetis iusto leniores* s. *remissiores.* SCHAEFER.

P. 668. v. 3. ἄνθρωπος] ἅνθρωπος Bekker. ἅνθρωπος Dindorf. SCHAEFER.

P. 668. v. 4. ἐστεφάνωται] ἐστεφάνωτο August. primus. REISK.

P. 668. v. 4. εἰ τὰ τηλικαῦτα] [εἶτα τηλικαῦτα.] F. εἰ τηλικαῦτα. Bodlei. εἰ τά. Pro τηλικαῦτα Vindob. ταανῦτα. Credo, pro τοιαῦτα. TAYLOR. Forte εἰ τὰ τηλικαῦτα. Nisi haec sint verba

ipsa *τῶν θαυμαζόντων*. Quo casu ponenda est interrogationis nota post *ῥᾳδίως*. Sed prius puto verius. *θαυμάζειν, εἰ* —, ut p. 622, 5. et ubique. MARKLAND. Vulg. *εἶτα τηλικαῦτα*. Primum fuerat in August. primo exaratum *εἰς τὰ*, deinde eraserat manus correctrix ς, ut iam sit *εἰ τὰ*, ut est in Bavarico. *εἶτα* divisi in duo vocabula *εἰ τά*. Ducit eo Aldina quoque, in qua est *εἰτὰ* quasi unum vocabulum. REISK.

P. 668. v. 5. *οὕτως ἐξηπάτησθε ῥᾳδίως*] Iunge *οὕτως ῥᾳδίως*. *Οὕτω τοίνυν οὗτός ἐστι σοφιστὴς* — p. 848, 16. V. not. ad p. 301, 27. SCHAEFER.

P. 668. v. 6. *τοῦτο*] *ταῦτα* August. primus. REISK.

P. 668. v. 7. *φράσω πρὸς ὑμᾶς*] Pro his verbis dat Aristides *T.* p. 250. *ἀκούσατέ μου*. REISK. *πρὸς ὑμᾶς φράσω* Bekker. SCHAEFER.

P. 668. v. 8. *χρῆσθε αὐτοῖς*] *αὐτοῖς χρῆσθε* Bekker. SCHAEFER.

P. 668. v. 8. *αὐτοῖς*] Post *αὐτοῖς* addidit nova manus in Weimar. e codice secundo *πράγμασιν*. REISK.

P. 668. v. 8. *οἷον τί λέγω;*] Post *οἷον* vox paullum quiescit: quod lineola inserta non male significet. *Exempli causa — quid vultis vobis dicam?* Subaudi: *nam multa sunt quae commemorem*. SCHAEFER.

P. 668. v. 10. *εἴ τις ὑμᾶς — οὐδὲν ἂν εἴποιτε*] Citat Harpocration p. 57. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 668. v. 10. *νομίζετε*] *νομίζεται* Harpocration vitio, quo non est aliud frequentius. SCHAEFER.

P. 668. v. 11. *ἐθνῶν*] *ἐθῶν* Bavaricus. REISK. *Klassen.* V. Zonaras c. 622. et not. ad p. 557, 28. SCHAEFER.

P. 668. v. 11. *γεωργοῦντας*] Vulg. *γεωργούς*. *γεωργοῦντας* August. primus. Et sic correxi. REISK. *γεωργοὺς* Harpocration. Quod revocavit Bekkerus. SCHAEFER.

P. 668. v. 12. *τοὺς ἐκ τῶν ἀργυρείων*] Subaudi *χρηματιζομένους*. REISK. Hoc Orator non magis subaudiit quam nos quidquam subaudimus in huiusmodi locutionibus: *die vom Bergbau, die vom Lande, die aus der Stadt* etc. SCHAEFER.

P. 668. v. 12. *ἀργυρείων*] *ἀργυρίων* August. primus. REISK.

P. 668. v. 13. *οὐδὲν*] Rectius omnino *οὐδένα* cum margine Benenati. TAYLOR. *γρ. οὐδένα* margo Lutetianae: quae auctoritas dubia eoque haud gravis est. Auctore enim tacito certo non constat, sitne ea lectio codicis probati an Lambini coniectura. Teneamus ergo vulgatam et ad *ἐθνῶν* v. 11. referamus. REISK. Tuetur etiam Harpocration. SCHAEFER.

P. 668. v. 13. *εἰ*] *ἢ* August. primus. REISK.

P. 668. v. 15. *συμφήσαιτ'*] *συμφήσετ'* Bavaricus. REISK.

P. 668. v. 16. *ἔπειτα δὲ οὐκ*] *ἔπειτ᾽ οὐκ* Bavaricus. REISK. *ἔπειτα οὐκέτ᾽* Bekker. SCHAEFER.

P. 668. v. 18. *ὁποῖον*] *ποῖον* Bavaricus. REISK. *ποῖον* Bekker. SCHAEFER.

P. 668. v. 19. *ἂν*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 668. v. 19. *αὐτοῖς*] *αὑτοῖς* Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 668. v. 19. *λυσιτελῆ*] Subaudi *λέγειν*. SCHAEFER.

P. 668. v. 19. *πονηρὸν*] *πόνηρον* margo Lutetianae. REISK.

P. 668. v. 20. *ὅπερ καὶ*] Vulg. *ὅπερ*. Malim *ὅπερ καί*. Et sic dedi. REISK. *καὶ* omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 668. v. 22. *ὁμολογήσετε*] *ὁμολογήσεται* Paulina. REISK.

P. 668. v. 23. *σφενδονήτου*] Bekkerus: „*σφενδονητοῦ* Y." Librarius videtur voluisse *σφενδονιστοῦ*. SCHAEFER.

P. 668. v. 23. *σφενδονήτου καὶ ψιλοῦ*] Incipit ab acerba Charidemi militis insectatione: nam haec contemta erant genera militiae. SCHAEFER.

P. 668. v. 26. *ληστρικόν*] *ληστικόν* Bekker. Nostra scriptura placuit Grammaticis, ut Herodiano p. 450., ubi Piersonus hunc locum citavit. Add. Photii Lexic. c. 160. SCHAEFER.

P. 668. v. 26. *ἐληΐζετο*] *ἐλκίζετο* Paulina. Saepissime *κ* et *η* in vetustis editt. et mstis inter se permutantur. REISK.

P. 669. v. 1. *οὐ*] Bekkerus: „*οὐ μὴ* S." Est *διττογραφία*: nec deterius est *μὴ* quam *οὐ*. Scilicet *οὐ πάνυ* referendum ad *δεῖ*, *μὴ πάνυ* ad *ἀκριβολογεῖσθαι*. SCHAEFER.

P. 669. v. 2. *ἀλλ᾽ ὅθεν ἀρξάμενος κ. τ. λ.*] Mirum in modum haec a Wolfio vertuntur, qui tamen alicubi scripsit quae sequuntur, scilicet: „Coniunge *ἀλλ᾽ ὅθεν ἀρξάμενος κακῶς ἐποίει ὑμᾶς ξεναγῶν ἤδη* etc." Recte. TAYLOR. Idem est ac si dixisset: *ὅθεν ἤρξατο ὑμᾶς κακῶς ποιεῖν*. REISK.

P. 669. v. 5. *ἓν μὲν ἁπάντων πρῶτον*] Refer ad *μετὰ δὲ ταῦτα* p. 670, 20. SCHAEFER.

P. 669. v. 6. *πλεῖον*] *πλέων* August. primus. F. voluit *πλέον*. REISK.

P. 669. v. 7. *ἀποστράτηγον ἐποιήσατε*] *στρατηγοῦντα ἐπαύσατε*. Phrasis e rarioribus. V. Valckenarius in Piersoni annotione ad Moerin p. 401. a., qui scribit *ὀξυτόνως ἀποστρατηγός*. Quae accentus fluctuatio in aliis etiam huius familiae compositis cernitur. Conf. not. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 171. SCHAEFER.

P. 669. v. 13. *ἐμπόδιον*] *ἐμποδὼν* Bavaricus, Paulina. REISK. *ἐμποδὼν* Bekker. Ut hic locus ereptus sit Dorvillio ad Chariton. p. 266. edit. Lips. Conf. L. Bosii Ellips. p. 242. SCHAEFER.

P. 669. v. 13. *μισθουμένου Τιμοθέου — αὐτὸν καὶ τὸ στράτευμα*] *cum Timotheus hoc ageret, ut ille arma sibi iungeret mercede conductus.* SCHAEFER.

P. 669. v. 17. τῶν ὄντων] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 669. v. 17. ἁπάντων] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 669. v. 18. γ'] Abest ab August. primo. REISK. Recte omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 669. v. 20. προείλετο] Vulg. εἵλετο. γρ. προείλετο margo Lutetianae, August. primus. Et sic correxi. REISK. Recte εἵλετο Bekker. SCHAEFER.

P. 669. v. 21. ἐκεῖ] in Thracia apud Cotyn. REISK. Accuratius *in paeninsula*. SCHAEFER.

P. 669. v. 22. τοῖς ἔχουσιν Ἀμφίπολιν] τοῖς δυναστεύουσιν ἐν Ἀμφιπόλει αὐτονομουμένῃ. Utrum Olynthii tum Amphipolin habuerint, ignoro. Brasidas quidem Lacedaemonius eam aliquando occupavit. WOLF. Weiskius de Hyperb. II. p. 43.: „Verba τοῖς ἔχουσιν, quae H. Wolfius ad Olynthios refert non videns articulum additum obstare, Macedonicam in Amphip. factionem significant.“ Legisti Wolfii annotationem. Nunc quomodo vir egregius locum latine verterit*) cognosce: „denuo suam operam Olynthiis locat, inimicis vestris, et his qui tum Amphipolim obtinebant.“ Viden' calumniam? Parum decet Weiskios vim usumque articuli velle docere priorum temporum heroes. SCHAEFER.

P. 669. v. 23. ἐκεῖσε] ἐκεῖθεν August. primus. REISK.

P. 669. v. 25. τριήρων] τριηρῶν Bavaricus. REISK. Bekkerus: „τριηρῶν S.“ SCHAEFER.

P. 669. v. 26. δεῖσθαι] δεῖν Bavaricus, sed cum vulgata superscripta. REISK. Recte δεῖν Bekker. δεῖσθαι iungi sibi posceret τὴν πόλιν aut simile quid. SCHAEFER.

P. 669. v. 27. διότι οὐκ ἀποδεδώκει] [ὅτι οὐκ ἀποδεδώκει.] In nonnullis Codd. videtur deesse negativum. Unde istud Wolfii: „ὅτι οὐκ ἀποδεδώκει, scilicet ὑμῖν. Sin ὅτι ἀποδεδώκει, scilicet τοῖς Ἀμφιπολίταις.“ Barocc. et Vindob. legunt διότι οὐκ ἀπέδωκε. TAYLOR. Vulg. ὅτι οὐκ ἀποδεδώκει. διότι οὐκ ἀπέδωκε August. primus. Correxi διότι ob sequens διότι. Altera pars annotationis Wolfianae est interpretatio vulgatae lectionis: tum subiicit Wolfius coniecturam suam, posse particulam οὐκ, quae in editis omnibus legitur, si quis velit, omitti. REISK. ὅτι revocavit Bekker. Mihi non displicet διότι οὐκ ἀπέδωκε ut concinnius respondens sequenti διότι ηὐτομόλησεν. SCHAEFER.

P. 669. v. 27. οὐκ ἀποδεδώκει] vobis puta, quibus debuerat obsides tradere. REISK.

P. 670. v. 3. ἀντὶ τούτων] Desunt haec verba in Barocc. et Vindob. TAYLOR. Desunt item August. primo. REISK. Mihi videntur interpretantis, non Oratoris, esse. V. not. sequ. SCHAEFER.

---

*) Utor editione a. 1607. SCHAEFER.

P. 670. v. 3. ὀφείλουσα] Subaudi τούτων χάριν ἔχειν. SCHAEFER.

P. 670. v. 5. ἃ πάντες ἐπίστασθε] Lege ἅπανθ' ὅσα ἐπίστασθε ex tribus optimis exemplaribus, Barocc. Aug. Vindob. TAYLOR. ἅπανθ' ὅσα ἐπίστασθε August. primus. REISK. Non displicet. Verte: *denique omnia quae nostis.* V. not. ad p. 649, 1. SCHAEFER.

P. 670. v. 8. λόγους] λόγον August. primus. REISK.

P. 670. v. 9. [τὴν ἐπιστολὴν]] Malim τὰς ἐπιστολάς, vel potius illa duo vocabula, τὴν ἐπιστολήν, deleri. Quare uncis inclusi. REISK. Uncos amovit Bekker. Conf. v. 17. s. SCHAEFER.

P. 670. v. 11. ΨΗΦΙΣΜΑ. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ. ΜΑΡΤΥΡΙΑ.] Vulg. Ἐπιστολή. Ψήφισμα. Μαρτυρία. Bavaricus sic: ψήφισμα. ἐπιστολή. ψήφισμα. μαρτυρία. Pro Ἐπιστολή dedi arbitrio meo Ἐπιστολαί. Sunt enim duae epistolae, altera Iphicratis, altera Timothei. Transposui quoque vocabula sic: Ψήφισμα. Ἐπιστολαί. Μαρτυρία. REISK. Conf. v. 17. s. SCHAEFER.

P. 670. v. 12. πολεμήσειν] [πολεμεῖν.] Rectius πολεμήσειν, uti Barocc. Reg. α. Aug. Vindob. TAYLOR. Vulg. πολεμεῖν. πολεμήσειν August. primus, margo Bavarici cum γρ. Et sic correxi. REISK. πολεμεῖν Bekker. Mihi futurum placet. SCHAEFER.

P. 670. v. 15. δεῦρο] I. q. ἐκεῖσε. V. p. 669, 23. SCHAEFER.

P. 670. v. 16. ἔμελλε] ἤμελλε Dindorf. SCHAEFER.

P. 670. v. 16. πράξειν] πρᾶξαι August. primus. REISK.

P. 670. v. 17. πάντων] Abest ab August. primo. REISK.

P. 670. v. 17. ἐκ τῆς ἐπιστολῆς] Timothei puta ad S. P. Q. A. Is enim bellum ad Amphipolin gesserat. V. p. 669, 8. REISK.

P. 670. v. 20. ἐστὶ] Vulg. ἐπὶ: vitium typographicum, quod correxi. REISK.

P. 670. v. 20. μετὰ δὲ ταῦτα] μετὰ ταῦτα δὲ margo Lutetianae, Bavaricus, Aldina, Paulina. REISK. Hoc ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 670. v. 21. διεληλυθότος] διελθόντος August. primus, Bavaricus. REISK. διελθόντος Bekker. SCHAEFER.

P. 670. v. 21. βραχέος] βραχέως Paulina. REISK. βραχέος omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 670. v. 23. οὐχὶ] οὐ August. primus. REISK.

P. 670. v. 25. ὑπ' αὐτοῦ] Malim ὑφ' αὑτοῦ, *a semet*, Charidemo: nam αὐτοῦ rediret ad Cephisodotum. REISK. Fallitur. Verte *ab ipso*. Docet etiam additum γε, cuius vim Reiskius non attendit. SCHAEFER.

P. 670. v. 25. γε] Abest ab August. primo. REISK.

P. 670. v. 26. ἐν ᾗ] ἐν οἷς margo Lutetianae. REISK.

P. 670. v. 27. κομιεῖσθαι] Sic etiam p. 671, 28. 673, 25. Qui verbi usus rarior est. Solenni usu p. 672, 18. τὴν Χεῤῥόνησον ὅπως κομιεῖσθε ὑμεῖς συμπρᾶξαι. SCHAEFER.

P. 670. v. 27. διεγνωκὼς] ἐγνωκὼς simplex August. primus. REISK. ἐγνωκὼς Bekker. SCHAEFER.

P. 670. v. 28. οἷον] Corrig. οἷον ἦν. SCHAEFER.

P. 671. v. 1. ἐκεῖνος] Vide ne antecedentibus iungendum sit. SCHAEFER.

P. 671. v. 1. ἀπόμισθος] Citat hunc locum Harpocration v. Ἀπόμισθος. REISK.

P. 671. v. 2. τότε] Recte continuat antecedentibus Bekker. sic interpungens: — Τιμοθέου τότε, ἀπ' Ἀμφιπόλεως —. SCHAEFER.

P. 671. v. 2. διαβὰς] καὶ διαβὰς Cod. Vindob. TAYLOR.

P. 671. v. 5. Αὐτοφραδάτου] Αὐφραδάτου index Aldi REISK.

P. 671. v. 5. μισθοῖ] μισθοῦται Ven. Bodlei. Lindenbr. Ital. μισθῆται Obsop. Fortasse melius cum Barocc. et Aug. μισθοῖ τό τε στράτευμα. TAYLOR. Vulg. μισθοῖ τὸ στράτευμα. μισθοῖ τό τε στράτευμα August. primus. μισθῆται Pannon. Obsop., qui voluit μισθοῖ τε τὸ στρ. Saepissime η et οι inter se permutantur in libris. Idem etiam libri volunt, qui μισθοῦται dant. Particulam encliticam τε addidi. REISK. Delevit Bekker. De solenni permutatione litterarum η et οι v. etiam not. ad p. 541, 8. SCHAEFER.

P. 671. v. 5. τοῖς Ἀρταβάζου κηδεσταῖς] *Artabazi generis*, Memnoni et Mentori. V. p. 672, 6. REISK

P. 671. v. 7. ὡς ἂν πρὸς φίλον] Subaudi εἶεν. SCHAEFER.

P. 671. v. 8. Σκῆψιν καὶ Κέβρηνα] Vide de his Valesium ad Harpocrat. v. Κέβρηνα. TAYLOR. Laudat hunc locum Harpocration v. Κέβρηνα et Σκῆψις. REISK. V. Etymolog. M. c. 717, 14. et Photius c. 113. 384. coll. Ind. c. 493. SCHAEFER.

P. 671. v. 8. Κέβρηνα] κεκρῆνα Paris. primus, in quo videtur idem fuisse, quod in August. primo est, κεβρῆνα. In August. primo et hic et alibi frequentissime β ita est exaratum, ut possit ab imperito pro κ haberi. Qui post Morelli excessum Parisinos codices contulit, videtur is tractationi codicum graecorum calamo exaratorum non insuevisse. REISK. Sed etiam Bekkerus: „κεβρῆνα k. r. κεκρῆνα s.“ SCHAEFER.

P. 671. v. 11. ἠγνόησέ] peccasset, praetervidisset, lapsus esset errore, per imprudentiam in fraudem incidisset. V. p. 1463, 11. 1473, 28. et alibi. REISK. Weiskius de Hyperb. I. p. 53.: „pro ἠγνόησε scribo ἠγνωμόνησε.“ Cur hoc scribat ignoro. SCHAEFER.

P. 671. v. 13. ἐπὶ θαλάττῃ] Moneo id, quod Codd. prae se ferunt, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, Barocc. et Vindob. TAYLOR. ἐπὶ τῇ θαλάττῃ August. primus. REISK.

P. 671. v. 13. σιτοπομπίας] σιτοπομπείας margo Morelii. TAYLOR.

P. 671. v. 13. εὐπορήσῃ] εὐπορήσειε Barocc. et Vindob. TAYLOR. εὐπορήσειε August. primus. εὐπόρησε Bavaricus. REISK. εὐπόρησε Bekker. SCHAEFER.

P. 671. v. 15. ἐν τοῖς χωρίοις] Idem est quod statim sequitur ἐν τοῖς τείχεσι. SCHAEFER.

P. 671. v. 16. ἐπειδή γε] Adverte vim encliticae. *cum semel* —, *da er nun einmal* —. Docet hoc exemplum cum mille aliis, quanti faciendum sit commentum, de quo scripsi ad p. 659, 12. SCHAEFER.

P. 671. v. 17. ὡς δὲ] οὐδὲ Bavaricus. REISK.

P. 671. v. 20. ἄνω] [ἄνωθεν.] Non ita loqui solent auctores castigati, sed ἄνω, ut Vindob. τῆς ἄνω Φρυγίας. Ita Herodotus Cl. 95. Ἀσσυρίων ἀρχόντων τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπ' ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια. Idem 177. τὰ μὲν νῦν κάτω τῆς Ἀσίης Ἅρπαγος ἀνάστατα ἐποίεε, τὰ δὲ ἄνω αὐτῆς Κῦρος. TAYLOR. Vulg. ἄνωθεν. ἄνω August. primus. Et sic correxi. REISK. Bene ἄνωθεν Bekker. Tuetur etiam Lobeckius ad Phrynich. p. 128., quod ἄνωθεν eiusdem sit cuius ἄνω significationis. Non assentior: nam longe diversa est causa, cur Orator hic usurpaverit ἄνωθεν. Scilicet cum significetur, unde subvectus sit Artabazo commeatus, idioma Graecae syntaxis pervulgatum vult ut ἄνωθεν ponatur. Ut enim ἡ ἐν τόπῳ σχέσις poni poscit e. c. ἐν τῇ ἄνω Φρυγίᾳ, ita ἡ ἐκ τόπου e. c. ἐκ τῆς ἄνωθεν Φρυγίας. Rem tetigi Melet. Crit. p. 74. Addam hic alia. τοὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς — ἀπῆγον p. 609, 7. s. et 751, 17. s. λέγε τὰς ἐπιστολάς, ἣν τ' ἔπεμψεν ἐκεῖνος καὶ τὰς παρὰ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐκ Χεῤῥονήσου p. 673, 6. s. εἴ τίς γ' — τῶν σκευῶν τι τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὑφέλοιτο p. 736, 6. ss. Aeschines p. 644. R. ἔλιπε — τὴν ἀπὸ στρατοπέδου τάξιν. Herodotus VII. 144. τὰ ἐκ τῶν μετάλλων σφι προσῆλθε τῶν ἀπὸ Λαυρείου. Polybius XXXI. 2. T. IV. p. 494. Schw. Τοῖς παρὰ τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας Γαλατῶν πρεσβευταῖς συνεχώρησαν τὴν αὐτονομίαν. Marinus p. 15. φυγὴν τῶν ἐντεῦθεν ἀκώλυτον ἀπεργάζονται. ad q. l. v. Boissonad. p. 104. Euripides Iphig. Taur. 1375. s. Seidl. ἀπεστάλην σοι τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν — τύχας. Aristophanes Av. 1164. s. Dind. ἀλλ' ὅδε φύλαξ γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος ἐσθεῖ —. Vides haec omnia esse τῆς ἐκ τόπου σχέσεως. Τῆς ἐς τόπον nunc non habeo in promtu nisi unum, quo utar, si licuerit per editores Herodoti novissimos. L. VII. 33. ὅς καὶ ἐς τοῦ Πρωτεσίλεω τὸ ἱρὸν τὸ ἐς Ἐλαιοῦντα ἀγινεόμενος γυναῖκας ἀθέμιστα ἔρδεσκε. Sic priores Historici editiones. Nuper deleverunt τὸ posterius: quod vereor ne sine causa iusta fecerint. Plato Gorg. p. 523. b. HSt. οἱ ἐπιμεληταὶ ἐκ μακάρων νήσων ἰόντες ἔλεγον πρὸς τὸν Δία. Citans haec Plutarchus Moral. T. I. p. 474. Wytt. dat οἱ ἐπιμεληταὶ οἱ ἐκ μ. ν. Quod laudo Heindorfium nostrumque Stallbaumium qui vel tacentibus Philosophi Codicibus adsciverint: adeo proprium est purissimae graecitatis. Apparet quid scribas moverit, ut talibus in locis posteriorem arti-

culum omitterent: de suo addidisse ubi ipsi scriptores non posuissent eccui probabile videbitur? SCHAEFER.

P. 671. v. 20. τῷ δ' οὐδ' ὁτιοῦν ἄλλο] [τῷ δ' ὁτιοῦν ἄλλο.] [Ita editi, et τοῦθ' ὁτιοῦν ἄλλο.] Lego τῷ δ' οὐδοτιοῦν ἄλλο. WOLF. Ita MSS. TAYLOR. Abest οὐδ' ab Aldina. REISK.

P. 671. v. 22. οὗ ἦν κακοῦ] Genitivus κακοῦ regitur ab adverbio οὗ. Lucianus T. VI. p. 76. Bip. ὁ δὲ συνιδὼν οὗ κακῶν ἦν —. SCHAEFER.

P. 671. v. 22. κἂν] καὶ εἰ August. primus. REISK.

P. 671. v. 23. οἶδεν] εἶδεν margo Lutetianae et Lessing. August. primus, Bavaricus. REISK. εἶδεν Bekker. Quomodo vel omnibus libris silentibus corrigendum fuit: nam οἶδεν h. l. est ineptissimum. SCHAEFER.

P. 671. v. 23. εἴτε δή τινος εἰπόντος] [εἴτε τινὸς εἰπόντος.] εἴτε δὴ τινὸς εἰπόντος cum Aug. Vindob. et Benenato. δὲ Barocc. TAYLOR. δή abest a Paris. primo, Aldina, Paulina. REISK.

P. 671. v. 24. αὐτῷ] αὑτῷ Bekkeri Berolinensis, quam sequitur Dindorf. SCHAEFER.

P. 671. v. 25. ὑμετέρα] Vulg. ἡμετέρα. ὑμετέρα August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 671. v. 26. φιλανθρωπίαν] φιλανθρωπία Bavaricus. REISK. Bekkerus: „φιλανθρωπία S." Notabilis scriptura et, ut videtur, genuina. Certe manifesta est causa, cur scribae mutarint. Et recepit Dindorf. Compara Galeni locum T. V. p. 830. s. edit. Lips. τῆς μὲν γὰρ κατὰ φύσιν, εἴτε κατασκευῆς εἴτε διαθέσεως ὀνομάζειν ἐθέλοις, ἀρετή τις ἡ εὐεξία, τῆς δὲ ἐνεργείας ἡ ῥώμη. Conf. not. ad p. 701, 26. SCHAEFER.

P. 671. v. 26. εἴθ' ὅ τι δήποτε] E. c. εὐήθειαν. SCHAEFER.

P. 672. v. 2. ταῦτα] ταὐτὰ Bavaricus. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 672. v. 2. βούλεσθαι] [βουλεύεσθαι.] λογίζεσθαι Vindob. Quod pro scholio habeo. Legendum autem, ut praestantes nonnulli Codd. exhibent, βούλεσθαι, Ven. Barocc. Bodlei. Lindenbr. Obsop. Aug. et edit. Felic. βούλεσθε Ital. Sensus est: *quia haec velle videbatur Cephisodotus:* et satis bene vertit Wolfius. TAYLOR. Vulg. βουλεύεσθαι. βούλεσθαι August. primus, Bavaricus. βούλεσθαι praetulit quoque Wolfius in Farragine. Et sic correxi. REISK. Verum est ταῦτα βούλεσθαι. Cephisodotus videbatur serio velle quod Charidemus se velle simulabat, ut Chersonesus rursus fieret ditionis Atheniensium. SCHAEFER.

P. 672. v. 2. τριήρων] Bekkerus: „τριηρῶν F. S. v." SCHAEFER.

P. 672. v. 2. τριήρων εὐπορήσας] ὑποθετικῶς, ἐὰν εὐπορήσειε. Narrat consilium, non rem gestam. WOLF. Recte Wolfius.

Distingue autem: τριήρων εὐπορήσας παρ' ἡμῶν vel ὑμῶν, ut scribitur in quibusdam. Quod leve est. Nescio interea, quo sensu nonnulli ex optimis habent ἡμῖν vel ὑμῖν in tertio casu, Ald. Barocc. Reg. α. Aug. Vindob. TAYLOR. Lege et distingue: τριήρων εὐπορήσας παρ' ὑμῶν, ἀσφαλῶς etc. MARKLAND. Sic iam distinctum est in Parisina. REISK.

P. 672. v. 3. ὑμῶν] [ἡμῶν.] ὑμῶν. IURIN. ὑμῖν Paris. primus, August. primus. ἡμῖν Aldina. ἡμῶν Paulina, corrector Weimaranus. REISK.

P. 672. v. 5. παρὰ ταῦτα] παρ' αὐτὰ August. primus. REISK. Recte παραυτὰ Bekker. *statim*. Quapropter sequitur ἐπ' αὐτοφώρῳ. Fallitur Valckenarius παραυτὰ proprium dicens cadentis Graecitatis Diatr. Euripid. p. 179. B.: augurorque in classicis saepius repertum iri eandem quam h. l. passum depravationem. Conf. not. ad Gregor. Corinth. p. 57., ubi nunc vellem nonnulla scripsissem cogitatius. De significatione vocis v. L. Bosii Ellips. p. 443. SCHAEFER.

P. 672. v. 5. ἐξηλέγχθη] Vulg. ἐξηλέχθη. Correxi vitium typographicum. Post h. v. addit Paulina φανερῶς, sed rursus articulum τὸ ante v. πρᾶγμ' omittit. REISK. φανερῶς addidit Bekker. SCHAEFER.

P. 672. v. 10. μηδὲ] καὶ μὴ Bavaricus. REISK.

P. 672. v. 10. πείθουσιν Ἀρτάβαζον] πείθουσι τὸν Ἀρτάβαζον margo Lutetianae, August. primus, Bavaricus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 672. v. 11. Χαρίδημον] τὸν Χαρίδημον August. primus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 672. v. 11. ἀφεῖσθαι] F. ἀφίεσθαι. WOLF.

P. 672. v. 11. ἀφεῖσθαι] [ἀφεῖσθαι καὶ μὴ πολεμεῖν.] Verba καὶ μὴ πολεμεῖν recte desunt in optimis, Barocc. et Vindob. Repetuntur enim post vocem similiter exeuntem ab incauto librario ex v. 10. TAYLOR. Vulg. ἀφεῖσθαι καὶ μὴ πολεμεῖν. Verba καὶ μὴ πολεμεῖν absunt ab August. primo. Delevi ut perperam e versu 10. repetita. REISK.

P. 672. v. 13. διαβιβᾶτε] ἀντὶ τοῦ διαβιβάσετε. WOLF. V. Moeris p. 124. et Pierson. SCHAEFER.

P. 672. v. 15. ἀλόγου] Rarus hic usus adiectivi ἄλογος de re tam mira, ut in mentem nemini venire posse videatur. SCHAEFER.

P. 672. v. 16. ἐφ' αὐτοῦ] solus, non transvehentibus navibus nostris. SCHAEFER.

P. 672. v. 21. Κριθωτὴν] Citat hunc locum Harpocration v. Κριθωτή. REISK. V. Photius c. 132., ubi scribitur Κριθώτη, quem accentum hic habent tres Codd. Bekk. Iidem p. 673, 26. dant Κριθώτης. SCHAEFER.

P. 672. v. 21. *Ἐλεοῦντα*] Bekkerus: „*ἐλαιοῦντα* Y." V. Variet. lection. ad Herodot. VI. 140. VII. 22. 23. IX. 116. 120. SCHAEFER.

P. 672. v. 23. *τἀναντία*] Deest haec vox in Ven. in Lindenbr. et Ital. Quae cur non abesset, vix video. Nam huius loci haec est constructio: *ὅτι ἐφενάκιζεν ὑμᾶς, ταῦτα ἐγνωκὼς ποιεῖν, ἡνίκα ἔτ' ἦν ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἔπεμπε, γνώσεσθε κ. τ. λ.* TAYLOR. Deest etiam in Bavarico. Deletum vult Taylorus, cui cave obsecundes: fallitur enim. Vocabulum est sententiae prorsus necessarium. Constructio haec est: *ὅτι ταῦτα ἐφενάκιζεν ὑμᾶς, ἐγνωκὼς τἀναντία ποιεῖν τούτοις, καὶ ἡνίκα ἔτι ἦν ἐν Ἀσίᾳ καὶ τὴν ἐπιστολὴν πρὸς ὑμᾶς ἔπεμπε. E transitu eius cognoscetis, illum haec iactantem* vel *his ineptiis vobis imposuisse et verba vobis dedisse, tametsi iam tum, quum adhuc in Asia esset illasque ad vos literas daret, secum decrevisset alia omnia facere, quam quae vobis recepisset facturum.* REISK. Iure delevit Bekker *ταῦτα* enim referendum ad proxima *ὥστε πάλιν — ἐπολιόρκει*, non ad remotiora *ἐπελθεῖν τῷ Κότυϊ — συμπρᾶξαι.* Conf. p. 673, 2. SCHAEFER.

P. 672. v. 25. *γνώσεσθε, ἣν ἐποιήσατο*] *ἣν ἐποιήσατο γνώσεσθε* Bekker. SCHAEFER.

P. 672. v. 27. *ἣν*] *ὃν* Bavaricus. V. p. 673, 1. REISK. *ὃν* Bekker. Stephanus Byzant. p. 375. edit. Lips. *Σηστὸς, —. λέγεται δὲ ἀρσενικῶς παρ' Ἐφόρῳ. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐν τῇ Σηστῷ φασιν.* SCHAEFER.

P. 672. v. 28. *αὖ*] *ἂν* Bavaricus. REISK. *ἂν* Bekker. SCHAEFER.

P. 673. v. 1. *τῷ*] *τῇ* margo Lutetianae. REISK. Videtur esse coniectura Lambini. Certe Bekkeri Codices tacent. SCHAEFER.

P. 673. v. 1. *πεμφθείσης*] *πεπεμμένης* Bavaricus, et in margine: *σημείωσαι πεπεμμένης. γρ. καὶ ἀπεσταλμένης.* REISK. *πεπεμμένης* Bekker. V. Dindorfii praefat. p. XI. *πέπεμπται* habet Aeschylus S. c. Th. 475. Br. SCHAEFER.

P. 673. v. 3. *παρέχειν*] *παρασχεῖν* Paris. primus, August. primus, Aldina, Paulina. REISK. Satis placet ob *ὑπάρξαι* v. 5. SCHAEFER.

P. 673. v. 5. *αὐτοῖς*] *αὑτοῖς* Bekkeri Berolinensis, sequente Dindorfio. SCHAEFER.

P. 673. v. 5. *ταῦθ' οὕτως ἔχει*] *οὕτω ταῦτ' ἔχει* Bavaricus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 673. v. 7. *γὰρ*] *δὲ* Bavaricus. REISK.

P. 673. v. 9. *ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.*] His epistolis non continetur epistola Charidemi ad S. P. Q. A. vel potius ad Cephisodotum, quippe quae versu demum 18. recitatur, sed epistolae hae sunt archontum Atticorum, qui tum urbibus Cherrhonesi, si quae Athe-

niensibus superstites mansissent, cum imperio praeessent. V. p. 672, 20. et hac ipsa pagina v. 26. REISK.

P. 673. v. 10. ὅθεν οἱ διέβη] [ὅθεν διέβη.] Non sat habent Codd. qui sequuntur, MSS. Ald. Ven. Barocc. Reg. α. Aug. et Vindob., quorum quidem optima semper fuit fides. In illis servatur, quem scholae vocant terminum ad quem: ὅθεν οἱ διέβη. Nempe Abydo Sestum. Nam utrumque necessarium est. TAYLOR. Plane legendum: Ἐνθυμεῖσθε, ὅθεν οἱ διέβη· ἐξ Ἀβύδου εἰς Σηστόν. ut ad marginem Benenati. LURIN. Vulg. ὅθεν διέβη. ὅθεν οἱ διέβη August. primus, Bavaricus, index Aldi. Vocem penultimam addidi. REISK.

P. 673. v. 11. οἴεσθ'] Vulg. εἴεσθ'. Vitium typographicum correxi. REISK.

P. 673. v. 11. τοὺς Ἀβυδηνοὺς] Vulg. Ἀβυδηνοὺς. τοὺς Ἀβυδηνοὺς August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Articulum addidi. REISK.

P. 673. v. 11. αὐτὸν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 673. v. 13. δ'] Abest a Bavarico. REISK. Delevit Bekker. V. not. ad v. 28. SCHAEFER.

P. 687. v. 11. ὑμᾶς] Vulg. ἡμᾶς. ὑμᾶς Bavaricus. Et sic correxi. REISK. Bene ἡμᾶς Bekker. SCHAEFER.

P. 687. v. 11. ἀπεδέδεικτο] [ἀποδέδεικτο.] ἀπεδέδεικτο Barocc. TAYLOR. Vulg. ἀποδέδεικτο. ἀπεδέδεικτο Bavaricus, August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 687. v. 12. ἀλλὰ πολιτείαν ἔδωκαν μόνον] Vide hominis inconstantiam. Nam in Orat. π. Συντάξ. p. 173, 8. Περδίκκᾳ τῷ κατὰ τὴν τοῦ βαρβάρου — οὐκ ἐψηφίσαντο πολιτείαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον. TAYLOR. Non est inconstantia Demosthenis, sed correctio Anonymi, qui potuit fieri ut res illas antiquas Oratore melius cognitas haberet. SCHAEFER.

P. 687. v. 12. καὶ γάρ τοι] V. not. ad p. 686, 16. SCHAEFER.

P. 687. v. 13. πολίτας] Elegantius multo atque auctore dignius πολίταις, uti habet margo Morel. TAYLOR. Dativum e quinque Codd. recepit Bekker. Notabile exemplum attractionis propter articulum τὸ infinitivo additum. SCHAEFER.

P. 687. v. 14. *ὑμᾶς*] Vulg. *ἡμᾶς*. *ὑμᾶς* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 687. v. 16. *πλείω κακὰ*] Vulg. *πλείω οὐ κακά*. *οὐ* abest a Paris. primo, August. primo, Bavarico, Aldina. Delevi negationem, quae videtur ex eo nata, quod in quibusdam codicibus esset *πλείω μόνον οὐ κακά, tantum non plura mala, paene plura et maiora mala.* REISK.

P. 687. v. 16. *ὑμᾶς εἰσὶν*] Vulg. *εἰσὶν ὑμᾶς*. *ἡμᾶς εἰσὶν* August. primus. *ὑμᾶς εἰσιν* Bavaricus. *ἡμᾶς* dat quoque margo Lutetianae. REISK. *εἰσὶν ὑμᾶς* Bekker. SCHAEFER.

P. 687. v. 21. *αἰσχροκερδείας*] *αἰσχροκερδίας* Bavaricus, sed cum *ει* super penultima. REISK. *αἰσχροκερδίας* Dindorf. Hanc formam dixi notabilem ad p. 349, 23., ubi firmatam auctoritate tot Codd. Bekk. Dindorfius non adscivit. Scilicet tantâ mole rerum minutissimarum quis non subinde fatigetur? SCHAEFER.

P. 687. v. 23. *ἀποκηρύττοντες*] V. Zonaras c. 264. SCHAEFER.

P. 687. v. 25. *ἐπευωνίζοντες*] Multis exemplis et erudita disquisitione hanc vocem illustrat celeb. Hemsterhusius ad Luciani Nigrin. §. 23. [T. I. p. 262. s. Bip.], ubi etiam locum hunc Demosthenis ita legi vult: *καὶ πολλοῖς ἀντὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν λημμάτων.* TAYLOR.

P. 687. v. 25. *πολλοῖς*] *πολλῆς* Paulina. REISK.

P. 687. v. 25. *ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων*] modo quis ipsis det constitutum semel fixumque pretium (*taxam* vulgo appellant), vendunt emtori cuique, quicquid vult. REISK. Vere Reiskius: Hemsterhusiique coniectura tantum abest ut sententiae consulat, ut etiam prorsus adversetur. SCHAEFER.

P. 687. v. 26. *τοίνυν*] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 687. v. 26. *τῶν τελευταίων*] Videatur orator sibi contraria loqui; insequitur enim p. 688, 7. *τὸ τελευταῖον*. Sed bene sibi constat, modo teneatur, vocabulum hoc priori loco vim obtinere paulo ampliorem, posteriori restrictiorem: illo *nuper acta*, hoc *novissime* vel *nuperrime:* utroque ea, quae Demosthenis aetate evenissent et in recenti adhuc iudicum memoria essent. REISK. Recte. Sed quod statim sequitur *πρῶτον*, si Codd. omitterent, mallem deletum. SCHAEFER.

P. 687. v. 28. *υἱοὺς*] *υεῖς* August. primus. REISK. Bekkerus: „*υἱεῖς* Y. k. s." V. Lobeckius ad Phrynich. p. 69. SCHAEFER.

P. 687. v. 28. *τρεῖς ὄντας*] Dubium est, num Ariobarzanes illo trium numero sit conclusus an exclusus, hoc est, liberi eius duo an tres fuerint. Utrumque fert loci ratio. REISK. Malim *τρεῖς ὄντας* de filiis intelligere. Quo maior enim numerus, eo gravior Oratoris expostulatio. SCHAEFER.

P. 687. v. 28. ἠβουλήθησαν] Vulg. ἐβουλήθησαν. ἠβουλήθησαν Bavaricus. REISK.

P. 688. v. 1. μισαθηναιοτάτους] Vulg. μισαθηναιτάτους. μισαθηναιοτάτους Paris. primus, August. primus, Bavaricus, Aldina. REISK.

P. 688. v. 2. Ἀγανόν] Bekkerus: „ἄγανον O." Recte Ἄγανον Dindorf. V. Reizius de Accent. inclinat. p. 116. s. SCHAEFER.

P. 688. v. 4. τῷ] Editi omnes τό. Restituerunt cum Bodlei. marg. Morel. aliisque Wolfius et Lambinus. TAYLOR. Vulg. τό. τῷ margo Lutetianae, August. primus. Et sic correxi. *praeterquam quod* —. REISK.

P. 688. v. 4. πάνθ' ἃ μέγιστ' ἦν] Ad hunc locum referendum est scholium, sed futile illud et imperitiam auctoris arguens, quod in Weimarano legitur: εἰκόνας, στεφάνους, πολιτείαν. Timotheus enim non poterat civitate donari, qui civis natus esset. REISK.

P. 688. v. 4. δύο] Omisit Bekker. Non imiter. Stomachosi est enim etiam numerum addere. V. mox v. 10. et supra p. 687, 28. SCHAEFER.

P. 688. v. 5. Φρασικρίδην] Φρασιηρίδην Bekker. hac nota addita: „φρασικρίδην F. k. r. v. Conf. Timoth. 50. [p. 1197, 4.] Polycl. 52. [p. 1219, 21.]" SCHAEFER.

P. 688. v. 5. γε, ἀλλ'] Utrumque vocabulum deest August. primo, prius Bavarico, posterius Aldinae. Prius delevit, posterius adscripsit Lessingianus. REISK. γε recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 688. v. 8. αὐτοῖς] Vindob. αὐτός. Minus recte. Potius id quod sequitur ex Bodlei. περὶ τοῦτον. TAYLOR.

P. 688. v. 8. τοῦτον] Vulg. τούτων. τοῦτον Bodlei., quod probat Taylorus. περὶ τούτων, *circa haec*, quae Cersobleptae essent contribuenda. περὶ τοῦτον, Cersoblepten puta. Et sic correxi. REISK. τούτων Bekker. SCHAEFER.

P. 688. v. 10. αὐτοὶ] ὑμεῖς Paris. primus, August. primus, Bavaricus, index Aldi. REISK. Bene ὑμεῖς Bekker. SCHAEFER.

P. 688. v. 11. ὃν] Bekkerus: „ὃν om. S. Y. O." Malim deletum. SCHAEFER.

P. 688. v. 12. τοιγάρτοι] καίγαρτοι Bavaricus. REISK. Bekkerus: „καιγάρτοι F. v." V. not. ad p. 689, 8. SCHAEFER.

P. 688. v. 13. περαιτέρω] Lege πορρωτέρω cum MSS. Ald. Felic. et Manut., Codd. item Ital. Reg. α. et Vindob. TAYLOR. πορρωτέρω August. primus, Bavaricus, indices Ald. Felic. et Manut. REISK. πορρωτέρω Bekker. SCHAEFER.

P. 688. v. 15. οὐκ ἔτι] οὐκέτι Bekker. SCHAEFER.

P. 688. v. 15. *ἀλλ' εἰ — ἕκαστον τούτων*] Wolfius: *quod nisi haec singula cavebitis.* Immo: *quod nisi singulis horum satellitum vicem praestetis.* Ita supra ad invidiam faciendam p. 661, 8. *τὴν ἑκάστου τούτων σωτηρίαν δορυφοροῦντες.* p. 666, 2. *τοιαύτην φυλακὴν ἐψηφισμένους φαίνεσθαι.* p. 683, 1. *ὅς γε αὐτός ποτε τοὺς ὑμετέρους ἐχθροὺς μισθὸν λαμβάνων ἐδορυφόρει, τοῦτον ὑφ' ὑμετέρου ψηφίσματος φανῆναι φυλαττόμενον.* p. 690, 21. *νῦν ἡ πόλις εἰς ὑπηρέτου σχῆμα καὶ τάξιν προελήλυθε καὶ Χαρίδημον εἰ χρὴ φρουρεῖν βουλεύεται.* IURIN.

P. 688. v. 16. *ἔοικε*] *ἔοικεν* Bekker. SCHAEFER.

P. 688. v. 17. *προεληλυθέναι*] I. q. *πόῤῥω ἐληλυθέναι.* SCHAEFER.

P. 688. v. 21. *τοῦτ'*] Scilicet *τὸ ἐθέλειν δίκην λαμβάνειν.* REISK.

P. 688. v. 22. *πρόγονοι*] *πρότερον* Bavaricus: sed eius margo dat vulgatam. REISK.

P. 688. v. 22. *ἑαυτοὺς*] Absurde. Corrige *αὐτοὺς* cum optimis Barocc. et Vindob. TAYLOR. *ἑαυτοὺς* praeter rem sollicitat Taylorus. REISK.

P. 688. v. 23. *μεῖζον αὐτῶν*] Vulg. *μεῖζον αὐτὸν αὐτῶν. αὐτὸν* abest a Paris. primo, August. primo, Bavarico, Paulina. Omisi. REISK.

P. 688. v. 23. *αὐτῶν*] *αὑτῶν* Bekker. SCHAEFER.

P. 688. v. 25. *μηδισμὸν κατέγνωσαν*] *καταγινώσκω σὲ Μηδισμὸν* et *σοῦ Μηδισμὸν* et *σὲ Μηδισμοῦ* posse dici exempla auctorum ostendunt. WOLF.

P. 688. v. 26. *πάτριον*] *Παρίων* Bekker. non sine librorum fide. Res, quod sciam, aliunde non cognita. SCHAEFER.

P. 688. v. 27. *ἐφ' ἑαυτοῦ*] [*ἐφ' ἑαυτὸν.*] Non intelligo, quid sibi velit haec locutio. Neque planius intelligo lectionem, quae in editis et MStis pluribus dominatur, *ἐφ' ἑαυτοῦ.* TAYLOR. *ἐφ' ἑαυτοῦ* idem est atque *ἀφ' ἑαυτοῦ*, *sua sponte*, *suopte arbitratu.* REISK. Confudit Reiskius quae significatione inter se differunt. *ἀφ' ἑαυτοῦ* est *sua sponte: ἐφ' ἑαυτοῦ suopte arbitratu.* Posterius cum huic loco aptissime congruat, (Cimon enim rem aggressus est suâ solius, non civitatis, auctoritate,) mireris Taylorum hìc haerere potuisse. V. not. ad p. 488, 6. et Melet. Crit. p. 21. SCHAEFER.

P. 688. v. 27. *ἀφῆσαν*] [*ἀφῆκαν.*] Ita Wolfius. Editi et MSti, credo, omnes *ἀφῆσαν.* TAYLOR. *ἀφίσαν* August. primus. Forte voluit *ἀφίεσαν. ἀφεῖσαν* Bavaricus. REISK. *ἀφεῖσαν* Bekker. *ἀφιέναι* h. l. construitur cum duplici accusativo: accusativi enim est *τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι.* SCHAEFER.

P. 688. v. 28. *πεντήκοντα — εἰσέπραξαν*] Aemilius Probus

et Plutarchus non huius mulctae, sed ostracismi faciunt mentionem. Miltiadem quidem 50 talentis mulctatum scribunt, quae Callias quidam, Elpinice, Cimonis sorore, ducta, dissolverit. WOLF.

P. 688. v. 28. *εἰσέπραξαν*] Simplex *ἔπραξαν* dat Bavaricus. Sed margo dat *γρ. ἐσέπραξαν.* REISK. *ἐξέπραξαν* Bekker. SCHAEFER.

P. 688. v. 29. *προσεφέροντο τηλικαῦτ' κ. τ. λ.*] Lege *προσεφέροντο τοῖς τηλικαῦτα κ. τ. λ.* ex margine Benenati. TAYLOR. Ne audias. SCHAEFER.

P. 688. v. 29. *τηλικαῦτ' αὐτοὺς*] Mireris novissimis editoribus non placuisse *τηλικαῦθ' αὐτούς.* SCHAEFER.

P. 689. v. 1. *οὐ γὰρ αὐτοῖς — τῶν ἔργων*] Ante *τῶν ἔργων* subaudiendum *ἀντί.* *Non enim factis illorum suam libertatem magnanimitatemque illis vendebant: cum factis illorum libertatem magnanimitatemque suam non mutabant.* Eadem constructio *περὶ παραπρ.* p. 349. l. 24. *πολλὴν αἰσχύνην καὶ μεγάλους κινδύνους ταῦτ' ἔχει τῇ πόλει διὰ τὴν αἰσχροκέρδειαν τὴν τούτου καὶ τὸ χρημάτων ἀποδόσθαι τἀληθῆ.* SEAGER. *Diar. Classic.* LVIII. p. 363.

P. 689. v. 3. *ἀδικεῖν δ' ἐπιχειροῦσιν*] Vulg. *ἐπιχειροῦσι δ' ἀδικεῖν. ἀδικεῖν δὲ ἐπιχειροῦσιν* August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 689. v. 6. *φυλετῶν*] Vulg. *φιλετῶν. φυλετῶν* margo Lutetianae, August. primus, Bavaricus. *φυλάκων* index Aldi, unde repetiit margo Lutetianae: cui Wolfius suum *inepte* adscripsit in Farragine. Correxi *φυλετῶν.* REISK.

P. 689. v. 8. *καὶ γάρ τοι*] Forte *τοιγάρτοι*, *itaque*, ut p. 688, 12. Nam *καὶ γάρ τοι* est *etenim:* quod huic loco non quadrat. MARKLAND. Atqui idem hic significat *καὶ γάρ τοι.* Qua significatione formula legitur etiam p. 686, 16. 687, 12. Atque etiam p. 688, 12. videndum ne verius sit *καὶ γάρ τοι.* Eundem Marklandi errorem vidimus ad p. 477, 25. 484, 21. SCHAEFER.

P. 689. v. 12. *γὰρ*] Abest a Bavarico. REISK. Bekkerus: „*γὰρ* om. F. S. Y. O." Delevit Dindorf. Nec quisquam requirat. SCHAEFER.

P. 689. v. 12. *τὴν*] Delevit Bekker. Mihi articulus hic magis etiam requiri videtur quam p. 35, 20., ubi ille servavit. SCHAEFER.

P. 689. v. 13. *οἶδεν*] Forte *εἶδεν.* MARKLAND. *εἶδεν* supra p. 35, 21. REISK. Scilicet in Parisina. Sed recte *οἶδεν* in Reiskiana. Omnium oculis enim illa aedificia erant exposita: sed quorum olim fuissent non norant nisi curiosi rerum antiquarum. SCHAEFER.

P. 689. v. 13. *οἶδεν ὑμῶν*] Invertit August. primus. REISK. *ὑμῶν οἶδεν* Bekker. SCHAEFER.

P. 689. v. 13. *τῶν πολλῶν*] Notissima breviloquentia comparationum. Plenius *τῆς τοῦ γείτονος* p. 35, 22. 175, 2. SCHAEFER.

P. 689. v. 15. κατασκευάσματα] Vulg. τὰ κατασκευάσματα. Articulus abest ab August. primo et Bavarico. Delevi articulum. REISK.

P. 689. v. 17. νεώσοικοι] νεὼς οἶκοι Bavaricus. REISK. Scriptura parum probabilis. V. Lobeckius Parerg. ad Phrynich. p. 698. Sed νεῶν οἶκοι recte dicitur. V. H. Stephanus Thes. c. 6300. A. C. SCHAEFER.

P. 689. v. 21. πολλῶν δημοσίων] πολλῶν τῶν δημοσίων Bavaricus, non male. REISK. Mihi perplacet. SCHAEFER.

P. 689. v. 24. μὲν] Ad hoc μὲν referendum quod v. sq. legitur ἀλλά. SCHAEFER.

P. 689. v. 24. κονιᾶτε] Super κονιᾶτε scriptum est in Bavarico χρίετε, quod non pro varia lectione, sed pro scholio habeo. REISK.

P. 689. v. 25. ἀλλ' ἔχετ' εἰπεῖν κ. τ. λ.] Vim huius sententiae, sive interrogative sive categorice efferatur, minime perspicio. Repraesento, quid in scriptis libris reperi, unde apparebit, eam olim luxatam esse omnique fide destitutam. ἀλλ' ἔχετ' εἰπεῖν] ταῦτα δ' οὐδ' ἔχετε εἰπεῖν margo Paris. Deinde: ἐκεῖνοι] ἐκείνῳ Ven. Proxime negationem οὐχ ante οἷοι delet idem margo Benenati. Eumque demum locum ita legit Cod. Vindob. οὐχ οἷοί τε εἰσὶν, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ πλείω τὰ ὑπάρχοντα ἐγένετο. TAYLOR. Longe melius ad marginem editionis Benenati: ταῦτα δ' οὐδ' ἔχετε εἰπεῖν. IURIN. Tam planam et apertam sententiam negat tamen Taylorus a se intelligi. Iurinus praefert lectionem marginis. Ego vero vulgatam teneo, cuius haec est sententia: oratio enim est cavillatoria. *Sed fortassis habetis dicere, si his rebus vestris concedatis maioribus, vos tamen non minus, atque illi fecerunt, imperii Attici pomoeria protulisse patrimoniumque vetustum novis accessionibus locupletasse et amplificasse. Fortassis licet vobis haec de vobis praedicare, vos posteris vestris multas provincias relinquere vestris armis partas cum magna gloria rerum a vobis gestarum.* Debebat iam refutatio huius praedicationis insequi: verum, quod ea non posset ignominia civium carere, ideo eam silentio transmittit civium suoque pudori parcens. Satis tamen ex illo silentio vis infitiationis elucescit. REISK. Non cavillatoria est oratio, sed vel maxime stomachosa: qui totius huius loci color est. Signum autem interrogationis (revera enim interrogat Orator, non utitur ὑποφορᾷ) poni debuit, non v. 28. post v. Ἀθηναῖοι, ut factum in Parisina, quam Reiskius interpungendo secutus est, sed v. 26. post v. καλῶν, ubi posuit Bekker. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 689. v. 25. ὅτι] ὅ τι Bekker. Pusilla haec mutatio sensum loci ita illustrat, nihil ut obscuritatis remaneat. SCHAEFER.

P. 689. v. 28. ἀφανίσαι] ita consumere, tota ut evanescat s. pereat. SCHAEFER.

P. 689. v. 28. εἰκότως] Merito suo maiores vestri tot amplissimas provincias armis suis partas et tantam rerum gestarum gloriam reliquerunt, cum artes exercerent tam honestas, atque videre est in Aristide. REISK. Immo εἰκότως referendum ad proxime antecedentia. Sensus: Nec mirum istos, quantumvis satagant, hoc facere non posse: adeo gloria maiorum exsplendescit. SCHAEFER.

P. 690. v. 1. τάξαι] Accedat exemplis quae congessimus Porsonus egoque ad Euripid. Med. p. 121. edit. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 690. v. 2. ἐγένετο] Vulg. ἐγένοντο. ἐγένετο Paris. primus, August. primus. Et sic correxi, tametsi vulgatam non damno, cuius innumera possint exempla congeri. REISK.

P. 690. v. 5. ὁπόσου χρόνου] ὁπόσον χρόνον Bodlei. TAYLOR. Refer huc e proximo, in communi et medio positum, ἔχοντες μισθόν. *quanti temporis mercedem habentes in castra exire decreto imperassetis, tanti temporis mercedem habentes quoque reapse exiretis.* REISK. Iusto operosius interpretatur. ὁπόσου χρόνου nihil aliud quam ὁπόσον χρόνον. V. Matthiae Grammat. gr. §. 378. 5. ὁπόσου χρόνου ἐξιέναι i. q. ὁπόσου χρόνου ἔξοδον ποιεῖσθαι. Nisi forte hic etiam obtinet attractio, redundante pronomine τοσούτου. Conf. not. ad p. 682, 11. SCHAEFER.

P. 690. v. 5. ψηφίσαισθ'] ψηφίσεσθ' August. primus. REISK.

P. 690. v. 6. ἐξήειτε] ἐξῆτε Ital. ἐξίοιτε Vindob. TAYLOR. ἐξῆτε Bavaricus. REISK. ἐξῄτε Bekker. SCHAEFER.

P. 690. v. 7. [εἰσὶν]] Abest ab August. primo. Contra Bavaricus v. 8. εἰσιν omittit, ubi sic dat: τροφὴν ἠτοιμασμένοι ἄφθονον· ὑμῖν δὲ —. Uncis inclusi. Nam alterutro loco redundat, aut hoc versu, aut proximo inferiore. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 690. v. 8. οὐδὲ μιᾶς] Vulg. οὐδεμιᾶς. In duo vocabula οὐδὲ μιᾶς dispescui. *ne unius quidem diei.* REISK. V. Ind. ad Porsoni Hecub. p. 120. edit. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 690. v. 9. ἐφόδιά] ἐφόδιον Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 690. v. 10. ἔχετε] Post ἔχετε, si non addendum, saltim subaudiendum est εἰκότως. REISK. Ut subaudias quid cogat? SCHAEFER.

P. 690. v. 10. ἦν ὁ δῆμος δεσπότης] Vulg. ἦν δεσπότης ὁ δῆμος. ἦν ὁ δῆμος δεσπότης August. primus, Bavaricus. REISK. ὁ δῆμος ἦν δεσπότης Bekker. SCHAEFER.

P. 690. v. 13. ἀνθρώπους] Post ἀνθρώπους videtur μιαροὺς vel αἰσχροὺς vel tale quod vocabulum ignominiosum deesse. REISK. Fallitur. SCHAEFER.

P. 690. v. 15. ὑμετέρων] Abest ab August. primo. REISK.

P. 690. v. 15. ἀγαθῶν] Omisit Bekker. Ego non deleam. Tuetur etiam quod legimus v. 16. τῶν ἑτέρων ἀγαθῶν. SCHAEFER.

P. 690. v. 15. ὑμεῖς δ' — τοῦ ἐξαπατᾶσθαι] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 3. SCHAEFER.

P. 690. v. 15. ὑμεῖς δ' οὐδ' ὁτιοῦν] [ὑμεῖς δ' ὁτιοῦν.] [Uti in quibusdam impressis reperitur.] Vellem et hic esse scriptum ὑμεῖς δ' οὐδοτιοῦν. Sed si est ellipsis, ἐμοῦ γε ἕνεκα ἔστω. WOLF. Cum Wolfio emendant corruptam Manutii Felicianique lectionem Lindenbr. Aug. Vindob. Ita etiam Ald. Ven. Barocc. et Ital. ὑμεῖς δ' οὐχ ὅτι οὐδενὸς ἀπολαύετε margo Benenati. TAYLOR. οὐδ' abest ab editione P. Manutii, quam lectionem corrigit Wolfius ad modum vulgatae a Lambino. REISK.

P. 690. v. 16. τῶν ἑτέρων ἀγαθῶν] Id est τῶν ἑτέροις ὄντων ἀγαθῶν. REISK. Bekkerus: „τῶν] τῶν τῶν s." Notabilis scriptura, non necessaria. ἐκ τῶν τούτων ἁπάντων p. 926, 27. SCHAEFER.

P. 690. v. 17. καίτοι πηλίκον ποτ' ἂν κ. τ. λ.] Aristides T. II. p. 449. Iebb. hinc citat: καίτοι πηλίκον ἂν στενάξαιεν οἱ πρόγονοι. μέγα δ' ἂν οἴομαι στενάξαι τὸν πατέρ' ἡμῶν p. 835, 11. V. Heynius ad Hom. Il. T. V. p. 331. SCHAEFER.

P. 690. v. 17. πηλίκον] τηλίκον August. primus. REISK. πηλίκον τί Bekker. SCHAEFER.

P. 690. v. 17. στενάξειαν] στενάξαιεν Codd. Ital. et Vindob. itemque Lucianus in Encom. Demosth. non longe ab initio, ubi hunc locum citat, cui similem fere ex Livio produxit Solanus in notis ibidem. TAYLOR. στενάξαιεν Aristides T. p. 200. REISK. Bekkerus: „στενάξαιεν O. k. r. s." In his formis libri Demosthenici passim fluctuant. SCHAEFER.

P. 690. v. 21. ἡ πόλις] Articulum omittit Paulina. REISK.

P. 690. v. 21. προελήλυθε] προσελήλυθε August. primus. REISK.

P. 690. v. 22. Χαρίδημον; οἴμοι.] Citat hunc locum Aristides T. p. 202. REISK.

P. 690. v. 23. οὐ τοῦτο] Abest ab August. primo. REISK. Recte omisit Bekker. Iterationis alibi ab Oratore cum magna gravitate usurpatae quae hîc vis sit non video. SCHAEFER.

P. 690. v. 25. τῶν] Abest ab August. primo, qui verba sic dat collocata: οἳ διενηνόχασιν ἁπάντων ἀρετῇ. Et sic quoque Bavaricus. REISK. Sic etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 690. v. 25. ἀλλ' ὅτι] Suspectum ὅτι post praemissum εἰ. Malim itaque ἀλλ' εἰ. REISK. Vulgatam ne mutes. Ipsum enim εἰ h. l. sic usurpatur, ut sensu congruat cum particula ὅτι. Plane eadem ratione p. 710. post εἰ v. 7. sequitur ὅτι v. 11., nullâ intercedente inter has particulas sensus diversitate. Sensum cum dico, quid velim doceri intelligentes non oportet. SCHAEFER.

P. 690. v. 27. τουτουσὶ] Orator haec dicens digitum inten-

dit versus insulam. Eodem modo intellige *τουτουσὶ* p. 691, 5. et *ἐκείνους* ibid. v. 12. V. not. ad p. 480, 7. coll. Ind. Graecit. p. 350. in. SCHAEFER.

P. 690. v. 28. *δὴ*] *χρὴ* Bavaricus, August. primus, Lessingianus. REISK. *ἐφ' ᾧ μέγα χρὴ φρονεῖν αὐτοὺς* Bekker. *δὴ* videtur natum e *δεῖ*. SCHAEFER.

P. 691. v. 1. *ναυλήρια*] Corrig. *ναυκλήρια*. SCHAEFER.

P. 691. v. 1. *κατεσκεύακε*] *ornavit*. V. p. 689, 15. 18. SCHAEFER.

P. 691. v. 2. *μηδέπω καὶ τήμερον*] De formula *οὐδέπω καὶ τήμερον* v. not. ad p. 543, 27. Add. p. 873, 9. 898, 5. 980, 5. Particula negativa h. l. ob orationem obliquam transiit in *μηδέπω*. Add. p. 879, 23. SCHAEFER.

P. 691. v. 3. *αὐτὸν τῆς ἀτελείας ἠξιωκέναι*] *τῆς ἀτελείας αὐτὸν ἠξιωκέναι* Bekker. SCHAEFER.

P. 691. v. 5. *οὕτως εὖ — σεμνύνειν*] *tantum pretium constituere*. SCHAEFER.

P. 691. v. 5. *αὐτοῖς*] *αὑτοῖς* Reisk. SCHAEFER.

P. 691. v. 6. *Ἕρμωνα*] Vulg. *Ἔρμωνα*. *Ἕρμωνα* cum aspero Aldina. REISK.

P. 691. v. 6. *Ἕρμωνα τὸν κυβερνήτην*] Xenophon Hellen. I. 6. 32. *Ἕρμων δὲ Μεγαρεύς, ὁ τῷ Καλλικρατίδᾳ κυβερνῶν.* ubi Schneiderus, citato Demosthenis loco, „Quomodo" inquit „Megareus hic ante pugnam ad Aegospotamos dicitur? Scilicet ut civem se gesserat Megarensem, et ius civitatis denique consequi conatus est adiuvante Lysandro." Non se gesserat civem, sed cum civis postremo factus esset pervincentibus Spartanis, quamvis Megarenses initio repugnassent, Xenophon per anticipationem dixit *Μεγαρέα*. SCHAEFER.

P. 691. v. 10. *αὐτοῖς*] *αὐτοὺς* August. primus. REISK. Pronomen delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 691. v. 11. *καὶ*] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 691. v. 12. *καὶ Ὠρείτας ἐκείνους κ. τ. λ.*] Nulla est in his constructio. Nisi aliter habeant Codices, ita legerem: *καὶ Ὠρείτας — ο ἰ κ ο ῦ ν τ α ς, τὸν Χαρίδημον τοῦτον — τοῦ ἡμίσεως — οὐκ ἠ ξ ι ω κ έ ν α ι, ἀλλ'* etc., ut supra p. 690, 26. *Αἰγινήτας — μόλις αὐτὸν τῆς ἀτελείας ἠξιωκέναι*. MARKLAND. Apti sunt hi accusativi, *Ὠρείτας ἐκείνους — οἰκοῦντας*, ex illo *αἰσχρὸν* p. 690, 26. *Qui turpe non sit — hos Oritas, habitantes —*. Iam sequi debebat *ἠξιωκέναι*. *Charidemum dignatos non esse*. Verum de hoc statim ad versum 17. plura dicemus. REISK.

P. 691. v. 12. *οἰκοῦντας*] [*οἰκούντων*.] Rectius editt. Felic. et Manut. cum nonnullis libris scriptis *οἰκοῦντας*. Idque repone. TAYLOR. Vulg. *οἰκούντων*. *οἰκοῦντας* August. primus, Bavaricus, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 691. v. 13. *ᾧ μήτηρ μὲν — αὐτὸν ἐξετάζεσθαι,)*] Citat hunc locum, sed vitiose contractum, Tiberius p. 25. SCHAEFER.

P. 691. v. 15. *αὐτὸν ἐξετάζεσθαι*] in eum inquiri, quo magis pateseant hominis dedecora. SCHAEFER.

P. 691. v. 15. *τὸ ἥμισυ — τοῦ ἡμίσεως*] Idem est ac si dixisset *τὸ ἕτερον ἥμισυ* et *τοῦ ἑτέρου ἡμίσεως*. REISK.

P. 691. v. 16. *αὐτῷ συμβαλόμενοι*] Vulg. *αὐτῷ συμβαλλομένου*. Pro *αὐτῷ* Bavaricus et Lessingianus dant *αὐτοῦ*. Vulgata ferri nequit. Oratio sibi haud constat. Constructio postulat *αὐτὸν συμβαλλόμενον*, *ipsum conferentem*, h. e. *tametsi ipse conferret dimidiam generis partem, parte tamen altera condonanda dignatos non esse*. Dedi de meo *συμβαλόμενοι* (in aoristo secundo). *tametsi ipsi conferant dimidiam partem generis*. REISK. *αὐτοῦ συμβαλλομένου* Bekker. Mihi placet *αὐτῷ συμβαλλομένου*, quod etiam tres Codd. Bekk. iique non infimi ordinis (illorum enim consensus passim praegravat optimi auctoritatem) satis superque tutantur. Ad *τὸ ἥμισυ* autem subaudiendum *τῆς πολιτείας*. Verte: *cum genus* (*prosapia*) *dimidiam civitatis partem ei impertiatur*, h. e. cum *μητρόθεν* civis dici haberique possit. SCHAEFER.

P. 691. v. 16. *ἡμίσεως*] *ἡμίσεος* Bavaricus. REISK. *ἡμίσεος* Bekker. V. Lobeckius ad Phrynich. p. 247. SCHAEFER.

P. 691. v. 17. *ἠξιώκασιν*] *ἠξιωκέναι* Cant. Recte fortasse. Et mox *συντελεῖν*. Id tamen minus. TAYLOR. Imo vero *ἠξιωκέναι*, ut Marklandus [ad v. 12.] coniecit. Vulgatum *ἠξιώκασιν* si tueri volumus, necesse est, ut v. 12. post *Ὠρείτας ἐκείνους* suppleatur *ὁρᾶτε* vel *θεάσασθε* vel tale quid. Nisi volumus anacoluthum hoc esse, oratore per tot ambages circumvagato a recta orationis semita aberrante. Quam suspicionem etiam insequens *ἐκεῖ συντελεῖ* confirmat: nam alias si pergere orator in suscepta constructione voluisset, decebat eum sic dicere: *ἀλλ' εἰς τοὺς νόθους ἐᾶν συντελεῖν*. Aut debebat orationem sic conformare: *καὶ Ὠρεῖται ἐκεῖνοι, μέρος τέταρτον Εὐβοίας οἰκοῦντες, — οὐκ ἠξιώκασιν, ἀλλ' εἰς τοὺς νόθους ἐκεῖ συντελεῖ*. Mei quidem iuris si esset, orationem ad hunc modum refingerem. Sed parendum est codicibus. REISK. Parendum etiam particulis *μὲν* (p. 690, 27.) et *δὲ* (p. 691, 18.), quae articiosam hanc periodum bipartientes simul ita vinciunt, ut, nisi perdito eius artificio, discerpi nequeat. Quis vero et duos illos Anglos et nostratem Criticum, qui talia anacolutha in periodis longioribus passim legissent, huic loco impegisse non miretur? Causa autem *τοῦ ἀνανταποδότου σχήματος*, cuius notabile exemplum hic locus habet, quae dicenda sit, monere vix attinet: intersertis enim membris imputandum esse satis constat. Haec membra fecerunt, ut scriptores nunc inscientes, utpote obliti prioris constructionis, nunc consulto a recta orationis semita deflecterent. Consulto nunc deflexisse Oratorem arbitror. Cum enim tria illa membra, *ᾧ μήτηρ — πολῖτις ἐκεῖ*, *πατὴρ δὲ — ἢ πόθεν*, *οὐδὲν γὰρ — αὐτὸν ἐξετάζεσθαι*, quod adhuc filum texuerat interrupis-

sent, obliquam antea orationem dehinc in rectam ita convertit, nova ut periodum interrogatio graviter finiret, quam aliae deinceps interrogationes magno cum pondere sequerentur. SCHAEFER.

P. 691. v. 18. *Κυνόσαργες*] Citat hunc locum Harpocration v. *Κυνόσαργες* et v. *Νόθοι*. REISK. V. Photius c. 220. SCHAEFER.

P. 691. v. 18. *ὑμεῖς δ' — τετιμηκότες ἄλλοις*] Citant Anecd. Bekk. p. 175, 17. SCHAEFER.

P. 691. v. 20. *πάσης τῆς πόλεως*] F. *πάσης τῆς πολιτείας*. Opponitur *τὸ ἥμισυ* v. 15. Confusionis nominum *πόλις* et *πολιτεία* exemplum dabit not. ad p. 700, 15.: aliud not. ad Dionys. Halic. T. III. p. 1472. R. Conf. Bastii Commentat. Palaeograph. p. 834. SCHAEFER.

P. 691. v. 21. *ἄλλοις*] *ἀλλήλοις* Anecd. Bekk., satis crebro scribarum errore. V. H. Stephani Thesaur. c. 1872. C. D. SCHAEFER.

P. 691. v. 21. *ὅτι τί;*] *Τὸ ὅτι* sub adversarii persona, *ὅτι τὰ καὶ τὰ ἔπραξεν*. Hanc narrationem interrumpit auctor et subiicit *τί;* WOLF. *Ideo quod quid —?* subaudi *ἐποίησε* vel *εἰργάσατο;* — *fecit?* Quamnam ob rem praeclaram ab eo peractam? Quod est magnum eius facinus, cuius causa tantos ei honores habeatis? aut ob quod metuendum ei sit, ne a vestris hostibus interimatur? REISK. Wolfii explicatio formulae *ὅτι τί;* etiam aliis placuit. V. Zeunius ad Viger. p. 553. b. Mihi non probatur. Scilicet est ex idiomatis Graecae syntaxis interrogantem ordiri ab ea voce, a qua qui respondet aut ordiri debeat aut orsurus esse videatur. Itaque dicitur *ὅτι τί; ὅτι —*. V. Aristophanes Plut. 136. s. *ἵνα τί; ἵνα —*. V. idem Ecclesiaz. 719. s. et Pac. 409. ss., ubi interrogantis *ἵνα* non refertur ad proximum *ὅτιη* respondentis, sed ad remotius *ἵνα* v. 413.: quapropter post *θύουσι* v. 411. ponenda subdistinctio. Alia eiusdemmodi commemorata sunt Ind. ad Odyss. p. 168. Haec nativa est vis talium formularum: nam per se intelligitur responsionem interrogationi non ubique ita exaequari, ut exactissima ambarum conspiratio oriatur. Velut h. l. Orator non pergit ut poterat: *ὅτι ἔλαβε ναῦς —; ἢ ὅτι πόλιν —; ἢ ὅτι κινδύνους —; ἢ ὅτι ἐχθροὺς —;* Ut autem Wolfii formulam *ὅτι τί;* explicantis, ita Reiskii ellipsin quae hic in ea obtinet explentis ratio improbanda est: subaudiendum enim *προσθήσετε*. SCHAEFER.

P. 691. v. 22. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* August. primus. REISK.

P. 691. v. 23. *παραδέδωκεν*] Vulg. *παρέδωκεν*. *παραδέδωκεν* August. primus. Et sic correxi. REISK. *παρέδωκεν* Bekker. SCHAEFER.

P. 691. v. 25. *ὑμῶν*] *ὑμῖν* P. Manutius. REISK.

P. 691. v. 25. *τίνας ἐχθροὺς — ᾕρηται;*] quinam sunt hostes, quos vobiscum eosdem habuerit? suscepitne simultates

cum quoquam, qui vobis inimicus esset, et ideo, quod is vobis infestus esset? REISK.

P. 691. v. 25. ὑμῖν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 691. v. 26. οὐδ' ἂν εἷς] οὐδεὶς ἂν August. primus. REISK. οὐδεὶς ἂν Bekker. Mihi nostrum placet ut gravius. οὐδ' ἂν ἕνα εἰπεῖν οἴομαι p. 701, 11., ubi eadem scripturae diversitas, Bekkero non tanti visa, ut vulgatam refingeret. SCHAEFER.

P. 691. v. 26. μὲν] δὲ Bavaricus. REISK. μὲν delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 691. v. 28. μνημονεύοντας ἂν] Vulg. μνημονεύοντας. ἂν addit August. primus. Addidi particulam. REISK. Sic resolvas: ἃ νομίζω ἄμεινον ἂν εἶναι εἰ μνημονεύοντες φυλάττοιτε. SCHAEFER.

P. 691. v. 28. μνημονεύοντας — φυλάττειν] φυλάττετε καὶ μέμνησθε p. 692, 5. φυλάττετε καὶ μεμνημένοι κάθησθε p. 693, 2. SCHAEFER.

P. 692. v. 1. ὁ πρῶτος νόμος —] Adscripti hic loci numeri in margine Bavarici hoc ordine: ad hunc versum *Α*; ad versum 6. οὐ ἐᾷ μετὰ ταῦτα — *Β*; ad versum 11. ἀπάγειν ὁ νόμος — *Γ*; ad versum 14. ἔστιν ἐφ' οἷς — *Δ*; ad versum 17. ἐάν τις πάθῃ — *Ε*; ad versum 21. τὸ ἀνδρολήψιον — ϛ; ad versum 26. οὐκ ἐᾷ ὁ νόμος — *Ζ*; tandem ad versum 27. οὐκ ἐᾷ ψήφισμα — *Η*. REISK.

P. 692. v. 2. ἀποκτείνῃ] Post ἀποκτείνῃ videtur γράψας deesse. REISK. Si adesset, oporteret deleri. Iunge: εἴρηκεν τὴν βουλὴν δικάζειν, ἄν τις ἀποκτείνῃ τινά. SCHAEFER.

P. 692. v. 2. τινὰ] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 692. v. 5. ἐστὶν ἐναντιώτατον] ἐναντιώτατόν ἐστι Bekker. SCHAEFER.

P. 692. v. 6. δόντα] διδόντα Bekker. SCHAEFER.

P. 692. v. 8. ὁ δ'] οὐδ' Aldina. Sed correxit Weimaranus. REISK.

P. 692. v. 13. ἐπενεγκόντι] Vulg. ἐνεγκόντι. ἐπενεγκόντι Paris. primus, August. primus, Bavaricus, Lessingianus. Et sic correxi. Nam ὁ ἐνεγκὼν τὴν αἰτίαν est reus criminis, qui facinoris insimulatur, arguitur: id quod a loci huius sententia est alienum. Sed ὁ ἐπενεγκὼν est accusator. REISK.

P. 692. v. 14. κἂν — λάβῃ] [κἂν τῆς ἀλλοτρίας που λάβῃ.] κἂν λάβῃ που τῆς ἀλλοτρίας. Ferri potest adverbialis haec constructio, et haud scio an vera sit. Felicianus habet: κἂν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας που λάβῃ. WOLF. Et Manutius porro et Morelius. TAYLOR. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 692. v. 14. [ἐπὶ]] Abest ab August. primo, Bavarico, Aldina, Wolfiana. Uncis inclusi. REISK. Delevit Bekker. Proba

est constructio τῆς ἀλλοτρίας που: ut Wolfius ne tantillum quidem dubitare debuerit. Homerus Odyss. IV. 639. s. ἀλλά που αὐτοῦ ἀγρῶν. Eodem modo construitur ποι. Euripides Hec. 1267. Pors. νήσων ἐρήμων αὐτὸν ἐκβαλεῖτέ ποι. SCHAEFER.

P. 692. v. 14. ἔστιν ἐφ' οἷς ἀδικήμασι] Notanda constructio pro ἔστιν ἀδικήματα ἐφ' οἷς. SCHAEFER.

P. 692. v. 15. ὁ δ' οὐδὲν — δίδωσιν ἔκδοτον] Wolfius: *iste non adiecit, etiamsi propter illas aliquis occiderit, sed eum proscribit.* Potius: *iste, nulla re adiecta, etiamsi propter illas aliquis occiderit, eum proscribit.* IURIN. οὐδὲν ὑπειπὼν vertendum *nihil praefatus.* Reiskius: „*nulla usus exceptione.*" Non male, si sensum spectes. SCHAEFER.

P. 692. v. 16. κτείνῃ τις] τις κτείνῃ Bekker. SCHAEFER.

P. 692. v. 16. δίδωσιν ἔκδοτον] V. not. ad p. 648, 25. SCHAEFER.

P. 692. v. 16. ἀθῶον] ἀθῷον Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 692. v. 18. αἰτεῖν] Vulg. ἀπαιτεῖν. αἰτεῖν simplex dat August. primus. Dedi αἰτεῖν, quod etiam v. 20. habetur. REISK.

P. 692. v. 18. ὁ δὲ — εὐθὺς ἔγραψε] [οὔτε παρ' ὧν αὐτὸς ἀξιοῖ λαβεῖν αἰτήσας.] Τὸ αἰτήσας, si non abundat, exponatur ἐπειδὰν αἰτήσῃ ἢ μετὰ τὸ αἰτῆσαι. WOLF. Sana haec esse vix mihi persuaserim, et video, non mediocriter angi Wolfium, ut sensum aliquem, nec illum satis commodum, ex hac lectione exsculpat. Quidni rescribamus: ὁ δὲ τοὐναντίον οὐδεμίαν κρίσιν οὔτε αὐτὸς εἰπὼν οὔτε παρ' ὧν ἔκδοτον ἀξιοῖ λαβεῖν αἰτήσας ἀγώγιμον εὐθὺς ἔγραψε. IURIN. Vulg. ante ἀξιοῖ legitur αὐτὸς, quod abest ab August. primo. In eius locum sufficit Iurinus ἔκδοτον. Ego delevi. Sententia verborum οὔτ' αὐτὸς εἰπὼν οὔτε παρ' ὧν ἀξιοῖ λαβεῖν αἰτήσας plana est et perspicua, haec puta: tametsi neque mentionem habendi iudicii fecisset in lege sua, neque eos nominasset, a quibus dignum censeat reum primum repeti et sic demum impetrari vel auferri. REISK. Immo haec est: tametsi causae iudicationem neque ipse iussit neque eos quos vult reum tradere poposcit. Et sic videtur Anglus intellexisse. Conf. p. 648, 26. ss. 693, 6. ss. SCHAEFER.

P. 692. v. 20. λαβεῖν αἰτήσας] Vulg. αἰτήσας λαβεῖν. Invertit August. primus. REISK.

P. 692. v. 21. κἄν τις ἀφαιρῆται] Scilicet τὸν ἄγοντα τὸν ἀπαχθέντα. *etiamsi quis conetur abducenti abducendum eripere.* REISK. κἄν ne vertas *etiamsi*, sed *atque si.* Ut distinctionem post ἀφαιρῆται deleri praestet. SCHAEFER.

P. 692. v. 22. διδῶσι] Vulg. δίδωσι, quod venit ex Aldina, in qua Weimar. corrector emendavit διδῶσι (in tertia plurali coniunctivi) e suorum primo et secundo. Idem est in Paulina et Bavarico. Sed in hoc ultima syllaba σι est a nova manu atra-

mento diluliore superscriptum: nam prima manus dederat διδῶ. Correxi διδῶσι. REISK.

P. 692. v. 25. ἄγοντα] Ita Codd. constanter. Annon tamen expedit rescribere ἀχθέντα? TAYLOR. Subaudi τὸν ἀπαχθέντα, ut modo dixi ad v. 21. Ut, quod Taylorus vult, τὸν ἄγοντα expellatur eiusque in locum sufficiatur τὸν ἀχθέντα, opus nil est: nam ἀφαιρεῖσθαί τινά τι usurpatur, *alicui aliquid eripere*. Hic ille solummodo, cui eripitur, nominatur, iste alter, qui rapitur, reticetur, quia facile paret, quis designetur, e praemisso ὁ δράσας. Integrum foret: ἂν ἀφέληταί τις τὸν ἄγοντα τὸν δράσαντα, *si quis ei, qui peremtorem Charidemi abducat vi, peremtorem eripiat*. REISK. Satis operose. Nihil enim aliud hîc videas quam notissimam ellipsin pronominis αὐτὸν, quod subaudiendum etiam ad sequentia ἐκδοῦναι et ποιεῖ. Sic Latini scriptores pronomina ab iis qui nunc latine scribillant ubivis inculcata omittere solent. SCHAEFER.

P. 692. v. 25. πρὸ δίκης] πρὸς δίκην Bodlei. TAYLOR.

P. 692. v. 26. ὁ νόμος] Restitui ex editis: desiderabatur enim. TAYLOR. Abest ab August. primo, Bavarico, Aldina. Sed Aldinae addidit Lessing. et Weimar. e suorum primo et secundo. Abest item a Wolfiana. REISK. Uncis inclusit Bekker., hac nota adscripta: „[ὁ νόμος] om. omnes.“ Uncos amovit Dindorf. SCHAEFER.

P. 692. v. 26. ἐὰν] εἰ August. primus. REISK.

P. 692. v. 28. τοσούτων] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK.

P. 693. v. 1. κύριον — ἀναιροῦν] Vulg. κύριον — ἀναιρῶν. Malim aut κυριώτερον aut ἀναιροῦν. Dedi de meo ἀναιροῦν: ut ad ψήφισμα redeat. REISK. Bene ἀναιρῶν Bekker. *sed hic, tot cum leges sint, tollens leges facit ut psephisma valeat*. SCHAEFER.

P. 693. v. 3. αὐτοῖς] Aristocrati puta eiusque advocatis. REISK.

P. 693. v. 5. γέγραφε] Scilicet Aristocrates. REISK.

P. 693. v. 6. κατὰ] καὶ Paris. primus. REISK.

P. 693. v. 6. [εἶναι]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Uncos removit Dindorf. SCHAEFER.

P. 693. v. 8. πεποίηκεν] Scilicet τὸν φόνον. *si sanxisset in lege sua de eo habendum iudicium, perpetraritne reus caedem nec ne*. REISK.

P. 693. v. 10. αὐτὸ] [αὐτῷ.] Fortasse cum Bodlei. et Paris. αὐτό. TAYLOR. Lege αὐτό. IURIN. αὐτὸ abest ab August. primo. Eius loco dant αὐτῷ Aldina, Paulina, Wolfiana. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 693. v. 10. ὑπογράψας] [γράψας.] ὑπογράψας Codd.

praestantiores, Barocc. Aug. Vindob. TAYLOR. Vulg. γράψας. ὑπογράψας August. primus. Et sic correxi. *cum praescripsisset* vel *praemisisset*. αὐτὸ servandum existimo. *merum, nudum facinoris nomen*, nulla addita restrictione aut conditione. REISK. γράψας Bekker., hac nota addita: „αὐτὸ γράψας] ὑπογράψας k. r. s." Hoc verum puto: ut pronomen natum sit e littera ultima antecedentis nominis et praepositione insequentis verbi. ὑπογράψας (i. e. προγράψας) recurrit p. 973, 15. ὑπειπὼν et εἰπὼν confusa videbimus p. 797, 20. SCHAEFER.

P. 693. v. 11. ἐὰν] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 693. v. 11. τὸ, ἂν δόξῃ] Vulg. τὸ δόξῃ. τὸ ἂν δόξῃ margo Lutetianae. Mediam vocem addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 693. v. 15. ἀποκτείνῃ] κτείνῃ simplex August. primus. REISK. κτείνῃ Bekker. SCHAEFER.

P. 693. v. 15. καὶ πάνθ'] *denique omnia*. V. not. ad p. 649, 1 SCHAEFER.

P. 693. v. 15. ὑπερβὰς] Videtur aut hic aut v. 11. delendum, nisi volumus vim quandam et orationis contentionem in hoc verbo iterato inesse. Quod equidem facile patiar si sint qui affirment. REISK. Cave deleas. SCHAEFER.

P. 693. v. 17. ἀνθρώπων] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 693. v. 17. εἴρηκε] εἴρηκεν Bekker. SCHAEFER.

I. TAYLORI

AD

ORATIONEM DEMOSTHENIS

CONTRA TIMOCRATEM

PRAEFATIO.

Non est, bone lector, ut te diu morarer in aditu huius Orationis contra Timocratem. Multa olim de eius historia dixi, cum praefabar ad Androtianam et Aristocrateam. Vide Gellium XV. 28. Plutarchum in Vita Demosth. ibidem adductos. Anno Olymp. CVI. 4., qui fuit Demostheni natalis 29., haberi contendit Dionysius Halic. ad Ammaeum: *Ἐπὶ δὲ Θεοδήμου τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος τὸν κατὰ Τιμοκράτους λόγον ἔγραψε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι παρανόμων τὸν Τιμοκράτην.* [Anonymi descriptio Olympiadum ad Olymp. CVI. 4. *Θεόδημος, οἱ δὲ Εὐθύδημος. ὁ κατὰ Τιμοκράτους λόγος Δημοσθένους.* Decepit Olympiadum descriptorem prava Epistolae ad Ammaeum scriptura. Archon eius anni vero nomine Eudemus fuit, sicut ex Diodoro Sic. XVI. p. 527. et Dinarcho ostendit diligentissimus Sylburgius. Wesseling. ad Petit. LL. AA. p. 92. Timocratis decretum Olymp. CV. 4. Corsin. F. A. diss. 3. §. 13. TAYLOR. *in Schedis.*]

Cum illa altera, quae habita est contra Androtionem, plurima habet communia, ut memini me similiter ad istam Androtianam *) adnotasse: idque nec mirum, cum Androtio et Timocrates in rep. administranda dicam? an pessundanda arctissimo inter se foedere coniungerentur, et idem utriusque accusator prodiret, quisquis demum fuerit, Diodorus. Unde evenit, ut

*) V. Apparat. T. III. p. 498., ubi etiam de Valckenario, quod Taylori non meminisset, hoc sibi *εὕρημα* vindicante scripsi. SCHAEFER.

Androtionis facinora quaedam iisdem utrobique fere verbis recenseret. Confer

Androt. p. 607, 23. — 610, 16.
p. 613, 12. — fin.
Timocrat. p. 750, 2. — 752, 22.
p. 753, 16. — 758, 22.

Vide Ulpianum hic ad p. 750, 2. Immo adeo consociari video has Orationes, ut magistri antiquiores sibi pene permitti arbitrarentur utramvis indifferenter allegare. V. g. ubi Harpocratio laudat Demosthenem ex Androtiana in vocibus *Ἀπὸ τοῦ πράγματος*, *Ἐπιψηφίζων*, *Θεσμοθέται*, *Μελάνωπος*, *Πρόεδροι*, verisimile est eum digitum intendere ad loca in hac nostra Timocratea, scilic. *Ἀπὸ τοῦ πρ.* p. 701, 23., quanquam miror interea hominis interpretationem. Pariter: *Ἐπιψηφ.* hic p. 749, 2. *Θεσμοθ.* p. 707, 2. *Μελάνωπος* p. 703, 21. *Πρόεδροι* p. 706, 20. vel p. 749, 2. Melius fortasse hoc, quam ut credamus, defecisse actionem c. Androtionem, si quando citarentur vocabula, quae in ea hodie non comparerent, ut olim iudicavi. Interea tamen, ubi Harpocratio laudat Timocrateam in *Αἰνείους*, rursus idem, Suidas et Etymolog. M. c. 440, 31. in *Ἠϊὼν* sive *Ἠών*, certum est, hoc non eodem esse animo factum, verum eos similitudine vocis deceptos Aristocrateam pro Timocratea voluisse. Nam in hac neutra, in illa utraque vox occurrit, *Αἰνείους* p. 659, 27. *Ἠϊόνι* p. 687, 1. Vicissim Harpocrat. v. *Ἐξεγγύησις*.

Gravissima sane Oratio et in primis admirabilis. Eam utique si cum Leptinea conferas, invenies, ut genere laudis pariter excellere, ita argumenti ratione, si fas sit cum scholis loqui, directe *ἀντιστοιχεῖν*. In illa enim popularem legem summa cum humanitate commendat, in hac similem non minori cum severitate improbat. Et sane quicunque ad huius lectionem accedit Attica iurisprudentia leviter imbutus, summa cum voluptate leget Orationem et gravitate argumenti et literarum elegantia et acumine ingenii cum Demosthenicarum vel optimis conferendam. Ut iure scripserit Theo pag. 5.: *κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται. λέγω δὲ τόν τε περὶ στεφάνου καὶ τὸν κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους* etc. Rursus pag. 21. (editione autem utor Batava 1626.): *εὐπορήσομεν δὲ καὶ νόμων ἀνασκευῆς, πολλαχοῦ μὲν παρὰ πλείστοις τῶν ῥητόρων, ἐντελέστατα δὲ παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους καὶ πρὸς Λεπτίνην.*

Labitur certe Hermogenes de Invent. pag. 180. edit. Cripsin., cum haec verba ex Timocratea adducat, scilic. *διαπορητικῶς ἐστι περιοδεῦσαι, ἂν ἄρξηταί τις, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους· Διὰ τί ἄρα, νὴ Δία, διὰ τί τοῦτο οὐχὶ καλῶς ἔχειν τὸ ψήφισμα ἔδοξέ τισι; πότερον ὅτι παρὰ τοὺς νόμους; καὶ μὴν μόνον ἐστὶ κατὰ τοὺς νόμους. ἀλλ' ὅτι τάξεως λύσις; καὶ μὴν καὶ τοῦτο, ὡς οὐκ ἄλλο, θεμέλιος εὐταξίας.*

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM I. ORATIONIS CONTRA TIMOCRATEM.

P. 694. *ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΥΣ*] In titulo argumenti Libaniani ad hanc orationem pro *Τιμοκράτους* erat correctum in Lessingiano *Ἀνδροτίωνος*. REISK.

P. 694. v. 1. *ὁ κατήγορος*] Nude et inconcinne. *Diodorus accusator accusat.* Lege: *Διόδωρος μὲν κἀνταῦθα ὁ κατήγορος Ἀνδροτίωνος*, caetera. *Idem Diodorus, qui olim accusavit Androtionem, iam accusat Timocratem.* Debetur illud Codd. Barocc. et Ven. TAYLOR. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 694. v. 1. *κατηγορεῖ*] Post h. v. *δὲ* de suo addidit Bekker. Probo. Sic neque opus cum Tayloro addere *Ἀνδροτίωνος*, et *μὲν* habet ad quod referatur. SCHAEFER.

P. 694. v. 3. *δ' ὁ νόμος*] Vulg. *δὲ νόμος*. *δ' ὁ νόμος* Bavaricus. REISK.

P. 694. v. 5. *Εἴ τινι*] [*εἴ τις*.] Forte *εἴ τῳ* vel *εἴ τινι*, ut est in altero Argumento p. 696, 26. WOLF. Omnino sane. Et ea est solennis et perpetua constructio. Ita p. 712, 19. *Τιμοκράτης εἶπε· καὶ εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προστετίμηται κατὰ νόμον.* Et infra p. 715, 11. *οὗτος ἔγραψεν ἄντικρυς, καὶ εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων δεσμοῦ προστετίμηται.* Similiter p. 719, 18. *ὅσοις δεσμοῦ προστιμᾶται.* Et p. 732, 18. *ἐάν τις ἁλῷ κλοπῆς καὶ μὴ τιμηθῇ θανάτου, προστιμᾶν αὐτῷ δεσμοῦ.* Ita p. 764, 18. *γράψας ἀναιδῶς, εἴ τινι προστετίμηται δεσμοῦ.* ubi male editio Moreliana et praeter solitum *προτετίμηται*. Denique, paucissimis interiectis, p. 765, 3. *τίς γὰρ ἢ τούτων ἢ ἐκείνων χρεία, ὅταν, οἷς τετίμηται δεσμοῦ, λύωνται;* Adde p. 713, 11. 723, 25. 725. ult. 730, 1. Male hic editt. superiores *εἴ τις*. Male etiam Codd. Barocc. Lindenbr. Ital. *τινα*. TAYLOR. Vulg. *εἴ τις*. REISK.

P. 694. v. 6. *ἐξεῖναι*] *εἶναι* simplex dat Bavaricus. REISK.

P. 694. v. 8. *ἦ μὴν*] *εἰ μὲν* Bavaricus. REISK.

P. 694. v. 15. *Γλαυκίου*] *Γλαυκέτου* habent ubique Codd. praestantiores. TAYLOR.

P. 694. v. 15. οὗτοι γὰρ πεμφθέντες] οὗτοι γάρ φησι πεμφθέντες Bavaricus. Sed idem paulo post v. 16. φησὶν omittit. REISK. Haec sedes verbi φησὶ aliquanto aptior, eandemque ei adsignavit Bekker. SCHAEFER.

P. 694. v. 16. ἐν τῇ τριήρει] Puto ἐν τριήρει. Nisi forte Paralon intelligat, quae per excellentiam vocatur ἡ τριήρης. IURIN. Deest iste articulus in Codd. Barocc. Lindenbr. Ital. TAYLOR. Articulum delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 694. v. 22. Ἀρχέβιος] Bekkerus: „ἀρχίβιος Υ." V. not. ad p. 703, 13. SCHAEFER.

P. 694. v. 22. οἱ τριήραρχοι] Vertitur *domini*. Potius *trierarchi* vel *praefecti*. IURIN.

P. 695. v. 1. αὐτὰ] Uncis inclusit Bekker. Uncos removit Dindorf. SCHAEFER.

P. 695. v. 1. πᾶν χρῆμα] F. πάντα τὰ χρήματα vel πᾶν τὸ χρέος. WOLF. χρῆμα editt. et MSti. TAYLOR. Rarior locutio, sed non mutanda. SCHAEFER.

P. 695. v. 1. καταβαλεῖν] Malim καταβάλλειν, quod dat Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 695. v. 2. τὰ δημόσια] F. τῷ δημοσίῳ. WOLF. Minus necessarium, cum utroque modo loquantur et τὰ δημόσια constanter reperiatur in exemplaribus. Vide doctissimum Salvinum ad Petiti LL. Attic. p. 468. edit. nov. TAYLOR.

P. 695. v. 7. εἵνεκα] ἕνεκα Bekker. SCHAEFER.

P. 695. v. 7. αὐτοῖς] F. αὐτός. WOLF. αὐτός Bekker. e Wolfii coniectura. SCHAEFER.

P. 695. v. 8. κατ' ἄλλο] [ἄλλο.] κατ' ἄλλο Moreliana editio. TAYLOR. Praepositionem deletum it Wolfius. REISK. Delevit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 695. v. 10. εἶναί φησι τοῖς ἀρχαίοις] εἶναι τοῖς ἀρχαίοις φησί Bekker. SCHAEFER.

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM II.

P. 695. v. 15. πλοῖα σύλα πολεμίων εἶναι] τὰ πλοῖα τῶν πολεμίων εἶναι σῦλα, τουτέστιν ἐξεῖναι συλᾶν τὰ πλοῖα. WOLF. Scribitur in Ven. et Ital. τὰ πλοῖα τῶν πολεμίων σκῦλα εἶναι. In Vindob. σῦλα πλοίων πολεμίων εἶναι. Salmasius de M. U. p. 213.

hariolatur πλοῖα κατάσυλα πολεμίων εἶναι. TAYLOR. Placet scriptura Cod. Vindob. SCHAEFER.

P. 695. v. 15. σύλα] Recte σῦλα Bekker. SCHAEFER.

P. 695. v. 16. καὶ γίνεσθαι — δημόσια] *et aestimationes furtorum publicae fierent.* Alii δημοσίᾳ, *publice*, ἐπιῤῥηματικῶς. WOLF.

P. 695. v. 16. τῶν κλοπῶν] Sub. τῶν ἐκ τῶν σεσυλημένων πλοίων. WOLF. Doctissimus Valesius ad Harpocrat. legit καὶ γίνεσθαι τὰ τιμήματα τῶν ἁλόντων δημόσια. TAYLOR.

P. 695. v. 16. Μαύσωλος] Forte Μαύσωλος γάρ. et v. 17. κατεβόων δέ. WOLF. Soluta talibus vinculis oratio videtur Technico simplicitatem affectanti magis placuisse. Et v. ipse Wolfius ad v. 18. SCHAEFER.

P. 695. v. 16. Μαύσωλος — κακῶς ποιῶν.] Locum ita legit optimus Cod. Vindob. Μαύσωλος τῆς Καρίας σατράπης τὰς πέραν νήσους ἠδίκει. TAYLOR. Placet. SCHAEFER.

P. 695. v. 17. τὰς πέραν νήσους] Sub. τῆς Καρίας, οἷον Ῥόδον καὶ Χίον καὶ Κῶν. ἡ γὰρ Κύπρος ἀποστᾶσα τοῦ βασιλέως ἐπολεμεῖτο. WOLF. Similiter fere Argumentum imperfectum in Cod. Veneto: ἐπεχείρησε καταδουλώσασθαι αὐτῷ τὰς τρεῖς ταύτας νήσους, Χίον καὶ Ῥόδον καὶ Κῶν. Miror autem, quare verteret Wolfius *ulteriores* (ita restitue apud me, cum operarum menda *) sit) et non potius *exadversum iacentes*, *e regione oppositas.* Quod sane debuit. TAYLOR.

P. 695. v. 18. ἔδοξε] F. ἔδοξε τοίνυν, nisi hic auctor contra morem consuetudinemque Graecorum delectetur ἀσυνδέτοις. WOLF. V. not. ad v. 16. ἐμήνυσεν Εὐκτήμων p. 696, 11. item sine vinculo. SCHAEFER.

P. 695. v. 25. Ναυκρατικῇ] Verior forma Ναυκρατιτικῇ. V. not. ad p. 703, 15. SCHAEFER.

P. 696. v. 7. τῷ διπλασίῳ] Addendum fortasse ἔνοχοι. BEKKER. F. τοῦ διπλασίου. SCHAEFER.

P. 696. v. 7. σπανιότητος] F. σπάνιος. WOLF. Voluit σπάνεως. Vulgata cur ei displicuerit parum intelligo. SCHAEFER.

P. 696. v. 8. τις δημαγωγὸς] Vertitur: *unus e magistratibus.* Potius: *unus e demagogis* vel *oratoribus.* IURIN.

P. 696. v. 16. ἔγραψε δηλονότι] Restitue cum Vindob. ἔγραψε δὲ δηλονότι, ut recte procedere possit oratio. TAYLOR. — μνᾶς [ἔγραψε δηλονότι], φεύγων μὲν — Bekker. Ego Vindobonensem librum ita sequar, ut δηλονότι iungam sequentibus. *Horum nomina autem scripto indicavit, nimirum fugiens —.* SCHAEFER.

---

*) *ultiores* legitur in edit. a. 1607. SCHAEFER.

P. 696. v. 20. ὤφειλον] Immo ὦφλον. BEKKER.

P. 696. v. 21. προστάττοντος δὲ νόμου κ. τ. λ.] Anonymi (non Libanii) errorem notavit Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 364. SCHAEFER.

P. 697. v. 2. ἀφίεσθαι] Malim ἀφεῖσθαι. SCHAEFER.

P. 697. v. 10. γὰρ] Recte abest a praestantissimo Cod. Vindob. TAYLOR. Delenda particula. SCHAEFER.

P. 697. v. 15. διδομένης] Margo Lutetianae ἀποδιδομένης, et rectius. TAYLOR. Bene δεδομένης Bekker. Docent antecedentia. SCHAEFER.

P. 697. v. 23. εἰ ἠδύνατο] εἰ καὶ ἠδύνατο. WOLF. Deerat enim. TAYLOR.

P. 697. v. 25. ἀλλ' οὖν γε τοῦ μὴ —] In meliori scriptore requirerem: ἀλλ' οὖν τοῦ γε μὴ —. In Lycurgo quidem §. 145. Bekk. vellem libri dedissent ἀλλ' οὖν περί γε προδοσίας —. SCHAEFER.

P. 697. v. 25. τοῦ μὴ πονηρὸν εἶναι] Subaudi τὴν αἰτίαν. Obiter et hîc et v. 23. adverte μὴ infinitivis additum, ut vulgo loquuntur, πλεοναστικῶς: cuius idiomatis causa est in verbis effugiendi ἐκφυγεῖν et διαφεύξεται. Sensus: *Si Timocrates potuit effugere, ne legem propter legatos tulisse dicatur, tamen non effugiet, ne in crimen incurrat latae legis perniciosae.* Vides particulam non ita additam esse, ut vis eius prorsus dispereat: idemque tenendum est de omnibus huiusmodi exemplis. Itaque plane assentior Hoogeveeno adduci se posse neganti, ut credat Graecos verbis suis inseruisse particulas plane otiosas atque inutiles, quae nihil significent (Doctr. Particc. Gr. L. T. I. p. 734.). Sed quod vir egregius, ut vulgarem doctrinam convelleret, tales locutiones dixit ellipticas, quas alibi aliter expleri oporteat, videndum ne, dum Charybdin vitare vellet, imprudens inciderit in Scyllam. Quid velim ut appareat, videamus aliquot eius exempla. Lucianus T. IX. p. 58. Bip. τοῦ — παιδὸς ἀρνουμένου μὴ ἀποβεβληκέναι. Hoogeveenus: „Particula μὴ non otiosa erit, sed necessaria, si statuimus ellipsin participii λέγων, ut intelligamus puerum ἠρνῆσθαι λέγοντα μὴ ἀποβεβληκέναι." Atqui notio dicendi latet in ipso illo ἀρνουμένου. Sensus: *cum puer rem infitians negaret sibi excidisse.* Plato Phaedr. p. 251. B. HSt. ὑπὸ σκληρότητος συμμεμυκότα εἶργε μὴ βλαστάνειν. Hoogeveenus: „Locutio sit elliptica, suppresso ante μὴ ὥστε· ut plena sit oratio: εἶργε, ὥστε μὴ βλαστάνειν." Immo verbi εἶργε vis est praegnans quam vulgo dicunt: quippe valet εἴργοντα ἐποίει. Aristophanes Acharn. 169. ἀπαγορεύω μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν. Iterum subaudit ὥστε. Resolve quod in v. ἀπαγορεύω involutum latet: ἀπαγορεύων λέγω. V. not. ad p. 703, 23. SCHAEFER.

P. 697. v. 28. νῦν δὲ — διαβολὴν] Lego: νῦν δὲ καὶ τὴν

κατὰ τῶν πρέσβεων προσείληφε διαβολήν. WOLF. Variatur in MStis. Sed proba sunt ista Wolfii. TAYLOR. Bekkerus: „κατὰ] Malim καί, et paullo post διαβολῆς.“ καὶ mihi quoque in mentem venerat. Sed διαβολὴν non mutaverim. ἕνεκα τοῦ νομοθέτου, *quo magis premeret legislatorem.* Conf. p. 698, 26. SCHAEFER.

P. 698. v. 8. εἰς τέχνην — ἐκεῖ μὲν —] Forte εἰς τύχην καὶ ἐξουσίαν, ὥσπερ ἐν μεταλήψει. ἐκεῖ μὲν γὰρ etc. WOLF. Omne hoc emanavit ex Wolfii divinatione: silent enim Codices ubique. TAYLOR.

P. 698. v. 11. νόμῳ] Rectius cum Vindob. νόμοις. TAYLOR.

P. 699. v. 2. δίδωσι] Sic etiam Bekker. SCHAEFER.

ANNOTATIONES

AD

ORATIONEM CONTRA TIMOCRATEM.

P. 700. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ — ΛΟΓΟΣ.*] *ΠΑΡΑΝΟΜΩΝ* addunt Aug. et Vindob. TAYLOR. Scripta est eiusdem Diodori nomine, cuius est Androtiana. V. p. 721, 10. REISK. *ΚΑΤΑ ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΥΣ* Bekker. — Wolfius Prolegg. ad Leptin. p. 130.: „Haec Oratio tota cognoscenda est, si quis rationem legum apud Athenienses accurate discere velit.“ SCHAEFER.

P. 700. v. 1. δικασταὶ] Abest a Paris. primo. Et sic quoque v. 6. idem. REISK.

P. 700. v. 1. οὐδ᾽ ἂν — αὐτὸς αὐτῷ] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 21. SCHAEFER.

P. 700. v. 2. οἴομαι] οἶμαι Anecd. Bekk. Et sic Bekker. SCHAEFER.

P. 700. v. 6. δικασταί] V. Reiskius ad v. 1. SCHAEFER.

P. 700. v. 10. τάχα] Wolfius *fortassis.* Immo *mox.* IURIN.

P. 700. v. 12. ἀποτρέψομαι] Wolfius ita coniungit: πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν οὐκ ἀποτρέψομαι. ut ex eius Interpretatione liquet. Melius certe, ut scribi admonemur in margine Benenati: ὃ μέγιστον ἔχω καὶ προχειρότατον πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, [τοῦτο scilic.] οὐκ ἀποκρύψομαι. Ita infra p. 732, 25. καὶ γὰρ εἰ φορτικώτερον εἶναι τὸ ῥηθησόμενον δόξει, λέξω καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. Et pariter iuxta orationem exeuntem p. 762, 18. ὃ τοίνυν ἔμοιγε

δοκεῖ μάλιστ᾽ ὀργῆς ἄξιον εἶναι, φράσω καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. Rursus peccatur in hoc vocabulo, idque in hac ipsissima oratione, p. 723, 23. *τοῦτο τοίνυν οὑτοσὶ Τιμοκράτης ἀναιδῶς καὶ οὐδ᾽ ἀποκρυψάμενος πεποίηκε, γράψας διαῤῥήδην κ. τ. λ.* Vulgo *ἀποκρουσάμενος.* TAYLOR. *οὐκ ἀποτρέψομαι*, scilicet *τοῦ λέγειν. haud patiar me abduci* vel *absterreri, quominus id eloquar.* Alii codices dant *οὐκ ἀποκρύψομαι.* Quam lectionem tametsi praefert Taylorus, (et usitatior quidem est, haud enim infitiabor,) nihilo tamen est vulgata neque deterior neque melior. REISK. Subaudi simpliciter *λέγειν.* Sic etiam Krügerus Ind. ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 452. a. apte comparans p. 1434, 12. *κἂν ὑμεῖς μὴ πεισθῆτε, οὐκ ἀποτρέψομαι λέγειν.* SCHAEFER.

P. 700. v. 13. *ποιεῖ τοῦ μηδενὸς ἀξίαν*] Puto: *ποιεῖται μηδενὸς ἀξίαν.* IURIN. *ποιεῖται* mavult Iurinus: non video cur. *ποιεῖται* est *habet pro contemnenda:* sed *ποιεῖ* est *reddit contemnendam*, id quod vult orator. REISK.

P. 700. v. 13. *μηδενὸς*] *μηδὲν* August. primus. REISK. Herodotus VI. 137. *τὴν πρότερον εἶναι κακήν τε καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίην.* SCHAEFER.

P. 700. v. 15. *οὐχ ἵνα — καταθῶσι*] Citant Anecd. Bekk. p. 149, 17. ex hoc loco: *οὐχ ἵνα κοινῇ τὴν πόλιν ὠφελήσῃ, ἀλλ᾽ ἵνα μηδ᾽ ἃ κλέπτοντες φανερῶς ἠλέγχθησαν, καταθῶσιν.* SCHAEFER.

P. 700. v. 15. *ὠφελήσῃ*] *ὀφελήσῃ* P. Manutius. REISK.

P. 700. v. 15. (*πῶς γάρ;*) *ὅς — ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένων*] Haec omnia signis parentheseos inclusit Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 700. v. 15. (*πῶς γάρ;*) *ὅς — ἄκυρα ποιεῖ*] Libellus de Construct. Verbor. ab Hermanno editus p. 372. sic scripta citat: *πῶς γὰρ ὅς γε ἀδικεῖς συνέχειν τὴν πόλιν τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς νόμους καταλύειν.* Emendatius Lexicon MS. Paris. apud Osannum ad Philem. p. 254.: *πῶς γάρ, ὅς γε ἃ δοκεῖ συνέχειν τὴν πολιτείαν, τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς νόμους καταλύει.* SCHAEFER.

P. 700. v. 16. *ταῦτα — τῶν προστιμημάτων*] *ταῦτα ἄκυρα ποιεῖ τῶν προστιμημάτων.* Sic distinguatur hic locus. *ἃ — ταῦτα* inter se cohaerent, quorum posterius *κατὰ πλεονασμὸν* accedit. WOLF. Distinctio Wolfiana proba est, eamque in textum nostrum recepimus. Confirmat Ulpianus in scholiis non longe ab initio: *διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν εἰπών, ὅτι ἄκυρα ποιεῖ τῶν προστιμημάτων τὰ δικαστήρια, τουτέστιν, οὐκ ἐᾷ κυρίαν γενέσθαι τὴν ψῆφον τὴν τοῦ δεσμοῦ.* Ita passim in hac ipsa Oratione: p. 725, 21. *οὐ τοίνυν ἀπέχρησεν αὐτῷ τὰ δικαστήρια ἄκυρα ποιῆσαι τῶν προστιμημάτων, ἀλλὰ —.* et p. 732, 10. *οὐ τοίνυν τὰ δικαστήρια ἄκυρα μόνον ποιεῖ τῶν προστιμημάτων, ἀλλὰ —.* et p. 759. ult. *οὐ γὰρ τοῦτ᾽ ἔθηκεν, ἀλλ᾽ ὅπως ὑμεῖς ἄκυροι τῶν προστιμημάτων γενήσεσθε.* Haec autem ideo a me dicuntur, quoniam nonnulli ita inconsiderate distinxerant: *ὅς γε, ἃ δοκεῖ συνέχειν τὴν πολιτείαν,*

τὰ δικαστήρια, ταῦτα ἄκυρα ποιεῖ, τῶν προστιμημάτων τῶν ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένων, non plane nullo sensu, sed a mente scriptoris alieno. Caeterum Wolfius locum negligenter vertit. Potius: *nam id qui fieri queat? cum tribunalibus, quae remp. continere iudicantur, potestatem eripiat earum mulctarum inrogandarum, quae criminibus iuxta leges debentur.* TAYLOR.

P. 700. v. 17. τῶν προστιμημάτων] V. Photius c. 342. SCHAEFER.

P. 700. v. 17. τῶν] τῶν secundum abest ab August. primo. REISK.

P. 700. v. 21. καταθῶσι] καταθῶσιν Bekkeri Berolinensis, sequente Dindorfio. SCHAEFER.

P. 700. v. 22. δικαίων] δικαίως Bavaricus. REISK.

P. 700. v. 23. οὗτος] Vulg. οὕτως. οὗτος August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Correxi οὗτος. REISK.

P. 700. v. 23. οὐ πρότερον] Scilicet ἢ παρ' αὐτῶν εἴληφε τὸ ἀργύριον, *non prius, quam ab illis pecuniam impetravit.* REISK.

P. 701. v. 1. ἐμοὶ δ' ἐν χιλίαις] ἐμὲ δὲ χιλίαις Bavaricus. In margine est δεῖν. REISK.

P. 701. v. 2. ἔσθ'] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 701. v. 2. τοσοῦτον] Vulg. τοσοῦτ'. τοσοῦτον August. primus. REISK.

P. 701. v. 3. εἰώθασι μὲν οὖν κ. τ. λ.] Lege quae habet Hermogenes ad istud caput: *Πῶς κοινὰ διανοήματα ἰδιώσομεν.* TAYLOR.

P. 701. v. 6. [τὸν νοῦν]] Absunt ab August. primo. Inclusi uncis. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 701. v. 6. αὐτοὶ] τινες indices Aldi et Pauli. REISK.

P. 701. v. 10. τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν τῇ πόλει] De hoc verborum ordine v. Apparat. T. I. p. 448. SCHAEFER.

P. 701. v. 11. ἐλευθέραν] ἐλευθερίαν August. primus. REISK.

P. 701. v. 11. οὐδ' ἂν ἕνα] οὐδέν' ἂν August. primus. REISK. V. not. ad p. 691, 26. SCHAEFER.

P. 701. v. 13. σκεπτέον] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. Quod eum recte fecisse antecedentia arguunt. Sensus: Sic igitur hoc ipsum se habet (i. e. maximi vobis momenti est), oporteatne —. SCHAEFER.

P. 701. v. 15. ὑμεῖς ἀνεγράψατε] Sic etiam in Bavarico est, sed a correctione. A prima manu fuit aut lacuna, aut συνεγράψατε. ὑμεῖς abest ab August. primo. REISK.

P. 701. v. 15. τόνδε] τὸν August. primus. REISK.

P. 701. v. 16. τοῦτον] Ita ex plurium exemplarium auctoritate. Aldus, quem expresserunt Wolfianae editiones, τοῦτο. Infeliciter. TAYLOR.

P. 701. v. 17. πρᾶγμα] Post πρᾶγμα addit Bavaricus καὶ. REISK.

P. 701. v. 23. ἀπὸ τοῦ πράγματος] Citat hunc locum Harpocration v. Ἀπὸ τοῦ πράγματος, sed errore memoriae, quo saepe lapsi sunt veteres Grammatici, Androtianam pro Timocratea laudans. REISK. V. Taylorus praefat. ad h. Orat. itemque Valckenarius ad Theocr. Adon. p. 239. in. Harpocration: Ἀπὸ τοῦ πράγματος, ἀντὶ τοῦ ἄπωθεν. Quam hominis interpretationem mirari se ait Taylorus l. c. Ego non miror: nam recte interpretatus est. Bekkerus: „ἀπὸ] ἄπο S. Y. O. s. v." Et sic Dindorf. V. Melet. Crit. p. 51. s. SCHAEFER.

P. 701. v. 23. ἐγὼ γὰρ — λέγω.] Citat Rufus p. 83. SCHAEFER.

P. 701. v. 23. γὰρ] Nihil hic deest, quod Wolfius suspicatus est non attendens ille ad usum particulae γὰρ, qui hic obtinet. *nempe*, *scilicet*, *nimirum*. REISK.

P. 701. v. 23. ἄνδρες] Omittit Rufus. SCHAEFER.

P. 701. v. 26. θεοῖς] θεῶν Rufus. SCHAEFER.

P. 701. v. 26. ᾧ — ἡ πόλις] Vulg. ᾧ τελευτῶσα προσέκρουσεν ἡ πόλις ὅλη. Verba sic constructa dant August. primus et Bavaricus: ᾧ τελευτῶσα ὅλη προσέκρουσεν ἡ πόλις. Et sic dedi. REISK.

P. 701. v. 26. Ἀνδροτίωνα] Ἀνδροτίωνι Rufus. Quod praefert Boissonadus ad Tiber. p. 47., me quidem non dissentiente. V. not. ad p. 96, 3. 23. *) Fuit cum his in locutionibus magis probarem accusativum. V. Ind. ad Melet. Crit. p. 163. b. meaque in Lobeckii Addend. ad Sophocl. Aiac. p. 443. s. itemque not. ad Sophocl. T. I. p. 232. Nunc, etsi utramque constructionem probam esse bene intelligo, tamen huc inclino, ut in librorum dissensu posthabeam accusativum. Cuius opinionis quae causa sit etiam tacente me intelligitur. Itaque in Aeschyli S. c. Th. 660. Br. praetulerim Πολυνείκει, loco sic interpuncto, ut nuper interpunxit Wellauerus. De simili in construendo anomalia v. not. ad p. 671, 26. SCHAEFER.

P. 702. v. 2. ἀπεστερήμην ἂν] ἂν ἀπεστερήμην Bekker. Particulam omisit Dindorf. Quod mihi non videtur recte fecisse. SCHAEFER.

P. 702. v. 4. ἐμοί] Vulg. μοι. ἐμοί August. primus. REISK.

---

*) Ἰφικράτους λέγω p. 1457, 15. SCHAEFER.

P. 702. v. 4. *αἰτιασάμενος γάρ με κ. τ. λ.*] V. p. 593, 11., ubi locus hic legitur paene iisdem verbis. REISK.

P. 702. v. 4. *αἰτιασάμενος*] *αἰτισάμενος* Aldus. REISK.

P. 702. v. 5. *καὶ*] Abest ab August. primo. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 702. v. 7. *οὐ*] *μὴ* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 702. v. 10. *δικάζοντας*] *δικαστὰς* Bavaricus, Lessingianus. REISK. Rectius *δικάσαντας*. *qui tunc iudicabant*. Non enim iidem semper. SEAGER. *Diar. Classic.* LVIII. p. 363. Vulgata recte habet. Praesentis enim participium, ut toties, ita nunc vice fungitur substantivi: ut ipsum illud *δικαστὰς* interpretanti debeatur. SCHAEFER.

P. 702. v. 10. *δὴ*] *δ'* August. primus. REISK.

P. 702. v. 10. [*καὶ*]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. V. p. 703, 12. Utraeque enim illae pecuniae publicae seu urbis erant. Sententia est: multas habentem pecunias tam Minervae quam Eponymis sacras, quae ambae sunt urbis eoque aerarii publici propriae. REISK. Copulam delevit Dindorf. Servandam esse docet ille ipse locus, quem Reiskius citavit. Scilicet *τὰ ἱερὰ χρήματα τῆς πόλεως* sunt *τὰ τῆς θεοῦ καὶ τῶν ἐπωνύμων*, sed *τὰ ὅσια* sunt *τὰ τῆς πόλεως*. Conf. quae mox sequuntur v. 29. s. Adde quod, deletâ copulâ, vix intelligas, quid Oratorem moverit ut *τῆς πόλεως* adderet. SCHAEFER.

P. 702. v. 17. *θ'*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 702. v. 20. *βουλοίμην — βούλομαι*] Adverte verbi iterationem post tantulum spatium. SCHAEFER.

P. 702. v. 20. *ἐμέ τε τυχεῖν*] *ἐπ' ἐμὲ τυχεῖν* August. primus. REISK.

P. 702. v. 21. *ἐστι*] *ἐστιν* Bekkeri Berolinensis, quam sequitur Dindorf. SCHAEFER.

P. 702. v. 21. *τοῦ δὲ πράγματος —*] Videntur quaedam deesse. Haec enim ex abrupto adduntur. WOLF. Nihil deest satisque apte haec coëunt antecedentibus: *τὸ πρᾶγμα* enim, *negotium*, de peculatu Androtionis intelligendum. SCHAEFER.

P. 702. v. 23. *τῆς*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 702. v. 25. *αὐτοῖς*] Abest ab August. primo. Non otiosum est. *super his ipsis rebus*, h. e. *unis*, *solis*. REISK.

P. 702. v. 25. *ἀναλώσαντος*] *γρ. ἀνηλωκότος* margo Lutetianae. REISK.

P. 702. v. 26. *ἐψηφισμένων*] *ἐψηφισμένοιν* malit Lambinus. TAYLOR. Pluralis non minus recte habet. SCHAEFER.

P. 702. v. 27. *ἔχειν*] *ἀντὶ τοῦ ἀπολαβεῖν παρὰ τῶν ὀφειλόντων*. WOLF. Immo *παρὰ τοῦ ὀφείλοντος*. SCHAEFER.

P. 702. v. 27. *Τιμοκράτης — τὰ πράγματα*] Citant Anecd. Bekk. p. 177, 24. SCHAEFER.

P. 702. v. 28. *τοσοῦτον*] *τοσοῦθ'* Bavaricus. REISK. Item Anecd. Bekk. Et sic dedit Bekker. SCHAEFER.

P. 702. v. 28. *ὥστε — ἀποστερεῖ*] Citat Ammonius p. 104. s. nonnihil vitiata. SCHAEFER.

P. 702. v. 29. *τῶν ἱερῶν — τῶν ὁσίων*] V. Ammonium ibique eruditissimum Valckenaerum, et ea, quae adnotavimus ad Aeschinem p. 48. not. 78. TAYLOR. V. etiam Photius c. 257. et Scholiastes ad Platon. p. 147. s. Ruhnk. (p. 397. Bekk.). Add. interprett. ad Hesych. T. II. c. 794. SCHAEFER.

P. 703. v. 1. *ἄκυρα*] *ἄκηρα* Paulina. REISK.

P. 703. v. 2. *τοῦ δικαστηρίου*] Conieci olim *τοῖν δικαστηρίοιν*. Ecce autem Vindob. *τῶν δικαστηρίων* eodem animo. TAYLOR. *τοῦ δικαστηρίου* bene habere puto, tametsi paulo ante p. 702, 25. dixisset *δικαστηρίοιν δυοῖν*. Quamvis enim Heliaca e viris uno et mille coacta e duobus iudiciis coaluisset, quorum unumquodque e quingentis constaret, unum tamen erat iudicium. Et sic quoque, si e mille quingentis coiret Heliaca, hoc est e tribus iudiciis, pro uno tamen iudicio habebatur. REISK. Reiskio assentitur Schoemannus Dissert. de Sortit. Iudic. p. 22. SCHAEFER.

P. 703. v. 3. *ἄδειαν δὲ τὰ κοινὰ διαρπάζειν*] Mallem *ἄδειαν δὲ τοῦ τὰ κοινὰ διαρπάζειν*. TAYLOR. Vulgatam satis tuentur quae adscripsi ad Dionys. Halic. de C. V. p. 265. s. SCHAEFER.

P. 703. v. 5. *δὴ*] *δὲ* August. primus. REISK.

P. 703. v. 6. *λῦσαι*] *refutare* Wolfius. Ingeniose satis! Quasi *refutanda* et non potius *abroganda* esset lex Timocratis hac contentione. TAYLOR.

P. 703. v. 6. *δυνηθείημεν*] *δυναίμεθα* Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK. *δυναίμεθα* Bekker. SCHAEFER.

P. 703. v. 7. *ἐν βραχέσι*] Deest praepositio Paulinae. REISK.

P. 703. v. 10. *αὐτὸν*] Abest ab August. primo. REISK. Si quis omittat, vix requiram. SCHAEFER.

P. 703. v. 10. *ἀδικήμασι*] *ἀδικήμασιν* Bekker. SCHAEFER.

P. 703. v. 10. *ἐν*] Abest a Paulina. REISK.

P. 703. v. 11. *ζητητάς*] Vulg. *ζητήσας*. *ζητητάς* Bavaricus, index Aldi, unde Lambinus repetiit. Et sic correxi. REISK. Citant hunc locum Harpocration p. 82. edit. Lips. et Photius c. 45., ubi legenda etiam quae paulo post sequuntur. SCHAEFER.

P. 703. v. 12. *τούτους*] *hos*, puta *ζητητὰς*, quaesitores furtorum. Videtur Wolfius *hos* exarasse, non *vos*, quod Iurinus taxat, operis id potius typographicis tribuendum. Scilicet digna haec erant, neque alia digniora, quae annotarentur. REISK. Di-

gniora tamen erant, quam tot vitia Paulinae, quibus enotandis Reiskius chartam perdidit. SCHAEFER.

P. 703. v. 13. *Ἀρχέβιον*] Villoisonus ad Apollonii Lexicon Homericum p. 2. Prolegomenorum contendit, vitiosam hanc esse scriptionem, meliorem *Ἀρχίβιον*. REISK. V. not. ad p. 694, 22. SCHAEFER.

P. 703. v. 13. *Λυσιθείδην*] *Λυσιθίδην* August. primus. REISK.

P. 703. v. 15. *Ναυκρατιτικὰ*] [*Ναυκρατητικά.*] An ita, an potius *Ναυκρατικὰ* scribendum, (nam utroque modo in MStis reperitur, non Demosthenis modo, verum etiam Ulpiani et Harpocrationis,) hodie non definio. Insedit olim et alia lectio, sed quae in nostros Codices non se extendit, neque se extendere debuit, *ναυκραρικὰ* scilicet, ut discimus ex Harpocratione. *Ναυκραρικά. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. μήποτε βέλτιον φέρεται ἐπὶ τοῖς Ἀττικιανοῖς Ναυκρατικὰ* (Cod. MS. Bibl. Reg. Cant. Cod. item Iacob. *Ναυκρατητικὰ*), *ἵν' ᾖ ἀπὸ Ναυκρατικοῦ* (*Ναυκρατητικοῦ* MSS.) *πλοίου, ἢ Ναυκρατιτῶν ἐμπλεόντων. ἡ γὰρ Ναύκρατις τὸ παλαιὸν ἐμπόριον ἦν τῆς Αἰγύπτου. ἐὰν δὲ ᾖ ναυκραρικὰ, εἴη ἂν τὰ τῶν ἀρχόντων· ναυκράρους γὰρ τὸ παλαιὸν τοὺς ἄρχοντας ἔλεγον.* Vide Maussac. ad loc. et H. Stephan. Thes. L. Gr. T. II. col. 1002. P. Leopard. Emendatt. VII. 19. Polluc. l. VIII. c. IX. TAYLOR. Vulg. *Ναυκρατητικά*. *Ναυκρατιτικὰ* August. primus. Et sic correxi per geminum iota. Sic enim debet a *Ναύκρατις* formari. REISK. V. Photius c. 211. SCHAEFER.

P. 703. v. 17. *προὐχειροτόνησεν*] S. *τὸν Εὐκτήμονα*. WOLF. Decipitur bonus Wolfius et annotando et interpretando. Cod. Ital. habet *προὐχειροτόνησε καὶ διεσκέψατο*. Id quid sibi velit, docebit Harpocratio, unaque ritum, de quo agitur, explicabit. *Προχειροτονία. ἔοικεν Ἀθήνησι τοιοῦτό τι γίγνεσθαι. ὁπόταν τῆς βουλῆς προβουλευσάσης εἰσφέρηται εἰς τὸν δῆμον ἡ γνώμη, πρότερον γίνεται χειροτονία ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πότερον δοκεῖ περὶ τῶν προβουλευσάντων* (lege cum Cod. Biblioth. Iacob. *προβουλευθέντων*) *σκέψασθαι τὸν δῆμον, ἢ ἀρκεῖ τὸ προβούλευμα.* TAYLOR. Locum hunc illuminavit Taylorus ex Harpocratione. REISK. V. Photius c. 345. SCHAEFER.

P. 703. v. 21. *Μελάνωπον*] V. Harpocration p. 119. edit. Lips. coll. Taylori praefat. ad h. Orat. Vitiose Hermanni Photius c. 187.: recte Porsoni p. 218. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 703. v. 23. *ἄνθρωποι*] Videtur addendum esse *Αἰγύπτιοι*. REISK. *ἄνθρωποι* Bekker. *ἅνθρωποι* Dindorf. Mallem vox abesset. SCHAEFER.

P. 703. v. 23. *ἀπεχειροτονήσαθ'*] Vulg. *ἐπεχειροτονήσαθ'*. *ἀπεχειροτονήσαθ'* August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. Sermo enim est de condemnatione. Est autem *ἀποχειροτονεῖν sententiam contra aliquem dare.* REISK.

P. 703. v. 23. *ἀπεχειροτονήσαθ' — μὴ φίλια εἶναι*] H. e. *ἀποχειροτονοῦντες ἔγνωτε μὴ φίλια εἶναι*. V. not. ad p. 697, 25. SCHAEFER.

P. 703. v. 26. *ἀνέγνω*] [*οὓς ἀνεγνώκατε*.] Utraque vox mendosa. Deest prior in Barocc. et Vindob. In aliis pro *ἀνεγνώκατε* legitur *ἀνέγνω*. Corrige igitur totum locum ad hanc normam: *τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς· τοὺς νόμους ἀνέγνω, καθ' οὓς — τῆς πόλεως γίγνεται τὰ χρήματα. Tum vos admonuit: leges recitavit, quibus* etc. Ita Cod. Ital. et similiter fere Vindob. TAYLOR. Vulg. *τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς τοὺς νόμους, οὓς ἀνεγνώκατε. τοὺς νόμους ἀνέγνω* August. primus, Bavaricus. Correxi *τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς, τοὺς νόμους ἀνέγνω*. Tametsi vel sic corruptam adhuc primam vocem iudico et legendum: *ταῦτ' ἀνέμνησεν. Haec omnia vobis ad mentem* vel *memoriam revocavit, recitavit leges, quarum ex auctoritate, rebus ita gestis, confiscantur opes.* Nam in *πραχθέντων* subauditur *τῶν πραγμάτων*. REISK. Placeret locus sic scriptus: *τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς τοὺς νόμους καὶ ἀνέγνω*. SCHAEFER.

P. 703. v. 26. *πραχθέντων*] Sub. *τῶν πραγμάτων*, vel *εἰσπραχθέντων τῶν χρημάτων*, vel *πραθέντων τῶν ἐκ τοῦ πλοίου*. WOLF. Nihil subaudiendum nisi quod toties in hac constructione subauditur, *αὐτῶν*. V. L. Bosii Ellips. p. 50. s. et Wellauerus ad Aeschyli Prometh. 861. SCHAEFER.

P. 703. v. 27. *γίγνεται*] *ἐγίγνετο* August. primus, cui non deest *τὰ*, ut perhibet Fabricius. REISK.

P. 703. v. 27. *ἐδόκει*] Redit ad Euctemonem. REISK.

P. 703. v. 28. *ἀναπηδήσας δ' Ἀνδροτίων*] Vulg. *ἀναπηδήσας Ἀνδροτίων. ὁ Ἀνδροτίων* August. primus. Malim *ἀναπηδήσας δ' Ἀνδροτίων*. Et sic dedi de meo. Quo nescio an Augustanus quoque ducat, in quo est *ὁ* ante nomen Androtionis. REISK. Particulam recte delevit Bekker. Est haec narratio *ἀσύνδετος*. SCHAEFER.

P. 703. v. 28. *καὶ Μελάνωπος*] Absunt a Bavarico. REISK.

P. 704. v. 1. *ταῦτα*] *ταυτὶ* Bavaricus. REISK.

P. 704. v. 1. *σκοπεῖτε ἂν*] *ἐσκοπεῖτε ἐὰν* August. primus. REISK.

P. 704. v. 2. *ἔχειν ὡμολόγουν*] Nonne *ἑαυτοὺς ἔχειν ὡμολόγουν*? JURIN. In editorum nonnullis: *ἀπέλυον τοὺς τριηράρχους· ἔχειν ὡμολόγουν παρ' ἑαυτοῖς· ζητεῖν ἠξίουν τὰ χρήματα*. Et Wolfius ad istum ritum olim interpretabatur: *absolvunt trierarchos, ipsi apud se habere fatentur, quaeri pecuniam postulant.* TAYLOR. *οὐκ ἔχειν* margo Lessing. Distinxi sic (tametsi raro mutatas a me distinctiones commemoro): *ἔχειν ὡμολόγουν, παρ' ἑαυτοῖς ζητεῖν ἠξίουν. fatebantur se pecunias habere, postulabant, ut vos eas penes se requireretis.* REISK. Voluit sic distinguere, non distinxit: nisi forte operae non auscultarunt. Ego quoque malim *παρ' ἑαυτοῖς* iun-

gere sequentibus. Quod autem Iurino excidit, mireris excidisse homini graece non indocto. SCHAEFER.

P. 704. v. 5. *θορυβοῦντες*] *βοῶντες* Paris. primus, August. primus, indices Aldi et Pauli, item Lessingiani margo. REISK. *βοῶντες* Bekker. SCHAEFER.

P. 704. v. 7. *ἐκείνοις*] *ἐκείνους* August. primus. REISK.

P. 704. v. 7. *αὐτῶν*] [*αὑτῶν*.] Ita pro vulgato *αὐτὸν* fide Ald. Ven. Barocc. Felic. Lindenbr. Paris. etc. TAYLOR. *αὐτῶν* Bekker. Et sic Paris.: ut Reiskianae asper spiritus typothetae lapso deberi videatur. SCHAEFER.

P. 704. v. 10. *γράφονται*] *γράφων τε* August. primus. REISK.

P. 704. v. 10. *γράφονται τὸ ψήφισμ'*] Sub. *τὸ Εὐκτήμονος οἱ πρεσβεύσαντες, Ἀνδροτίων καὶ οἱ λοιποί.* WOLF.

P. 704. v. 10. *ψήφισμ'*] Immo *ψήφισμα*, ut Paris. et Bekker.: nam hac voce pronuntiata oportet vox insistat. SCHAEFER.

P. 704. v. 11. *εἰσῆλθεν*] *εἰσῆλθον* August. primus. REISK. Scilicet *τὸ ψήφισμα.* Docet etiam quod sequitur *ἔδοξεν εἰρῆσθαι.* V. Ind. Graecitat. p. 189. SCHAEFER.

P. 704. v. 12. *προσῆκε*] *προσῆκεν* Bekker. SCHAEFER.

P. 704. v. 13. *νόμου — δήπου*] Verba sic dant ordinata August. primus et Bavaricus: *νόμου δ' οὐδοτιοῦν οὐδενὸς δήπου προσέδει.* REISK. Hoc ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 704. v. 16. *πάντα γ'*] *γ'* abest ab August. primo et Bavarico. REISK. Recte *πάντ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 704. v. 17. *ἐφ' ἑαυτὸν*] *ἐπ' αὐτὸν* August. primus. REISK.

P. 704. v. 18. *πανουργίαις*] *κακουργίαις* margo Lutetianae. REISK.

P. 704. v. 21. *ὑπομνῆσαι — ὑμᾶς καὶ*] Haec absunt ab August. primo, qui sic dat: *πρῶτον τὸν καιρὸν εἰπεῖν, ἐν ᾧ τίθησι —.* REISK. Satis placet. V. not. ad p. 705, 6. SCHAEFER.

P. 704. v. 25. *προσεκκεχλευακὼς*] *γρ. προσκεχλευακὼς* Paris primus, August. primus. REISK. Vere, ut opinor. SCHAEFER.

P. 704. v. 26. *ἐκεῖνοι*] Nominati v. 2. REISK. Voluit citare p. 703, 28. SCHAEFER.

P. 704. v. 27. *οὐδὲ*] Post *οὐδὲ* videtur aliquid deesse, e. c. *ὄναρ*, aut *καθ' ἕν*, aut *μικρὸν*, vel tale quid. REISK. Nihil deest. Sententia plena sic habet: *οὐδὲ παρεσκευασμένοι — ποιεῖν, μήτι γε ποιοῦντες.* SCHAEFER.

P. 704. v. 28. *παρεσκευασμένοι*] *γρ. παρασκευασάμενοι* margo Lutetianae, August. primus. REISK.

P. 705. v. 1. [*εἰσιν*]] Collocatum dat August. primus post *ἐκτίνειν*. Inclusi uncis. Solet verbum *εἰμὶ* post *ἕτοιμος* omitti.

REISK. Verbum delevit Bekker. Ego Augustanum sequar. Omisso quidem verbo vereor ne oratio minus concinne structa videatur. SCHAEFER.

P. 705. v. 5. *τοὖργον*] *τοὔργον* Dindorf. SCHAEFER.

P. 705. v. 5. *τῶν μὲν γὰρ χρημάτων*] [*τῶν γὰρ χρημάτων.*] *τῶν μὲν γὰρ χρημάτων* Aug. et Vindob. TAYLOR. Vulg. *τῶν γὰρ χρημάτων. τῶν μὲν γὰρ χρημάτων* August. primus, Bavaricus, Aldina. Addidi *μὲν*. REISK.

P. 705. v. 6. *ἐκείνοις τοῖς χρόνοις*] [*ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις.*] Ita lego. WOLF. Nam ab impressis aberat *τὸ ἐν*. TAYLOR. *τοῖς χρόνοις* absunt ab August. primo. REISK. Bekkerus: „*ἐκείνοις*] *ἐκεῖνοι* correctus k.“ et: „*τοῖς χρόνοις* om. k. s.“ Dindorfius aliquot exempla recensens vocis *χρόνος* a scribis in textum illatae (add. variet. lection. ad p. 704, 21.) praefat. p. IX. s.: „Quum *τοῖς χρόνοις* ab tribus libris egregiis absint, videndum an vera sit Parisini libri unius scriptura, *τῶν μὲν γὰρ χρημάτων ἐκεῖνοι δραχμὴν οὐ κατέθηκαν ὑμῖν.*“ Disputatio sane quam probabilis. SCHAEFER.

P. 705. v. 7. *πλείους τοὺς ὑπάρχοντας*] Post *πλείους* videtur *ὄντας* deesse. *unaque sua lege leges veteres, quae dudum ante eam in usu fuerunt, tametsi sunt numero plures, debilitarunt.* Significat autem leges *περὶ τῶν παρανόμων* vel *περὶ τῆς νομοθεσίας*. Malim quoque *καὶ πλείους*, *complures*. *καὶ* solet eleganter addi redundans. REISK. Cur non longius progressus etiam post *ἑνὶ* insertum voluit *ὄντι*? SCHAEFER.

P. 705. v. 8. *τεθέντων ἐν ὑμῖν*] *ἐν ὑμῖν τεθέντων* Bekker. SCHAEFER.

P. 705. v. 9. *δὴ*] *δὲ* August. primus. REISK.

P. 705. v. 15. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* August. primus, Bavaricus. REISK. *ἡμῖν* Bekker. SCHAEFER.

P. 705. v. 16. *μὲν*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 705. v. 17. *ἐστὶ γεγραμμένος*] Vulg. *ἐστὶν ἐγγεγραμμένος*. *ἐστὶ γεγραμμένος* August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 705. v. 18. *δέδωκε*] Scilicet *ὁ νομοθέτης*. Quod addi opus non fuit, cum nemo non audientium hoc loco de legislatore intelligeret. Interim miror ellipsium venatores hinc suum in catalogum non intulisse substantivum *νομοθέτης*. SCHAEFER.

P. 705. v. 18. *τοῦτο πράττειν*] Vulg. *πράττειν τοῦτο*. Invertunt August. primus et Bavaricus. REISK.

P. 705. v. 19. *πρόσθεν*] *πρόσθε* (sine *ν*) August. primus, Bavaricus. REISK. *πρόσθε* Bekker. SCHAEFER.

P. 705. v. 20. *γράψαντα,*] Delenda subdistinctio: nam *σκοπεῖν* arctissime cohaeret cum *ἐκθεῖναι*. SCHAEFER.

P. 705. v. 20. *πᾶσι*] Post *πᾶσι* addit Paulina *τούτοις*. REISK.

P. 705. v. 21. τιθέναι κελεύει] Vulg. κελεύει τιθέναι. Invertunt August. primus et Bavaricus. REISK.

P. 705. v. 22. οὐδὲν ἴσως ὑμᾶς κατεπείγει] Vulg. ἴσως οὐδὲν κατεπείγει ὑμᾶς. οὐδὲν ἴσως ὑμᾶς κατεπείγει August. primus. ἴσως ὑμᾶς οὐδὲν κατεπείγει Bavaricus. REISK.

P. 705. v. 25. ἦν] Ita Codd. fere omnes. εἴη Bodlei. In editorum quibusdam suffocatur ἦν. TAYLOR. Abest ab Aldina et Paulina. REISK.

P. 705. v. 26. ἐποιεῖτο κατηγόρημα] ἐποίει τὸ κατηγόρημα Bavaricus. REISK.

P. 705. v. 28. διελόμενον] „Male acceptum pro *distinguere*: immo *disserere* vertendum erat. Ordo est: λέγειν καθ' ἕκαστον χωρὶς, διελόμενον περὶ ἑκάστου. Sic mihi videtur saltem. διελόντα est *distinguentem*. Vid. in Aristocr. p. 733. D. 738. A. [edit. Francof.]" Dorvillius ad Chariton. p. 595. m. edit. Lips. Sic vero scribendum fuit διαιρούμενον. διελόμενον h. l. idem valet quod διελόντα. ἀνάγκη χωρὶς ἕκαστον διελεῖν ἐστιν p. 817, 10. SCHAEFER.

P. 705. v. 28. πρῶτον μὲν οὖν] Sic ex MSS. optimis et plurimis. TAYLOR. Vulg. πρῶτον μέν. πρῶτον οὖν August. primus. Correxi πρῶτον μὲν οὖν. REISK.

P. 705. v. 28. ὅπερ] Vulg. ὥσπερ. ὅπερ August. primus, Bavaricus, Aldina. Et sic correxi. REISK.

P. 706. v. 1. ὡς] ὅτι August. primus. REISK.

P. 706. v. 3. λάβε] λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 706. v. 7. *ΕΠΙΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ ΝΟΜΩΝ.*] Legem, quae sequitur, expedite satis et enucleate interpretantur cum Ulpianus in scholiis ad hunc locum tum Sam. Petitus LL. Attic. Lib. II. Tit. I. Quod si nonnulla restent in hac constitutione, quae rudem et infirmum animum offendere possint, veluti quod vel prave repeti, vel minus apte cohaerere, vel quovis demum modo parum expedita esse videantur, intelligendum est, hanc minime esse, ut olim iudicabant et hodie fortasse iudicant, legem continuo tenore allegatam, verum auctorem nostrum, quaecunque in tabulis publicis ad legum ferendarum abrogandarumque ritum spectarent, huc fere contulisse omnia. Quae cum uno quasi spiritu olim recitarentur, evenit, ut a librariis uno deinceps et perpetuo ductu pariter describerentur. Simile aliquod arbitror me adnotasse ad Aeschinem contra Timarchum [p. 36. not. 38.]. Haec autem ita se habere, fidem facient quae sequuntur. Scribam enim excitaturus ad recitandum ait v. 3. λάβε τουτουσὶ τοὺς νόμους καὶ ἀνάγνωθι. deinde iudices ad animum advertendum v. 5. προσέχετε τὸν νοῦν ἀναγιγνωσκομένοις τοῖς νόμοις. Facta demum recitatione immediate subiungit pag. 707, 18. Οὗτοι πάντες οἱ νόμοι —. et procedente paulo Oratione

pag. 709, 22. *εἰδότα τοὺς νόμους, ὧν ὀλίγῳ πρότερον πάντες ἠκούσατε.* Religionem huius populi in legibus suadendis abrogandisque attingit quoque Demosthenes in Leptinea ad hunc locum conferendus. Quanta autem ea fuerit religio, ut intelligere possimus, leges, quae iam adducuntur, non gravabor liberiore quadam oratione, ea forma, qua mihi videntur esse digerendae, hic describere, scilicet:

LEGUM RECENSIO
sive
CAPITULA DE RITU LEGUM FERENDARUM.

Anno vertente, in prima populi concione, die scilicet 11. *primi mensis, Hecatombaeonis,* [Prytanea enim erat spatium 35 dierum, decima nempe pars anni, pro numero tribuum, quae serialim *ἐπρυτάνευον*: in singula autem prytanea tres legitimas sive solennes conciones haberi mos erat, diebus scilicet istius periodi 11. 20. et 30.] *quamprimum praeco solennia vota peregerit* [vid. Aeschines c. Timarch. p. 48, 13.], *ad populum referunto de legibus: primum de iis, quae spectant ad senatum, deinde quae ad communem reip. statum, novissime vero quae ad magistratus. Roganto autem priore loco, an sufficiant leges, quae de senatu sunt, deinde an non sufficiant; atque eodem ritu deinceps de caeteris.*

Rogatio de legibus ferendis abrogandisve eodem more ritu-que celebrator, qui hodie in caeteris rogationibus lege obtinet.

Si, populi voluntate explorata, visum erit aliquas leges abrogatum iri, novarum ferendarum hic ritus esto. Prytanes, quorum sub praefectura ea abrogatio placebit, necessario providento, ut de tribus concionibus in eorum prytanea habendis postrema celebretur de iis legibus examinandis perspiciendisque, quas populo videbatur abrogare: proëdri autem, qui in ista tertia concione fuerint, [Quinquaginta enim prytanes in quinque decurias distinguebantur: decem viri autem illi uniuscuiusque manipuli proëdri vocabantur. Cum vero in singula prytanea tot essent hebdomades, quot erant istiusmodi decuriae, unusquisque Xviratus sua hebdomade imperitabat, unusquisque vir suo die: is erat epistates. Unde eveniret, ut tres ex unaquaque proëdria ad summam rerum non admoverentur.] *sacris peractis statim necessario ad populum referunto de nomothetis sortito deligendis, de legibus ad eorum curam et arbitrium deferendis, denique de stipendio iis persolvendo.*

Nemo ad nomothetae munus admittatur, qui non fuerit ex ordine numeroque eorum, qui in heliaea iudiciis praesint, et iusiurandum praestiterit ab iis iudicibus exigi solitum.

Si prytanes secus fecerint, neque concionem celebrarint iuxta formam in legibus praescriptam, aut si proëdri iuxta formam

non retulerint, mulctator prytanum unusquisque mille drachmis Minervae consecrandis, proëdrorum vero unusquisque quadraginta similiter. Eorumque deinde nomina ad thesmothetas deferre fas esto eodem modo, uti quis quem detulerit, qui magistratum gesserit, quando fisco publico aerarius fiet. Thesmothetae vero litem legitimam contra eos instituunto iuxta leges de delationibus. Si secus fecerint, a senatu Areopagitico excluduntor, quemadmodum excluduntur ii, qui legum emendationem labefactaverint.

Ante diem concionis habendae, quicunque Atheniensium legem novam ferre voluerit, legem istam legesve, quas rogaturus est, describito: descriptas ad statuas eponymorum [Erant hi heroës, quorum nomine singula tribus designabatur.] *publice proponito: ita ut, perspecto numero legum ibi prostantium, populus pro rata decernat, quantum temporis nomothetis ad munus suum exsequendum concedi fas sit.*

Alia constitutio aliunde sumta de eodem ritu:

Quicunque novam legem rogare voluerit, eam is in album describito et publicato ad statuas eponymorum de die in diem, usquedum habita fuerit concio de ista lege deliberatura.

Prima concione, qui erit dies Hecatombaeonis 11., *V viri eliguntor ex omni Atheniensium populo; iique patroni sunto earum legum, de quibus retinendis abrogandisve ad nomothetas relatio facta fuerit.*

Atque haec quidem hactenus: caetera currente rota adnotabimus. TAYLOR.

P. 706. v. 8. τῇ ἑνδεκάτῃ] τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνός. Infra p. 708. l. 10. τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τοὺς νόμους ἐπεχειροτονήσατε, οὔσης ἑνδεκάτης τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς, δωδεκάτῃ τὸν νόμον εἰσήνεγκεν. SEAGER. *Diar. Classic.* LVIII. p. 363.

P. 706. v. 10. κῆρυξ] κήρυξ Dindorf. SCHAEFER.

P. 706. v. 10. ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν] Subaudi δεῖ τοὺς πρυτάνεις. *danto prytanes concioni facultatem leges veteres suffragio suo confirmandi.* REISK.

P. 706. v. 11. περὶ] Posterius περὶ delevit Bekker. Recte. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 706. v. 12. εἶτα τῶν ἄλλων ἀρχῶν] Forte εἶτα περὶ τῶν —. et [v. 14.] εἶτα περὶ τῶν κοινῶν. WOLF. Non opus. Talia omittere est τῆς νομοθετικῆς βραχυλογίας. SCHAEFER.

P. 706. v. 13. ὅτῳ — ὅτῳ] De hac constructione v. L. Bosii Ellips. p. 364. Xenophon Cyrop. V. 2. 35. αἱ νῖκαι ἔσονται —, ὁπότεροι ἂν πλείονα ὄχλον ἀπαριθμήσωσιν. SCHAEFER.

P. 706. v. 14. εἶτα τῶν κοινῶν] Hic necessarium puto περὶ addi: v. 12. minus. Idem est ac si dixisset: εἶτα περὶ τῶν κοι-

νῶν ἔστω ἡ ἐπιχειροτονία ἡ προτέρα, ὅτῳ δοκοῦσιν ἀρκεῖν etc. REISK.

P. 706. v. 15. κατὰ ταὐτά] Perperam Wolfius κατὰ ταῦτα. Corrige ταὐτά cum MSS. TAYLOR. κατ' αὐτὰ August. primus. REISK.

P. 706. v. 17. ἐπιχειροτονία] Loci ratio omnino postulat ἀποχειροτονία. Ecce: Ἐάν τινες τῶν νόμων ἀποχειροτονηθῶσι, τοὺς πρυτάνεις, ἐφ' ὧν ἡ ἀποχειροτονία γένηται, ποιεῖν περὶ τῶν ἀποχειροτονηθέντων κ. τ. λ. *Si contingat, ut aliquae leges* improbentur, *prytanes* [male et indistincte Wolfius *senatores*], *quorum in magistratu* improbabuntur, *concionem indicant de legibus ita* improbatis. Hanc lectionem tuentur Codd. Ven. Lindenbr. Bodlei. Aug. Ital. et Vindob. TAYLOR. ἀποχειροτονία August. primus, Lessing. Mavult Taylorus ἀποχειροτονία, cuius lectionis profecto sunt auctores haud contemnendi. Sed vulgata bene habet. Sententia est: *qui prytanes concionem super legibus confirmandis in suffragia mittunt, iidem legibus, si quae sint abrogandae, diem constituunto, concionem illius prytaniae postremam.* Adhuc dum sermo est de prima anni cuiusque ineuntis concione stata, in qua duo haec agebantur: ut veteres confirmarentur leges; tum ut, si visum esset quibusdam, velut leges ut parum sufficientes novis quibusdam augere, aut veterum quasdam tollere, dies certa ei mutationi suscipiendae indiceretur. REISK.

P. 706. v. 20. τοὺς — προέδρους] V. Harpocration p. 153. edit. Lips. coll. Taylori praefat. ad h. Orat. SCHAEFER.

P. 706. v. 20. τυγχάνωσι] Vulg. τύχωσι. τυγχάνωσι August. primus. Et sic correxi. REISK. τύχωσι Bekker. SCHAEFER.

P. 706. v. 21. ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ] postrema scilicet primae prytaniae. REISK.

P. 706. v. 21. χρηματίζειν] *respondeant* Wolfius et hic et infra saepius. Potius *referant* vel *dicendi potestatem faciant.* IURIN.

P. 706. v. 22. καθ' ὅ τι καθεδοῦνται] *quam in formulam,* h. e. quo tempore et ad quantum usque tempus, quo loco, quibus super causis, *sessuri sint,* h. e. iudicaturi. REISK. σκέψασθαι, καθ' ὅ τι τοὺς νομοθέτας καθεδεῖτε p. 708, 1. χρηματίζειν, καθ' ὅ τι ἂν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δοκῇ p. 715, 4. s., ubi v. not. V. Ind. Graecitat. p. 292. SCHAEFER.

P. 706. v. 23. τοῦ] Abest a Bavarico. REISK.

P. 706. v. 23. νομοθέτας] νομοθέταις August. primus. REISK.

P. 706. v. 25. τὸν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 706. v. 25. δ'] Abest a Bavarico. REISK.

P. 706. v. 26. ποιῶσι] ποιήσωσι Paris. primus, August. primus. REISK. Placet: nam sequitur χρηματίσωσι. SCHAEFER.

P. 706. v. 26. *προγεγραμμένα*] Vulg. *γεγραμμένα. προγεγραμμένα* August. primus. Et sic correxi. REISK. *γεγραμμένα* Bekker. SCHAEFER.

P. 706. v. 27. [*κατὰ τὰ γεγραμμένα*]] Absunt ab August. primo. Uncis inclusi ut perperam e proximo superiori versu iterata. REISK. Uncos amovit Dindorf. SCHAEFER.

P. 706. v. 27. *ὀφείλειν τῶν μὲν*] *ὀφειλόντων μὲν* August. primus, ubi Fabricius seu Wolfius adscripsit *perperam* suum. F. voluit *ὀφειλόντων τῶν μὲν πρυτάνεων ἕκαστοι.* REISK.

P. 707. v. 1. *τετταράκοντα δραχμὰς*] Nescio an *τετταράκοντα μνᾶς.* Quae enim proportio inter 40 drachmas et 10 minas? Prytanum si unusquisque multandus dicitur mille drachmis, qui multo plures erant numero et dignitate inferiores, quanto est convenientius existimare, prohedris, qui pauci essent et gradu eminerent, multo maiorem multam, quadruplam istius, esse imperatam? REISK. Multa censebatur non numero et dignitate deliquentium, sed gravitate delicti. SCHAEFER.

P. 707. v. 2. *θεσμοθέτας*] *νομοθέτας* Bavaricus. REISK. V. Harpocration p. 88. edit. Lips. coll. Taylori praefat. ad h. Orat. Bavarici scriptura debetur interpreti. V. Hesychius T. I. c. 1702. et Photius c. 69. in. SCHAEFER.

P. 707. v. 5. *εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον*] [*εἰσαγόντων εἰς τὸ δεσμωτήριον.*] *Τὸ ἀπάγειν εἰς τὸ δεσμωτήριον* usitate dicitur, idque *τῶν ἕνδεκα* munus fuit: *εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον*, quod *τῶν θεσμοθετῶν.* WOLF. Recte distinguit vir eruditus inter munus lictoris et thesmothetae. Tu ergo in posterum lege *εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον*, ad *iudicium* nempe, non ad *supplicium*, ut legendum praecipiunt MSti Aldini, Barocc. Reg. *α.* Lindenbr. Ital. Vindob. Aug. cum impressis a Manutio et Feliciano. TAYLOR. Vulg. *δεσμωτήριον. δικαστήριον* August. primus, Bavaricus, Lessing. Weimar. index Aldi. Et sic correxi. REISK.

P. 707. v. 5. *ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς Ἄρειον πάγον*] Sub. *οἱ θεσμοθέται*: de quibus vide Argumentum Androtianae p. 588. WOLF. *alioquin ne ascendant* (promoveantur, provehantur) *in Areopagum.* SEAGER. *Diar. Classic.* LVIII. p. 364.

P. 707. v. 7. [*νομοθετεῖν*]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. Subauditur *τοῦτο ποιεῖν.* REISK. Vocem delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 707. v. 8. *πρόσθεν*] *πρόσθε* August. primus. Item v. 13. et p. 708, 3. REISK. *πρόσθε* Bekker. SCHAEFER.

P. 707. v. 10. *τεθέντων*] Vulg. *ἐκτεθέντων. τεθέντων* simplex Paris. primus, August. primus. Praetuli simplex. REISK.

P. 707. v. 13. *πρόσθεν*] *πρόσθε* Bekker. V. not. ad v. 8. SCHAEFER.

P. 707. v. 13. ὁσημέραι] ὁσήμεραι August. primus antepenacute. REISK.

P. 707. v. 15. τὸν δῆμον] [τῶν δήμων.] Rectius aliquanto τὸν δῆμον, scilicet αἱρεῖσθαι τὸν δῆμον τοὺς συναπολογησομένους, prout habetur in Ven. Aug. Ital. atque uti divinavit Lambinus. TAYLOR. Vulg. τῶν δήμων. τὸν δῆμον August. primus, Bavaricus, index Lambini. Et sic correxi. REISK.

P. 707. v. 16. οἳ] οἷοι August. primus. REISK.

P. 707. v. 17. τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνός] Miror haec addita. SCHAEFER.

P. 707. v. 21. καὶ οὐδεὶς — ἔχειν αὐτούς] Vulg. καὶ οὐδεὶς πώποτε μὴ οὐ καλῶς ἔχειν ἀντεῖπεν αὐτούς. Verba sic ordinata dant August. primus et Bavaricus: καὶ οὐδεὶς πώποτε ἀντεῖπε μὴ οὐ καλῶς ἔχειν αὐτούς. Et sic dedi. REISK.

P. 707. v. 25. ἐφ' ὑμῖν] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 707. v. 26. διαχειροτονίαν] Citat hunc locum Harpocration v. Διαχειροτονία. REISK.

P. 708. v. 1. σκέψασθαι] Vulg. σκέψεσθε. σκέψασθαι margo Lutetianae e Paulina, August. primus, Bavaricus, Lessing. Et sic correxi. REISK.

P. 708. v. 1. καθεδεῖτε] καθέξειν [καθίζειν certe] νομοθέτας ἐνεργητικῶς accipiendum. Obsop. καθιεῖτε, παρὰ τὸ καθιέω, τὸ καθίημι. WOLF. Praeter Obsop. ita quoque legunt margo Benenati, Lindenbr. Ital. Bodlei. MSS. Manut. et Felic., Cod. item Venetus, qui etiam exhibet τοὺς νόμους καθιεῖτε. Atque καθιεῖτε certissima est lectio, a verbo καθίζω regulariter deducta, non παρὰ τὸ καθιέω, ut somniavit Wolfius. καθεδεῖτε certe nescio unde deduceretur. TAYLOR. καθιεῖτε margo Lutetianae ex indice Paulinae. καθεδεῖται August. primus, Aldina. καθεδεῖτε Weimaranus e suorum secundo cum interpretatione *constituetis*. καθεδεῖτε est secunda pluralis futuri secundi activi a καθέζω. Utramque lectionem, καθεδεῖτε et καθιεῖτε, dant diversae manus in Lessingiano. REISK. Haec ille in Variet. lection. In Annotatt. haec: „καθεδεῖτε. Improbat hanc lectionem Taylorus et solam καθιεῖτε probat ut devenientem a futuro 1. verbi καθίζω, quod huic loco unice conveniat, non cogitans ille καθεδῶ perinde futurum esse posse a verbo καθέζω, quod idem significat atque καθίζω. Quare nil opus esse iudicavi hic quicquam mutari. Habet utraque lectio suos auctores eosque idoneos." Atqui Graecitas novit medium καθεδοῦμαι, non novit activum καθεδῶ. καθιεῖτε Bekker. Quod quantumvis aptum sit loco, mirationem tamen movet insignis scripturae diversitas reperta in Codd. Bekk. Inprimis advertit me quod e Cod. k. enotatum est καθεδεῖται (σθαι superscr.). Scripsitne Orator repetens ipsa legislatoris verba (v. p. 706, 22.)

καθ' ὅ τι τοὺς νομοθέτας καθεδεῖσθαι? Hoc si scripsit, comparanda est persimilis constructio, quam passim legimus: *ἐφ' οἷς ἐξεῖναι.* Conf. not. ad p. 505, 18. et ad p. 637, 10. SCHAEFER.

P. 708. v. 2. *τούτῳ*] Malim *τούτων*. *interea dum ista fiunt.* REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 708. v. 2. *τούτῳ χρόνῳ*] *χρόνῳ τούτῳ* Bekker. SCHAEFER.

P. 708. v. 3. *πρόσθεν*] *πρόσθε* Dindorf. V. not. ad p. 707, 8. SCHAEFER.

P. 708. v. 5. *τι κατίδῃ*] *κατίδῃ τι* Bekker. SCHAEFER.

P. 708. v. 5. *ἀντείπῃ*] [*ἀντείποι.*] Melius forte *ἀντείπῃ*, ut editt. Manut. et Felic. cum MStis Lindenbr. et Vindob. atque uti mavelit Lambinus. TAYLOR. Vulg. *ἀντείποι*. *ἀντείπῃ* August. primus, Paulina. Correxi *ἀντείπῃ* ob reliquos tot coniunctivos praemissos. REISK. Mira vero ratio. Sed modorum differentiam usumque illa aetas, frustra praelucente facem Dawesio, fere ignoravit. SCHAEFER.

P. 708. v. 6. *ὄντων*] Abest ab Aldina. REISK.

P. 708. v. 7. *οὑτοσί*] Bekkerus: „*οὑτοσίν* r. s." SCHAEFER.

P. 708. v. 8. *ἀνέμεινεν*] Ita ego. [Alii enim *ἐνέμεινεν*.] et v. 11. *ἐπεχειροτονήσατε* pro *ἀπεχειροτονήσατε*. et ibid. *οὔσης ἐνδεκάτῃ*, ut in Lege *τῇ ἐνδεκάτῃ* et mox v. 12. *δωδεκάτῃ*. Deinde v. 14. *διαπραξάμενος διὰ τοῦ ψηφίσματος. τὸ τί; καθίζεσθαι νομοθέτας.* WOLF. Vulg. *ἐνέμεινεν*. *ἀνέμεινεν* margo Lutetianae, August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 708. v. 10. *χρόνων*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 708. v. 11. *ἐπεχειροτονήσατε*] *ἀπεχειροτονήσατε* Paulina. Sed corrigit Wolfius in Annotatt. [ad v. 8.]. REISK.

P. 708. v. 11. *ἐνδεκάτης*] Immo *ἐνδεκάτῃ*, quomodo etiam Wolfius ad v. 8. correxit. SCHAEFER.

P. 708. v. 13. *ἀφειμένης*] *ἀφειλαμένης* August. primus. Cuius erroris enormitate ne quis offendatur, tenendum, antiquam illam manum primitus dedisse *τιμῆς*, sed postmodum, agnito errore, super *τιμ* posuisse puncta, quae significarent, illas tres literas delendas esse, et superscripsisse *βουλ*. Sed errorem in *ἀφειλαμένης* commissum pariter tollere omisit: nam in scholiis ab eadem manu perspicue et sine litura exaratum est *ἀφειμένης*. REISK.

P. 708. v. 15. *τοῦ*] Vulg. *τὸ*. *τοῦ* Aldina, Paulina, unde index Lambini repetiit. Et sic corrigit quoque Wolfius [ad v. 8.]. Plane omittunt August. primus et Bavaricus. Correxi *τοῦ*. REISK. Articulum delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 708. v. 17. *εἰδῆθ'*] *ἴδηθ'* Dindorf. ex optimo Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 708. v. 17. *καὶ*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 708. v. 18. οὗτοι] Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 708. v. 18. λάβε] Λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 708. v. 20. ἀναγίνωσκε] ἀναγίγνωσκε Bekker. SCHAEFER.

P. 708. v. 22. Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρώτης κ. τ. λ.] Ex hoc loco videtur colligi posse, unamquamque tribum vel φυλὴν divisam fuisse in decem partes seu προεδρίας, et unamquamque obtinuisse, id est, praefuisse concilio unum diem usque ad ultimum vel decimum, et sic indigitari, Πανδιονὶς πρώτη, Πανδιονὶς δευτέρα, Πανδιονὶς τρίτη, usque ad decimam, post quam prima recurrebat ad undecimum diem τῆς πρυτανείας, et sic deinceps. Ideo hoc loco praesidet prima Pandionis undecimo prytaniae die. PALMER. Adde eundem Palmerium ad Petiti Legg. Attic. L. III. Tit. I. pag. 269. edit. Wesseling. (ubi fallitur vir doctissimus autumatque, dici τῆς Πανδιονίδος πρώτην, δευτέραν etc., subintellecta voce προεδρίαν.) Scaliger. de Emendatione Tempor. l. II. init. Dodwell. de Cyclis Diss. III. §. 37. et Ulpianum denique in scholiis ad hunc locum. Quo pacto haec verba sunt intelligenda, paucis expediam. Quod dixit olim p. 706, 8. Ἐπὶ τῆς πρώτης πρυτανείας, τῇ ἑνδεκάτῃ, effert modo: Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρώτης, τῇ ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας. Et nihil variatur. Tribus enim Pandionis (sive sorte hoc anno id obtigerit, ut primam prytaneam gereret, uti omnes nos olim sensimus, sive istam praerogativam iure obtinuerit et caeterae quoque tribus ordine et serie ad prytaneam quaeque suam succederent, ut Dodwellus solus in l. c. sibi in animum induxit,) in hoc loco nomen suum primae prytaneae adnectit, quod in priore isto auctor dissimulavit. Ait igitur: *Prima prytanea, id munus gerente tribu Pandionide, die vero undecimo istius prytaneas*, caetera. Confer p. 712, 18. 723, 10. Sane ubi rem mecum expendam, videtur mihi Legislator in loco priore, scilicet p. 706, 8., cum generaliter et de rebus futuris praecipiat, nomen tribus non adiecisse propter sortis incertitudinem, nescius scilicet, quaenam praesideret: at cum Orator rem gestam et praeteritam narret, aut ubi ad acta civitatis monumentaque publica refertur, quid quo magistratu consignatum sit, ibi liquido potuisse vel disertissime scribi tribus, quae praeerat. Accedit etiam, quod eadem sit mens Ulpiani, cuius auctoritatem aut ignoravit aut dissimulavit Dodwellus. Ἐνταῦθα καλῶς προσέθηκε τὴν φυλὴν, τὴν Πανδιονίδα, ἐπειδὴ ἔτυχε τότε αὐτὴν κληρωθῆναι πρώτην πρυτανεῦσαι. ἀνωτέρω, ἐπειδὴ τὴν ἐπιχειροτονίαν τῶν νόμων ἀνέγνωκεν, εἰκότως οὐχ ὥρισε, ποίας πρυτανευούσης πρώτης· ἐπειδὴ ἄδηλον ἦν, ὡς εἴπομεν, ποία κληροῦται ἀεὶ κατὰ τὸν πρῶτον μῆνα πρώτη πρυτανεῦσαι. Verum utcunque ea res sit, omnino admittenda est mea de hoc loco sententia, ni potior esse videretur doctissimi Iurini divinatio, quae sequitur. TAYLOR. Πρώτη Πανδιονὶς, quod illo nimirum anno Pandionis tribus Hecatombaeone mense, qui primus erat anni mensis, prima prytaniae munere fungeretur.

V. celeb. Corsini F. A. T. I. p. 101. TAYLOR. *in Schedis.* Puto rescribendum vice πρώτης πρυτανευούσης. Ita etiam p. 712, 18. IURIN. πρώτης, scilicet ἐν τούτῳ τῷ ἔτει (vel τότε) πρυτανευούσης. In prytania tribus Pandionidis, quae tribus tum temporis vel isto anno prima prytaneatum agebat, et quidem undecimo die, numerando ab initio istius prytaniae. Videntur tribus quotannis sortitae fuisse, quo ordine prytaneatum agerent. REISK.

P. 708. v. 23. Ἐπικράτης] [Τιμοκράτης.] Immo Ἐπικράτης potius. Hoc enim psephisma non rogatur a Timocrate, sed a quodam eius amico, Timocrateae rogationi succenturiante atque aditum struente. Atque in eadem sententia Ulpianum esse video, qui per totam hanc Orationem optimam operam praestitit: ψήφισμα (hoc nempe praeparatorium) ἔγραψεν Ἐπικράτης, φίλος τοῦ Τιμοκράτους, —. εἰ γὰρ καὶ τὰ δύο ἐποίησεν ὁ Τιμοκράτης, ὕποπτος ἂν ἐγίνετο. Vide hominem ad v. 21. et p. 709, 13. Porro in omnibus fere, praestantissimis certe, exemplaribus Ἐπικράτης scribitur, non Τιμοκράτης, Ven. scilic. Bodlei. Lindenbr. Aug. Ital. Vindob. Expedire autem mihi aliquem velim, unde aliter tot librarii adriperent ignotum istum Epicratem. Proclive erat vicissim, id quod nonnulli faciunt, ab ignoto Epicrate ad notiorem Timocratem deflectere. Vidit huius correctionis necessitatem Petitus ad LL. Att. p. 87. edit. ornatissimi Wesselingii. TAYLOR. Vulg. Τιμοκράτης. Ἐπικράτης August. primus. Et sic correxi. Epicrates ergo scripsit decretum, quod legi Timocratis (altero die post latae) aditum munivit. V. p. 712, 18. REISK.

P. 708. v. 23. θύηται] [θύηταί τις.] Dele τις, fideiussoribus Ven. Barocc. Bodlei. Lindenbr. Ital. Vindob. TAYLOR. Vulg. θύηταί τις. τις abest ab August. primo, Bavarico. Delevi. θύηται h. l. est, non medium, sed passivum. *quomodo sacra diis fiant.* REISK. Non *quomodo*, sed *ut.* SCHAEFER.

P. 708. v. 23. ἡ διοίκησις] ἡ δαπάνη, ἡ χορηγία. Sic οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, οἱ τῶν προσόδων τῆς πόλεως ἐπιμελούμενοι. WOLF. Aliquatenus Wolfius. Non autem vidit, quam solenni usu et proprietate sermonis aliquando hoc vocabulum denotet *reditum civitatis*, *bona sive fortunas reip.*, quarum nempe auxilio διοικοῦνται τὰ πάντα. Adducam nonnulla, unde ea, quae dixi, cum indicta sint alio ore, elucidari et confirmari possunt. Noster infra in hac ipsa Oratione p. 730, 23. ἔτι τοίνυν τὴν διοίκησιν ἀναιρεῖ, τήν θ' ἱερὰν καὶ τὴν ὁσίαν, scilic. reditus tam sacros quam publicos, tam res religionis quam quae sunt universitatis. Proxime ibid. v. ult. διὰ τοίνυν τοῦ νόμου τούτου διοικεῖται τὰ κοινά. Hoc est, ut locus ille indicat: *ex hac lege factum est, ut reip. facultates suppetant.* Pergam porro: p. 731, 4. οὐ γὰρ ὄντων ἱκανῶν τῶν ἐκ τῶν τελῶν χρημάτων τῇ διοικήσει τὰ προσκαταβλήματα ὀνομαζόμενα διὰ τὸν τοῦ νόμου τούτου φόβον καταβάλλεται. Deinde v. 8. ὅταν αἱ τῶν τελῶν καταβολαὶ μὴ ἱκαναὶ

ὡσι τῇ διοικήσει. Proxime p. 732, 12. τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατείας λυμαίνεται, τὴν διοίκησιν καταλύει. Similiter in ista Oratione c. Neaeram non longe a principio p. 1346, 17. διαχειροτονῆσαι τὸν δῆμον, εἴτε δοκεῖ τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι, εἴτε θεωρικά. Nempe *the surplus of the revenue*. Et deinceps v. 20. eiusd. pag. κελευόντων τῶν νόμων — τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι. TAYLOR.

P. 708. v. 25. ἐνδεῖ] προσδεῖ August. primus. REISK.

P. 708. v. 26. τοὺς] τοὺς posterius abest ab August. primo. REISK.

P. 708. v. 26. καθίσαι] καθῆσαι August. primus. Quod una cum proximo κατεπείγειν p. 709, 2. *perperam* scriptum pro more suo pronuntiat Fabricius seu Wolfius. REISK.

P. 708. v. 27. ἐκ τῶν ὀμωμοκότων] τὸν ἡλιαστικὸν ὅρκον. V. p. 706, 25. SCHAEFER.

P. 708. v. 29. Ἐνεθυμήθητ'] Ἐνθυμήθητε.] Malim et hic Ἐνεθυμήθητε. WOLF. Vulg. Ἐνθυμήθητε. Malim Ἐνεθυμήθητε. *Observastis, animadvertistis, interea, dum psephisma hoc recitaretur.* Nam alias imperativus non quadraret. Qui possit attentio iudicibus imperari ad legem, non adhuc recitandam, sed iam recitatam. Itaque sic de meo dedi. Praeterea quoque insinuatio haec est in gratiam auditorum, qua praeoccupatos eorum animos nobis conciliamus, cum eorum attentionem et sollertiam in momentis causae ultro observandis, etiamsi a nobis admoniti minus sint, laudamus. REISK. Ἐνθυμήθητ' Bekker. Quod qui ferri possit, ego non magis quam Wolfius Reiskiusque intelligo. Conf. p. 711, 2. 713, 10. SCHAEFER.

P. 709. v. 2. κατεπεῖγον] κατεπείγειν August. primus. In Bavarico est etiam vulgata, sed super ο est ει scriptum. REISK.

P. 709. v. 2. αὐτὸς] *ultro, sponte sua, iure suo,* a nulla alia re quam a libidine sua ductus. REISK. Est simpliciter *ipse*: quippe novitius legislator opponitur veteri illi. SCHAEFER.

P. 709. v. 5. τι] Abest ab August. primo. REISK.

P. 709. v. 7. αὐτοῖς] sibi caeterisque sodalibus flagitii, quorum intererat hanc legem ratam fieri. REISK.

P. 709. v. 8. καθιζομένων] καθεζομένων August. primus. REISK.

P. 709. v. 10. μὲν] Post μὲν addit δὴ August. primus REISK.

P. 709. v. 11. [καὶ]] καὶ uncis inclusi. Cuius loco malim aut τῆς legi aut utrumque omitti. REISK. Uncos iure amovit Bekker. Conf. τὴν διοίκησιν καὶ τὸ τῆς ἑορτῆς v. 1. SCHAEFER.

P. 709. v. 11. βελτίω νόμον οὐδέν'] βελτίονα νόμον οὐδὲν (voluit οὐδέν' cum apostropho) August. primus. REISK. Bekkerus:

„βελτίονα k. s.“ Quid si cui magis probetur ob χείρονα, comparet hoc Platonis Legg. II. p. 656. s. HSt. οὔτε τι καλλίονα οὔτ' αἰσχίω, ubi tot nuper collati Codd. nihil dant diversitatis. SCHAEFER.

P. 709. v. 12. οὔτε τὸ] τό τε margo Lutetianae. REISK.

P. 709. v. 13. οἵ τε] οὔτε margo Lutetianae. οὔτε οἱ νόμοι Wolfius in Farragine. REISK.

P. 709. v. 15. ἐνομοθέτει] Wolfius: *leges tulit.* Immo: *legem tulit.* IURIN.

P. 709. v. 21. καίτοι — ἠκούσατε] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 15. SCHAEFER.

P. 709. v. 23. εἰδότα δ' — ψήφισμα οὐδὲν] [εἰδότα δ' οὐκ ἐῶνθ' ἕτερον ψήφισμα οὐδὲν.] Wolfius: *qui sciret item, easdem non sinere ullum decretum aliud.* Perperam. Refertur enim vox ἕτερον non ad ψήφισμα, sed ad νόμον subintellectum. Verti ergo oportebat: *qui sciret item aliam non sinere decretum ullum.* IURIN. Bene mehercule factum a viro praestantissimo, cum vox, quam ille subintelligit ad orationem sustentandam, in nonnullis exemplaribus reperiatur disertissime scripta. Lambinus, ut locum complanaret, pro ἐῶνθ' legit ἐῶντας, ad quem morem interpretatur Wolfius. Atque profecto ita exhibent editiones a Manutio et Feliciano profectae. Sed Iurinum optimum sequor atque ita totum locum refingo ex MSS. optimis: εἰδότα μὲν τοὺς νόμους, ὧν ὀλίγῳ πρότερον πάντες ἠκούσατε, κυρίους ὄντας, εἰδότα δ' οὐκ ἐῶνθ' ἕτερον ν ό μ ο ν ψήφισμα οὐδὲν, οὐδ' ἂν ἔννομον ᾖ, ν ό μ ο ν κυριώτερον εἶναι, γράψαι καὶ θεῖναι νόμον ὑμῖν κατὰ τὸ ψήφισμα, ὃ καὶ αὐτὸ παρὰ τοὺς νόμους εἰρημένον ᾔδει. *cum sciret, aliam quoque exstare legem, qua constitutum est, ut nullum populiscitum, etiam legitimum, plus auctoritatis haberet, quam legibus attribuitur, ipse interea legem ferret virtute populisciti, quod ipsum probe sciret contra leges esse factum.* Nimirum haec est ea lex, de qua disputavi quamque olim emendavi ad Aristocrateam p. 649, 21. Occurrit etiam, sed mendosa, apud Andocidem de Mysteriis pag. 11. ult. et 12, 12. edit. Steph. ψήφισμα δὲ μηδὲν μήτε βουλῆς μήτε δήμου κυριώτερον εἶναι. Utrobique post δήμου adde νόμου, quae vox ab illa strangulatur. *Nullum neque SCtum neque Populiscitum Leges auctoritate vincat.* Illud habe. TAYLOR. Vulg. ἕτερον ψήφισμα. ἕτερον νόμον ψήφισμα August. primus, Bavaricus, Lessing. Wolfius dubitabat, quo referretur ἕτερον, utrum ad νόμον, an ad ψήφισμα. Subaudiri νόμον contendit Iurinus. Addidi νόμον, non quasi omnino necessarium, poterat enim facile a lectore paulo attentiore e superioribus tacite repeti, sed quo planior et apertior esset oratio, et quo facilius error caveretur. Idem est atque si dixisset: *tametsi sciret Timocrates*, ὅτι νόμος ἐστὶν ἕτερος οὐκ ἐῶν ψήφισμα κυριώτερον εἶναι νόμου, *legem esse aliam adhuc vetantem,*

ne quod decretum esset validius lege. Nam vocem hanc, νόμον, addendam esse v. 24. Tayloro assentior, tametsi libri repugnant. REISK.

P. 709. v. 24. ἔννομον] Opponitur *παρὰ τοὺς νόμους εἰρημένον* v. sequ. SCHAEFER.

P. 709. v. 24. ἔννομον ᾖ] Vulg. ἔννομον. Addunt ᾖ August. primus, Bavaricus, Paulina. Addidi. REISK.

P. 709. v. 24. κυριώτερον] νόμου κυριώτερον Lessing. REISK. νόμου κυριώτερον Bekker. V. not. ad v. 23. SCHAEFER.

P. 709. v. 25. ὑμῖν κατὰ ψήφισμα] Vulg. ὑμῖν τὸ ψήφισμα. ὑμῖν κατὰ ψήφισμα August. primus. ὑμῖν κατὰ τὸ ψήφισμα Bavaricus. Correxi ὑμῖν κατὰ ψήφισμα sine articulo, qui h. l. est inutilis. REISK.

P. 709. v. 27. αὐτὴν] Mallem abesse. SCHAEFER.

P. 709. v. 27. μὴ] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. *securitatem quidquam molestum patiendi*, h. e. fidem, fore, ut nil quicquam molesti patiatur. REISK. Uncis includere voluit, non inclusit: aut operae non paruerunt. Quod bene cecidit: nam particula recte addita est. SCHAEFER.

P. 709. v. 28. δεινὸν,] Dele distinctionem: arcte enim iungenda τοῦ μή τι — τῷ χρόνῳ. SCHAEFER.

P. 709. v. 28. ποιήσασαν] F. ποιήσασιν. Vide, quantum praestet! TAYLOR. Vulgata recte habet, tametsi Tayloro displicet. Sententia est: *Indignum est, remp. unicuique hoc tempore securitatem iniuriarum spopondisse, quippe quae resp. fecerit* ἱερομηνίαν. Est autem ἱερομηνία iustitium seu publica cessatio ab exercitio armorum et simultatum, tempus, quo μένομεν τὰ ἱερὰ, sacra manemus, iis solis vacamus, omissis tantisper et sopitis rebus aliis omnibus a religione festi diei alienis: quo tempore severe interdictum erat odiorum quacunque exercitatione. Mavult Taylorus ποιήσασιν exclamans prae gaudio super inventi sui praestantia: *Vide, quantum praestet!* Ego vero nil video. Quid quod deterior est haec lectio vulgatâ et plane nequit neque intelligi neque cum constructione conciliari. Quorsum enim referas hunc dativum pluralem? Deinde ποιεῖν ἱερομηνίαν longe est aliud atque ἄγειν. Utentes iustitio dicuntur id ἄγειν, *agere, obire, eo fungi*, resp. vero id sanciens, indicens, imperans dicitur ἱερομηνίαν ποιεῖν. REISK. Bene disputat vulgatam tuens contra Taylorum. Reliqua disputatio viri eximii habet quae iure reprehendas. Primum enim perperam ait sententiam esse: *Indignum est, remp. — spopondisse.* Hoc vero non indignum est, sed vel maxime honestum. Fugit Reiskium Graecorum consuetudo periodi membra per particulas μὲν et δὲ sic vinciendi, ut primaria enuntiationis notio posteriori membro contineatur, prius complectatur secundariam propterea praemissam ἀντιθετικῶς, ut quae se-

quitur primaria animum per hanc oppositionem valdius moveat. Itaque sententia est: *Indignum est, cum resp. — spoponderit, ipsam a Timocrate -- maximâ iniuriâ affectam esse.* Conf. simillimum locum p. 690, 26. ss. et v. not. ad p. 667, 13. et p. 920, 2. Deinde vix credibilis est error Reiskii de etymo vocis *ἱερομηνία*. Etymolog. M. c. 469, 15. *Ἱερομηνία, ἱερὰ ἑορτὴ κατὰ μῆνα, ἡ ἐν τῷ μηνὶ ἱερὰ ἡμέρα.* SCHAEFER.

P. 709. v. 28. *αὐτὴν*] Revocavi ex editis omnibus et MSS. Ven. Barocc. Lindenbr. Aug. Vindob. pro vulgato *αὐτῆς*. TAYLOR. Vulgatum dicit Wolfianum. REISK.

P. 710. v. 2. *τί*] *τίς* August. primus, omisso *τις* proxime insequente. REISK.

P. 710. v. 3. *καταλύων*] *violando* Wolfius. Immo *tollendo* vel *abrogando*. IURIN.

P. 710. v. 3. *αὐτῆς*] Scilicet *τῆς πόλεως*. REISK.

P. 710. v. 5. *τοίνυν*] *οὖν* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 710. v. 12. *νόμοις*] *νόμον* indices Aldi et Pauli. Hoc malim, aut utrumque copulari: *τοῖς οὖσι νόμοις νόμον*. REISK. Vulgatam cave mutes. SCHAEFER.

P. 710. v. 13. *πρῶτον τουτονὶ*] Vulg. *τουτονὶ πρῶτον*. Invertit August. primus. REISK. *τουτονὶ πρῶτον* Bekker. SCHAEFER.

P. 710. v. 14. [*νόμον οὐδένα*] *ἐναντίον*] Legendum videtur *νόμον οὐδένα νόμῳ ἐναντίον*. IURIN. *νόμον οὐδένα* absunt ab August. primo. Uncis inclusi. In *ἐναντίον* subauditur e v. 11. s. *τοῖς οὖσι νόμοις*. REISK. Recte confutavit Anglum: secus adhibuit uncos a Bekkero amotos. SCHAEFER.

P. 710. v. 14. *εἰσφέρῃ*] *εἰσφέρει* Paulina. REISK.

P. 710. v. 18. *ἐν νομοθέταις*] *τοῖς νόμοις, οἳ ἂν ἐν τοῖς νομοθέταις λύωνται* p. 707, 15. V. not. ad p. 31, 11., ubi verti *per νομοθέτας*. Possis accuratius *in consessu* s. *consilio nomothetarum*. SCHAEFER.

P. 710. v. 18. *τῶν*] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 710. v. 20. *ἕτερον τιθέντι*] [*ἕτερόν τι τιθέντι.*] Dele otiosum istud *τι*, quod ortum traxit ex initio vocis sequentis. Delent Barocc. Vindob. et Petitus LL. Attic. p. 185. TAYLOR. Vulg. *ἕτερόν τι τιθέντι*. *τι* abest ab August. primo, Bavarico. Mediam vocem delevi ut perperam e proximi vocabuli initio enatam. *ἕτερον* non est h. l. neutrum, sed masculinum, scilicet *νόμον*. REISK. Bene correxit: secus Fr. A. Wolfius *ἕτερον ἀντιτιθέντι* Prolegomm. ad Leptin. p. 130. SCHAEFER.

P. 710. v. 20. *διαχειροτονίαν δὲ ποιεῖν*] Wolfius: *suffragia ferunto*. Potius: *suffragia ferendi potestatem faciant*. IURIN.

Recte. Sic *ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν* p. 706, 10. *ἐφ' ὑμῖν ἐποίησαν διαχειροτονίαν* p. 707, 25. SCHAEFER.

P. 710. v. 22. *τῷ Ἀθηναίων*] Vulg. *τῶν Ἀθηναίων. τῷ Ἀθηναίων* August. primus, Bavaricus. Et sic dedi. REISK.

P. 710. v. 26. *ἀντιτιθῇ*] *ἀντιθῇ* August. primus, Bavaricus. REISK. Placet. V. p. 711, 1. SCHAEFER.

P. 710. v. 27. *τῷ Ἀθηναίων δήμῳ*] *τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων* August. primus, Bavaricus. REISK. *τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων* Bekker. V. v. 22. SCHAEFER.

P. 710. v. 27. *ἢ ἐναντίον τῶν κειμένων τῳ*] Post *τῳ* encliticum videtur deesse *μὴ λύσας τοῦτον*. Duae hic proponuntur conditiones, quae potestatem dant litis in aliquem instituendae ex titulo *τῶν παρανόμων*: altera, si quis novam legem ferat, sed eam noxiam, tametsi vetustiorem legem ei contrariam sustulerit; altera, si quis legem ferat utilem quidem illam reipubl., verumtamen praeterhabita cautione legem vetustiorem novae legi repugnantem tollendi. Utrum horum quis peccarit, in eum dat haec lex actionem ex titulo illius legis, quae punit eos, si qui legem tulerint civitati haud accommodatam. REISK. Non deest quod Reiskio videtur deesse: quippe id ipsum latet in voce *ἐναντίον*. Nam si est *ἐναντίος τῶν κειμένων τῳ*, nempe *ὁ κείμενος, ᾧ ἐναντίος ἐστὶν, οὐκ ἐλύθη*. SCHAEFER.

P. 711. v. 2. *καλῶς*] Vulg. *καλῶν. καλῶς* August. primus. Et sic correxi. REISK. V. p. 712, 6. SCHAEFER.

P. 711. v. 6. *πρῶτον μὲν*] Quod ei respondet *ἔπειτα*, latet in formula *ἔτι πρὸς τούτῳ* v. 15. SCHAEFER.

P. 711. v. 8. *δύο τινὲς*] Cod. Vindob. ignorat inficetum istud *τινὲς*. TAYLOR. *τινὲς* abest ab August. primo. Taylorus id inficetum appellat. Ego contra vel elegans et exquisitum appellem. REISK. Ambo ad extrema deerrarunt. *τινὲς* illud neque inficetum est neque elegans et exquisitum. De hoc pronomine numeralibus iuncto alibi in his Commentariis dicere memini. Adde quae congessi in H. Stephani Thes. c. 9496. A. D. SCHAEFER.

P. 711. v. 11. *ἀξιοίη*] [*ἀξιοῖ.*] Cod. Vindob. habet *ἀξιοίη*. Tu illum sequere. TAYLOR. Vulg. *ἀξιοῖ. ἀξιοίη* August. primus. Neque *ἀξιοῖ* damnem, sponte mea quidem. Sed codices consentiunt in *ἀξιοίη* ut magis atticum. Quapropter hoc dedi. REISK. *ἀξιοῖ* Bekker. SCHAEFER.

P. 711. v. 13. *ψηφιζομένους*] Scilicet *ὑμᾶς. ψηφιζομένοις* margo Lutetianae. Scilicet *ὑμῖν*. Nil interest, utram lectionem optes. REISK. Ad sensum nihil interest: plurimum ad fidem scripturae. Atqui accusativus nititur auctoritate librorum: dativus, ut videtur, solâ coniecturâ Lambini. SCHAEFER.

P. 711. v. 13. [*νόμον*]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Vocem delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 711. v. 14. ἡ γνῶσις] Post ἡ γνῶσις deesse videtur ἄδικος [vel ἀσεβὴς] οὖσα. *per alteram enim legem fit, ut sententia vestra sit iniqua et periurio affinis.* REISK. Nihil deest. παρὰ h. l. non est *per*, sed *contra*. SCHAEFER.

P. 711. v. 15. τούτῳ] Vulg. τούτοις. τούτῳ August. primus, Bavaricus, sed hic cum vulgata superscripta. Correxi τούτῳ. Praecessit enim v. 14. τοῦτό τ' οὖν — de una re, non de pluribus. REISK.

P. 711. v. 16. τῶν νόμων ὑμᾶς] ὑμᾶς τῶν νόμων Bekker. SCHAEFER.

P. 711. v. 17. αὐτῶν] αὐτῷ August. primus. Error natus ex iota adscripto. REISK.

P. 711. v. 17. πολλαχῇ] Vulg. πολλαχοῦ. πολλαχῇ August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK. Recte. *multimodis*. SCHAEFER.

P. 711. v. 17. διακρούσασθαι] Post h. v. videtur οἷον vel simile quid in hoc loco deesse, ut γὰρ post τούς. REISK. Ne audias. Sequuntur ἀσύνδετα. SCHAEFER.

P. 711. v. 18. τοὺς συνηγόρους, οὓς χειροτονεῖτε] αἱρεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς συναπολογησομένους τὸν δῆμον τοῖς νόμοις p. 707, 15. SCHAEFER.

P. 711. v. 18. τις πεῖσαι] Vulg. πεῖσαί τις. Invertit August. primus. REISK. πεῖσαί τις Bekker. SCHAEFER.

P. 711. v. 20. κελεύει,] Dele distinctionem. SCHAEFER.

P. 711. v. 20. ὡς] Abest a Bavarico. REISK. Recte delevit Bekker.: oportueratque deleri, etiamsi omnes libri tuerentur. Scilicet ἐκτιθέναι — πάντας est ὑποφορά: quapropter post πάντας plene interpungendum. Sequitur ἀνθυποφορά: τάχ' ἂν — ἀναγνοῖεν ἄν. Hoc non animadversum quantas turbas concitaverit, ostendet nota proxime sequens. SCHAEFER.

P. 711. v. 20. ὡς τάχ' ἂν — ἀναγνοῖεν ἄν.] [ἀγνοοῖεν ἄν.] Sub. τὴν διάνοιαν τοῦ νόμου. Alii ἀναγνοῖεν, quod fere idem est. Legere enim et non intelligere est negligere, ut inquit ille. WOLF. ἀγνοοῖεν MSS. Ald. editt. Manut. et Felic. Aug. et Lambinus. ἀγνοῖεν caeteri fere omnes. ἀναγνοῖεν edidit Wolfius iuxta id, quod MSS. Manut. et Felic. exhibent cum nostro Vindob. Sed neque MStorum lectio neque Wolfii explicatio neque Lambini hariolatio *) mihi locum satis extricare videntur. TAYLOR. ἀγνοῖεν margo Lessing. et Lutet., quod nihili est. Correxit Weimar. e suorum secundo ἀγνοοῖεν, quod est in August. primo, Paulina, indice Aldinae. Locus perquam difficilis et perobscurus: quod vel ipsa

*) Lambinus nempe in indice sic dedit: οἱ δ' οὐδὲν προσέχοντες ἀγνοοῖεν. REISK.

discrepantia codicum in v. ἀναγνοῖεν indicat, pro quo multi codices dant ἀγνοοῖεν. Utram lectionem optes et quoquo te verses, sententiam tamen ne probabilem quidem expedias. Hoc video quidem satis clare, ex illis, εἰ μὴ προαίσθοιντο, negationem esse tollendam, ut haec sententia exsistat: *Legislator iussit, ut novae ferendae leges in publico legendae omnibus proponerentur, quia, si minus id fiat, facile contingat, ut, quid rei agatur, eos fugiat, qui, si praesensissent, oblocuturi fuissent.* Sed alterum membrum, οἳ δ' οὐδὲν προσέχοντες ἀναγνοῖεν [vel ἀγνοοῖεν] ἄν, non extrico. Quid si μὴ illud e sede, quam importunam occupavit, huc transferamus? ut sit: οἳ δ' οὐδὲν προσέχοντες ἂν μὴ ἀγνοοῖεν ἄν. *contra vero, qui nil curent, feratur illa lex, nec ne, saltim ne nesciant, quid agatur.* Sed viderint alii acutiores. Possit quoque v. 22. vulgata ἀναγνοῖεν sic accipi: *alii autem, tametsi nil sint curaturi, utrum feratur lex quaepiam, nec ne, tamen eam in tabula publice proposita legant, et, ut fit in populo, per causam sermonis familiaris ea de lege ad illos superiores, acutiores illos patriaeque amantiores, referant, quo futurum, ut hi cordatiores ab illis segnioribus admoniti celeriter accurrant pestemque irrumpentem depellant.* Quicquid huius rei est, oratio est vitiose concisa et abrupta, quae lectorem meditando torqueat. Post haec scripta venerunt mihi rem diligentius pensitanti alia in mentem, quae illis ipse praeferam, ut menti oratoris convenientiora. Vult enim orator demonstrare, per hanc unam legem de lege nulla ferenda alii vetustiori legi repugnante cautum esse securitati legum omnium: nam tametsi lex nova proponatur publice, fieri tamen vel sic posse, ut lex noxia feratur: facile enim posse evenire, ut prudentiores de ea nil praesciant et ut ea lex solummodo legatur a tardis et incuriis salutis publicae. Verum sic non quadrat ὡς, sed eius in locum ἀλλὰ erit sufficiendum. Quo admisso erit vulgata in reliquis sic satis tolerabilis et haec sententia: ἀλλὰ τάχ' ἂν —, *atqui facile, si sic fors ferat, eos, si qui obrogaturi sint, fugiat hanc legem ferri, si nempe nihil eius praesenserint, alii autem supini legant quidem illam legem, verumtamen ei haud intercedant.* At vel sic tamen, hac admissa interpretatione, post λάθοι deerit κυρωθείς: quod facile agnoscent graece callentes. Verum sic deerit huic obiectioni conveniens depulsio. Quicquid est, quoquo me verto, exitum nullum reperio. Penes me tamen certum est, oratorem sic ferme reliquisse: τοὺς μὲν ἀντειπόντας ἄν, εἰ προαίσθοιντο, εἰσφερόμενος, εἰ μὴ προαίσθοιντο, λάθοι, οἳ δ' οὐδὲν προσέχοντες οὐδ' ἀναγνοῖεν ἄν. quia facile fiat, si fortuna adversa sic velit, ut iis, qui, si praescissent, fuissent oblocuturi, nesciis et non sentientibus lex noxia perferatur: nam qui talia non curant, ne legant quidem eiusmodi leges, tametsi publico in loco propositas ad legendum. REISK. Mirabiliter aestuat vir optimus in loco sensus satis expediti. Orator hoc dicit: *At Legislator, inquit, leges*

rogandas publice proponi iubet, ut omnes cognoscant. At hac ratione nondum satis prospectum est civitati. Fieri enim potest, ut cordati cives, impedituri illi, ne noxiae leges perferantur, publice propositas non legant, nisi forte fraudem praesenserint, legant soli ii, qui susque deque habent, tales leges perferantur nec ne. SCHAEFER.

P. 711. v. 22. ἂν] Abest ab indice Aldi. REISK.

P. 711. v. 22. ἀλλὰ γράψασθαι κ. τ. λ.] Anthypophora est, cui respondet v. 25. κἂν ἐνταῦθ' ἀπαλλάξῃ τις τὸν ἐπιστάντα, τὸν γραψάμενον καὶ ἀκυρώσοντα. WOLF. Nescio anthypophoram. Interea scio, quid velit hic sibi locus, idque strenue nescire Wolfium. *Leges non solum prostare publice iubet, ut ab omnibus legi et examinari possint, verum etiam unumquemque nostrum eas in iudicium vocare hortatur: id quod ego nunc feci.* ἀλλὰ, *sed praeterea, verum etiam.* TAYLOR. Taylorus Wolfium audire debebat. ἀλλὰ γράψασθαι νὴ Δί' ἕκαστον ἔστιν nova est ὑποφορά (Wolfio minus recte dicta ἀνθυποφορά), indice etiam formula solenni νὴ Δία. Post πεποίηκα sequitur ἀνθυποφορά. SCHAEFER.

P. 711. v. 25. ἀλλὰ κἂν ἐνταῦθ', ἂν ἀπαλλάξῃ] Vulg. κἂν ἐνταῦθ' ἀπαλλάξῃ. Post ἐνταῦθ' addit ἂν August. primus. Addidi ἂν, quod accipiendum est pro ἐὰν, *si.* Sin minus, h. e. si ἂν solito modo pro potentiali accipitur, legendum erit mox ἡ δὲ πόλις παρακέκρουσται. Ego dedi *) sic de meo: ἀλλὰ κἀνταῦθα, ἂν ἀπαλλάξῃ —. Caetera bene habent. Constructio haec est: ἀλλὰ κἀνταῦθα παρακέκρουσται ἡ πόλις, ἐὰν ἀπαλλάξῃ τις τὸν ἐπιστάντα, id est τὸν ἐπιστάτην, tametsi nescio, an illud pro hoc usitatum fuerit. *Verum et hic quoque circumvenitur resp., si quis epistatam a cura reip. in hoc negotio fraude averterit.* — Pro ἡ πόλις sententia postulat ἡ δὲ πόλις. Ante κἂν si non plane necessarium est ἀλλὰ praeponi, erit tamen satius: ἀλλὰ κἂν ἐνταῦθα. Illud ἀλλὰ, ut obiectiones, ita refutationes illarum obiectionum orditur. τὸν ἐνστάντα **) appellat inimicum et exagitatorem novae legis, qui eius rogatori acriter insistat, eum graviter premat atque urgeat neque sinat quiescere. REISK. Recte κἀνταῦθ', ἂν ἀπαλλάξῃ Bekker., omisso ἀλλά. SCHAEFER.

P 711. v. 25. ἂν ἀπαλλάξῃ τις] *si quis amoverit,* quocunque id fiat modo, non tantum corrumpendo. Bene Zonaras c. 255. Ἀπαλλάξας. ἀντὶ τοῦ πείσας ἀποστῆναι. V. Harpocrat. p. 35. edit. Lips. SCHAEFER.

---

*) Non dedit, ut vides, sed videtur voluisse dare. Omnino haec annotatio, si qua alia, redolet Reiskii liturarios. SCHAEFER.

**) Fuit igitur cum Reiskius ἐπιστάντα mutatum vellet in ἐνστάντα. SCHAEFER.

P. 711. v. 26. τις] Ita omnino. Atque ita Barocc. Felic. Lindenbr. Aug. Paris. Ital. Obsop. et Vindob. Vulgo τισὶ. TAYLOR. τισὶ Aldina. τις Weimar. et Lessing. REISK.

P. 711. v. 26. τὸν ἐπιστάντα] V. Wolfius ad v. 22., quem recte interpretantem Reiskius audire debebat. SCHAEFER.

P. 711. v. 26. ἡ μόνη] Vulg. μόνη. ἡ μόνη August. primus. Articulum addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 711. v. 27. καὶ δικαία καὶ βέβαιος] καὶ βεβαία καὶ δίκαιος Paris. primus, August. primus. REISK. V. Dindorfius praefat. p. X. et Matthiae ad Euripid. Iphig. Taur. 1169. SCHAEFER.

P. 711. v. 28. γνῶναι τὸ δίκαιον] [γνῶναι.] γνῶναι τὸ δίκαιον Manut. Felic. Lindenbr. Aug. Obsop. Cum hoc autem homine germanam lectionem esse statuo. TAYLOR. Vulg. γνῶναι. Post h. v. addunt τὸ δίκαιον, non August. primus, nam in eo haec non est accessio, (falluntur qui aiunt,) sed Felic. P. Manut. Weimar. Lessing. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 711. v. 28. βέλτιον] βέλτιστον August. primus, Lessing. REISK. βέλτιστον Bekker. SCHAEFER.

P. 712. v. 1. διαφθείρας] Subaudi πάντας ὑμᾶς. REISK. διαφθείρας definit generalem notionem alterius participii, ἀπαλλάξας. V. not. ad p. 711, 25. Sensus huius loci: *Nemo unus enim vos nec decipiendo nec corrumpendo permovere possit, ut deteriorem legem meliori praeferatis.* SCHAEFER.

P. 712. v. 2. χείρονα] χείρω Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK. χείρω Bekker. SCHAEFER.

P. 712. v. 6. ἠφάνισεν, ἐξήλειψεν] Puto Morelium ita hanc rem reputasse aut in suis exemplaribus invenisse, ut veritas voluit, nempe illa priore voce in textum recepta, hac autem ad marginem adposita. Neque porro eam ibi variae lectionis, verum scholii officio fungi arbitror. TAYLOR. Vulg. ἠφάνισεν. ἐξήλειψεν margo Lutetianae, August. primus. ἠφάνισεν, ἐξήλειψεν Bavaricus, Aldina, Paulina: eleganter, ni fallor, copiose, fortiter, ut oratorem decebat. Et restitui. REISK.

P. 712. v. 7. ἀπαίσιον, ἅπασιν] Vulg. ἅπασιν. ἀπαίσιον August. primus: portentosa lectio, quam excogitare facile non sit, quomodo huc pedem intulerit. Elegantem dicerem et a captu vulgi librariorum remotiorem, si insequentia locum ei darent. Sed loci series ratioque demonstrat, vulgatam probam et tenendam esse, aut utramque copulandam hoc modo: ἀπαίσιον, ἅπασιν ἐναντίον —. Quomodo feci. REISK. ἀπαίσιον uncis inclusit Bekker. Ego mallem vocem deletam, natam illam, ut opinor, e proxima. ἀπαίσιος citeriori Graecitati satis notum fuit: ut non mirabile sit ad talem scripturam aberrari potuisse. V. not. ad Heusingeri Aesop. p. 149. edit. Lips. coll. Boisson. ad Marin. p. 141. SCHAEFER.

P. 712. v. 8. *παραναγνοὺς*] Vulg. *παραγνοὺς*. *παραναγνοὺς* margo Lutetianae et Lessing. August. primus, Bavaricus. Correxi *παραναγνοὺς*. V. dicta ad Polybium p. 258. REISK. Ind. Graecitat. p. 381. extr.: „coram concione recitare." Non satis accurate. Quid sit, docuit Taylorus ad p. 229, 20. SCHAEFER.

P. 712. v. 13. [*νόμους*]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Uncos removit Bekker. Recte: neque enim opus est ut *παρ' οἵους οἷον* continuentur. Sophocles Antig. 942. *οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω*. Longus p. 125. edit. Lips. *οἷος ὢν οἵων ἐρᾷ*. Similiter Plato Menex. p. 244. HSt. *ὡς εὖ παθόντες ὑπ' αὐτῆς οἵαν χάριν ἀπέδοσαν*. SCHAEFER.

P. 712. v. 15. *καὶ*] Abest ab August. primo, Bavarico. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 712. v. 18. *Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος κ. τ. λ.*] V. p. 723, 10., ubi formula haec iteratur, sed exemplo nonnihil ab hoc discrepante. REISK.

P. 712. v. 18. *πρώτης*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 712. v. 21. *ἢ τὸ λοιπὸν προστιμηθῇ*] *aut in posterum damnabitur*. Quod neglexit Wolfius. Legunt nonnulli et hic et infra p. 713, 12. *προστιμηθείη*. TAYLOR. *προστιμηθῇ* legitur etiam p. 723, 15. 726, 2. Et hoc suo in libro habuit Anonymus, cuius est Argumentum posterius. V. p. 696, 28. Sed in Libanii libro videtur fuisse *προστιμηθείη*. V. p. 694, 6. Vulgata bene habet. Eodem modo subiunctivus sequitur indicativum in alia Timocratis lege p. 720, 19. *ὁπόσοι — ἢ νῦν εἰσὶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἢ τὸ λοιπὸν καταιτεθῶσι, καὶ μὴ παραδοθῇ* —. Vicissim indicativus sequitur subiunctivum in syngrapha p. 927, 7. *ἐὰν δέ τι ἡ ναῦς πάθῃ ἀνήκεστον*, —, *σωτηρία δ' ἔσται τῶν ὑποκειμένων*, —. quomodo corrigendum. Videturque constructio haec *σολοικοφανὴς* sedem habuisse propriam in tabulis legum et contractuum. SCHAEFER.

P. 712. v. 22. *ἐγγυητὰς καταστῆσαι* —, *ἦ μὴν ἐκτίσειν*] Herodotus I. c. 196. *ἐγγυητὰς — καταστήσαντα, ἦ μὴν συνοικήσειν*. SCHAEFER.

P. 712. v. 25. *ὦφλε*] *ὦφλεν* Bekkeri Berolinensis, sequente Dindorfio. SCHAEFER.

P. 712. v. 25. *ἐπιχειροτονεῖν*] *ratos habere* Wolfius. Quasi vero necesse esset praesidibus, cum quis vades dare voluisset, eos, qualescunque demum essent, illico ratos habere, quod manifeste contra legem est: lex enim iubebat ratos haberi vades, non quoscunque, sed quos populus comprobasset. Clarum est itaque, vocem *ἐπιχειροτονεῖν* hoc loco alium sensum habere, quam qui vulgo ei adscribitur. Significat nempe non *habere ratos* nec *suffragiis ferendis decernere*, sed *potestatem facere suffragia ferendi*, concione scilicet convocata, utrum rati habendi sint vades

necne. IURIN. Voluit igitur esse i. q. ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν p. 706, 10. ἐπιχειροτονίαν διδόναι p. 716, 18. Aliter Reiskius Ind. Graecitat. p. 245.: „plebis voluntatem significatam insequente suo assensu comprobare et confirmare.“ Vere, ut opinor. Harpocration v. 74. edit. Lips. Ἐπιχειροτονία, ἡ τῶν χειροτονητῶν κατάστασις. SCHAEFER.

P. 712. v. 26. τῷ δὲ καταστήσαντι] Melius, ut margo Benenati habet, τὸν δὲ καταστήσαντα. TAYLOR. Nil interesse arbitror, utram lectionem optes. In utraque subauditur ἔστω vel ἐξέστω vel etiam εἶναι e v. 22. Ut sit haec constructio: *Τιμοκράτης εἶπεν, εἶναι τῷ καταστήσαντι — τὸ ἀφεῖσθαι τῶν δεσμῶν.* Satis quidem plana igitur est oratio, sed stultitiam eius satis mirari non possum. Patet enim per se et ultro intelligitur, aerarium, praesertim qui nexus non fuisset, depenso aere debito e custodia liberum esse. Planius et concinnius si loqui scisset, sic erat dicturus: *et usque ad nonam prytaniam manento et ipse debitor et eius vades a vinculis immunes; quod si autem tunc temporis nomen expunctum non fuerit, tum debitor in carcerem migret, vadum bona confiscantor.* REISK. Non satisfacit Reiskii ratio tuentis vulgatam: nam infinitivus ἀφεῖσθαι pendet, non a subaudito εἶναι, sed ab εἶπε v. 20., a quo ceteri infinitivi omnes reguntur. Quod si displicet marginis Parisinae scriptura ut sublestae fidei, (nam Lambini videtur esse coniectura,) corrigamus licet: τῷ δὲ καταστήσαντι — ἀφεῖσθαι τὸν δεσμόν. Bekkerus enim: „τῶν δεσμῶν] τὸν δεσμόν Y. O. r.“ Supra v. 21. δεσμοῦ. — Stultitiam orationis Reiskius miratur: ego non item, qui nihil hic videam quod stultum dici debeat. Subaudi ad ἐὰν ἀποδῷ quod habet Libanius p. 694, 8.: ἐντὸς ῥητῆς προθεσμίας. Addere Legislator supersedit, quia proxime sequentia τὴν προθεσμίαν satis definiunt. Omnino legum in formulis passim leguntur, quae si ad vivum reseces, mirabilia videantur. Velut quod infra p. 716, 15 — 20. ter legimus πρὶν ἐκτῖσαι, cavillatoris sit ita interpretari, quasi tale quid etiam μετὰ τὸ ἐκτῖσαι fieri possit. Ad leges rite interpretandas non calumniarum argutiolae, sed sensus communes adhibendi. SCHAEFER.

P. 712. v. 27. ἀποδῷ] ἀποδιδῷ August. primus, Bavaricus. REISK. ἀποδιδῷ Bekker. SCHAEFER.

P. 712. v. 27. ἐφ᾽ ᾧ] [ἐφ᾽ οἷς.] *a vinculis immunis esto*, eo nomine, quod vades dedit. Inficete. Corrige sodes, praeeuntibus Ven. Reg. *a*. Bodlei. Aug. Ital. et Vindob., ἐφ᾽ ᾧ, et sic verte: *quod si reddiderit civitati argentum*, cuius causa vades dederit, *a vinculis immunis esto.* TAYLOR. Vulg. ἐφ᾽ οἷς. ἐφ᾽ ᾧ August. primus. Correxi ἐφ᾽ ᾧ, scilicet ἀργυρίῳ. REISK.

P. 713. v. 1. ἐννάτης] ἐνάτης (uno ν) August. primus: et sic quoque v. 7. et 8. constanter. Item Bavaricus, sed hic variat: nam secus statim v. 7. Hic autem loci inter ε et ν erat lacunula

satis perspicua, ut constaret prius ν fuisse erasum. REISK. ἐνάτης Bekker. SCHAEFER.

P. 713. v. 2. ἐξεγγυηθέντα] Citat hunc locum Harpocration v. Ἐξεγγύησις, sed ille per memoriae errorem Aristocrateam laudans, quem errorem Valesius notavit. REISK.

P. 713. v. 3. περὶ δὲ τῶν — καὶ ἐκλεγόντων] V. p. 745, 15. SCHAEFER.

P. 713. v. 5. μισθώσιμα] [μισθώματα.] Felicianus μισθώσιμα habet, ut et Obsop., rectius, ut opinor, quam μισθώματα. WOLF. μισθώσιμα etiam legitur in Aug. Ital. et Vindob. et, quod pace mea liceat, rectius. Caeterum quaeri a nonnullis video, quinam sint τὰ τέλη ὠνούμενοι — ἐκλέγοντες — μισθούμενοι: neque a magno Budaeo, qui hoc in se recepit, id argumenti satis praestari video. Agitur de publicanis. *Omnes* enim (ut ait Ulpianus l. 1. D. de Public.), *qui quid a fisco conducunt, recte appellantur publicani.* Primo loco veniunt τελῶναι, οἱ τὰ τέλη ὠνούμενοι, cum suis praedibus sive fideiussoribus. Hi sunt publicani strictius dicti, nimirum qui vectigalia publica, τὰ τέλη, *the customs,* redimunt et pensitationes annuas sive mercedes pro eorum locatione solvunt. Secundo οἱ ἐκλέγοντες sine vadibus. Hos intelligo ministros esse publicos, fisci servos, qui vectigalia a nemine redemta ad portum exigunt, *vectigaliarii, portitores.* Atque hactenus mihi fideiussor erit Ulpianus ad locum: ὠνουμένων ἐνταῦθα λέγει, οὐκ ἀγοραζόντων, ἀλλὰ μισθουμένων — ἐκλεγόντων δὲ, ἐπιτετραμμένων τινῶν ἀπαιτεῖν τὰ τέλη· οὐ γὰρ λέγει αὐτοὺς τοὺς τελώνας. Tertio denique οἱ μισθώματα μισθούμενοι, quicunque demum fuerint. Nimirum complecti voluit eos, qui quidvis a populo redemtum habuerunt. Nam, ut ait Caius l. 12. D. eod., *Sed et ii, qui salinas et arenas et cretae fodinas et metalla conducta habent, publicanorum loco sunt. Praeterea et si quis vectigal conductum a rep. cuiusdam municipii habet, hoc edictum locum habet.* Vides, quot sunt μισθώσιμα. Et praeter haec quamplurima. Immo quicquid fere in commercium venit et a fisco redimi possit. De agris publicis et latifundiis P. A. conductis dixi olim ad Marm. Sandvic. p. 64. Noster c. Eubulid. vers. fin. p. 1318, 20. *εἰ δὲ δεῖ τὴν δημαρχίαν λέγειν, δι' ἣν ὠργίζοντό μοι τινὲς, ἐν ᾗ διάφορος ἐγενόμην εἰσπράττων ὀφείλοντας πολλοὺς αὐτῶν μισθώσεις τεμενῶν καὶ ἕτερα, ἃ τῶν κοινῶν διηρπάκεισαν.* TAYLOR. Vulg. μισθώματα. μισθώσιμα August. primus. Obsecutus quidem Tayloro sum existimanti μισθώσιμα praestare. Verumtamen nil peiorem arbitror vulgatam ab Harpocratione v. Ἀπὸ μισθωμάτων confirmatam. REISK.

P. 713. v. 6. τῶν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 713. v. 6. ἐγγυωμένων] Sub. ὑπὲρ τούτων. WOLF.

P. 713. v. 6. τὰς πράξεις] τὰς εἰσπράξεις. WOLF. Docentis, credo, et interpretantis ritu, non emendantis. TAYLOR. V. Ind.

Graecitat. p. 418. Hesychius T. II. c. 1015. Πρᾶξις. ἀπαίτησις. SCHAEFER.

P. 713. v. 7. ἐὰν δ' — ἐκτίνειν.] Totum hoc postremum comma mihi videtur iuxta Bodlei. inducendum esse. Video, hanc legem a Petito esse neglectam neque caeteris adscriptam, quia putavit non obtinuisse. TAYLOR. Totam hanc clausulam Taylorus putat inducendam. Scire velim, qua de causa. Quid aequius, quam, qui anno exeunte aerarii facti essent seu coepissent reip. debere, quo tempore debita exigi et dependi et rationes confici atque recognitoribus ad examinandum et probandum exhiberi solebant, ut iis pecuniae cogendae otium annuum concederetur? Quod Petitus hanc clausulam praeteriit, quid id ad nos? quid ad rem praesentem? Quae in eo auctoritas? An clausula minus in usu fuit, quam tota lex, quae nunquam valuit? REISK. Satis negligenter Taylori annotationem Reiskius inspexit. Anglus enim comma non temere suspectavit, sed quod in Bodleiano libro deesse vidisset. Praeterea Petitus non solam hanc clausulam, sed totam legem praeteriit. SCHAEFER.

P. 713. v. 7. ἐννάτης — ἐννάτης] ἐνάτης — ἐνάτης Bekker. V. not. ad v. 1. SCHAEFER.

P. 713. v. 13. [περὶ]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Uncos amovit Bekker. SCHAEFER.

P. 713. v. 15. ὅλος] [ὅλως.] *omnino.* Melius ὅλος. *tota lex.* Ita Barocc. margo Lutet. MSS. Manut. et Felic. Lindenbr. Aug. Ital. TAYLOR. Vulg. ὅλως. ὅλος margo Lutet. ex indice Paulinae, August. primus, index Felic. margo Lessing. Correxi ὅλος. *tota lex.* REISK.

P. 713. v. 15. [ὅδε γε]] Absunt ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. ὅδε γε delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 713. v. 15. ἐναντίος] ἐναντίως P. Manut. REISK.

P. 713. v. 16. — ταῦτα. γνώσεσθε δ' ἀκούοντες. —] Vulg. — ταῦτα γνώσεσθε, ἀκούοντες τοὺς νόμους αὐτούς. ἀκούσαντες margo Lutetianae e Paulina, item Lessing., qui etiam δ' addit, quod ab Aldina abest. Totum hunc locum sic dat August. primus: μάλιστα δὲ ταῦτα. γνώσεσθε δ' ἀκούοντες. λέγε τοὺς νόμους αὐτούς. ΝΟΜΟΣ. Malim: — ταῦτα. γνώσεσθε δ' ἀκούοντες. *Tota quidem lex adversatur legibus omnibus, sed inprimis haec, quae modo dixi puta. Intelligetis autem, cum audietis leges ipsas.* Significat leges, non cunctas, sed tantum de aerariis et de debitorum exactione scriptas. Et sic correxi ex auctoritate Augustani meam coniecturam confirmantis. REISK.

P. 713. v. 17. αὐτοῖς] Vulg. αὐτούς. αὐτοῖς dedi e coniectura mea. REISK. Bekkerus: „αὐτούς omnes." Servavit tamen dativum. SCHAEFER.

P. 713. v. 18. ΝΟΜΟΣ.] [Νόμοι.] Νόμος rectius Barocc.

et Vindob. Verum, ut ea lex satius intelligatur, supponendum est, Dioclem eam tulisse anno post praeturam Euclidis, ut recte contendit S. Petitus LL. Attic. L. II. Tit. 1. fin. TAYLOR. Vulg. *Νόμοι*. *Νόμος* Bavaricus. [Item August. primus. V. not. ad v. 16.] Dedi singularem. REISK. De hac lege v. Meierus de Bon. Damnator. p. 71. SCHAEFER.

P. 713. v. 21. *ἐπ᾽ Εὐκλείδου*] [*ἀπ᾽ Εὐκλείδου*.] Immo *ἐπ᾽ Εὐκλείδου*, ut dictitant Ald. Ven. Barocc. Aug. Vindob., Benenatus quoque. Hoc in vertendo vidit Wolfius. TAYLOR. Cum darent editt. quaedam, ut Pauli et in his ipsa Taylori, *ἀπ᾽ Εὐκλείδου*, corrigit idem hanc mendam in annotationibus. REISK.

P. 713. v. 21. *ἀναγεγραμμένοι*] *ἀνεγεγραμμένοι* Paulina. REISK.

P. 713. v. 25. *χρόνος, ὅντινα δεῖ ἄρχειν*] Transtulit Wolfius: *tempus, quo debeat geri magistratus.* Respexisse nempe videtur ad ea, quae paulo post sequuntur p. 714, 7., *ἀπὸ τοῦ μετὰ τὸν νῦν ἄρχοντα.* Sed fallitur, puto. Sensus enim est: *χρόνος, ὅντινα χρόνον δεῖ τὸν νόμον ἄρχειν*, *tempus, quo oportet legem capere initium auctoritatis.* IURIN. Eodem sensu margo Benenati *ἀφ᾽ οὗ δεῖ ἄρχειν.* Verum pace viri doctissimi tueamur animum Wolfii: *nisi si cui adscriptum sit tempus, nempe quota praetura agenda sit, antequam rata esse coeperit.* Verbi gratia: *Haec lex rata nec esto ante secundum, tertium vel quartum ab hoc anno praetorem.* Idem est tenor earum, quae scribuntur hodie: *from and after — next ensuing.* TAYLOR. Pro *ὅντινα* margo Lutetianae habet *ἀφ᾽ οὗ*, quod est scholium. *ὅντινα*, id est *καθ᾽ ὅντινα.* V. p. 714, 5. *ἄρχειν* sine dubio hic significat *incipere, ordiri, initium auctoritatis seu validitatis capessere.* REISK. Eadem leguntur Ind. Graecitat. p. 87. in. Sed Iurinus Reiskiusque toto coelo errarunt. Verum vidit unus Taylorus. Proxime verum accesserat Wolfius hoc uno falsus, quod *ὅντινα* referret ad *χρόνος*. Scilicet *ὅντινα* (i. q. *ὁπόστον*) *δεῖ ἄρχειν* est epexegesis nominis *χρόνος* e notissimo Atheniensium more annum definiendi magistratu Archontis. Post hoc membrum autem, si placet, subaudi *οὗ ἄρχοντος κύριος ἔσται.* SCHAEFER.

P. 713. v. 26. *ἐπιγράψαι*] Scilicet eas iam ratas et usu receptas esse. Sententia clausulae huius est: *oportere scribam intra diem a lata hac Dioclis lege trigesimum adscribere legi cuique iam validae, eam legem iam obtinere, sive ea esset Euclide vetustior, sive recentior.* REISK.

P. 713. v. 27. *τριάκοντα ἡμερῶν*] *ἐντὸς τριάκοντα ἡμερῶν.* WOLF. Iterum, credo, enarrat, non emendat. Quanquam idem supplesse videam Bodlei. TAYLOR.

P. 713. v. 27. *ὅς*] *ὅν* Paulina. REISK.

P. 713. v. 28. *τῷ νόμῳ*] *τὸν νόμον* margo Lutetianae, Bava-

ricus. Wolfius in Farragine: „Alii *τῶν νόμων* inepte." Scilicet Aldus et Paulus. REISK. *τὸν νόμον* Bekker. continuans sequentibus. SCHAEFER.

P. 714. v. 1. *Καλῶς — νόμων*] Verba sic ordinata dat August. primus: *Καλῶς ἐχόντων τῶν νόμων, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τῶν ὑπαρχόντων.* REISK. Hoc ordine dedit Bekker. SCHAEFER.

P. 714. v. 2. *ὅδε ὁ νῦν*] *ὁ δὲ νῦν* August. primus. REISK.

P. 714. v. 2. *διώρισε*] *distinxit*, h. e. singulas quasque leges suis terminis temporum circumscripsit et aliam ab alia dissepsit. Fuit cum *διῃώνισε* coniicerem, *reddidit aeternas.* Quod nunc nolim cuiquam venditare. REISK. Silentio premere praestiterat. SCHAEFER.

P. 714. v. 5. *τούτῳ δὲ τὸν γεγραμμένον ἄρχειν*] Legendum videtur *τοῦτον δὲ τὸν γεγραμμένον ἄρχειν*, *hanc legem initium capere a tempore eidem adscripto*, non, quomodo Wolfius, *quo praetore rata esse debeat.* IURIN. Revoca antiquam Wolfii versionem, et omnia recte procedent: *iubet unamquamque ab eo die, quo lata fuerit, esse ratam, nisi si cui adscriptum fuerit tempus, huic vero scriptum imperare.* Id est: ubi alicui legi tempus certae praeturae praestitutum fuerit, ibi praefinitus ille Archon magistratum capessat, antequam lex rata sit. TAYLOR. *τούτῳ*, h. e. *τούτῳ δὲ τῷ τοιούτῳ νόμῳ*, *legi sic habenti*, in qua cautio haec sit adhibita. *τὸν γεγραμμένον*, scilicet *χρόνον*, auspicium valoris et auctoritatis facere tempus in ipsa lege scriptum. REISK. Non *χρόνον*, sed *ἄρχοντα*. *τούτῳ* est dativus quem commodi dicunt. Sensus: *ἵνα δὲ οὗτος κύριος ᾖ.* SCHAEFER.

P. 714. v. 6. *προσεγέγραπτο*] Lege *προσγέγραπται*. Ita Codd. Barocc. Reg. *α*. Aug. Vindob. TAYLOR. *προσγέγραπται* August. primus. REISK. Recte habet vulgata. *adscriptum erat*, scilicet antequam Diocles suam legem ferret. SCHAEFER.

P. 714. v. 7. *τὸν δὲ — τόνδ' —*] Puto: *τόνδε νόμον εὐθὺς εἶναι κύριον, τὸν δὲ —.* IURIN. Accedit Cod. Ital.: — *εἶναι κύριον· τὸν δὲ ἀπὸ τοῦ —.* TAYLOR. Pro *τόνδ' ἀπὸ* index Aldinae dat *τῶδε ἀπό*. *ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος μετὰ τὸν ἄρχοντα νῦν* Weimaranus e suorum secundo. *τὸν δὲ νόμον* — bene habet. Formula haec ipsa legis est. Orator id si voluisset significare, quod Iurinus ei affingit, sic erat dicturus: *τὸν μὲν τῶν νόμων εὐθὺς εἶναι κύριον, τὸν δὲ ἀπὸ τοῦ —.* Sed vulgatae haec est sententia: *Quoniam Diocles legum antiquarum permultis hanc adiectam repererat clausulam: Legem vero hanc* [scilicet vult legislator] *inire* [seu exerceri] *ab Archonte, qui proximus esset* [l. *est*] *futurus successor huius Archontis* [sub quo lex lata]. REISK.

P. 714. v. 7. *ἀπὸ τοῦ*] Scilicet *ἐσομένου*. REISK. Subaudias licet, modo ne putes ellipsin participii esse. Rem obiter tetigi in

L. Bosii Ellips. p. 572. s. Scilicet articulo Graeci addere solent quidquid notionem ita complet et absolvit, ut vice nominis fungatur. SCHAEFER.

P. 714. v. 8. ὕστερον δὲ γράφων ἐπὶ τούτοις] Idem est ac si dixisset: μετὰ τούτους δὲ τοὺς εἰρημένους, τοὺς ὑπάρχοντας νόμους. *qui legem hanc ferebat*, Diocles puta, *ferens legem hanc suam modo recitatam post illas modo commemoratas* p. 713, 20. s. REISK.

P. 714. v. 8. ἐπὶ τούτοις ὁ τιθεὶς] Vulg. ὁ τιθεὶς ἐπὶ τούτοις. ἐπὶ τούτοις ὁ τιθεὶς August. primus. REISK. ὁ τιθεὶς ἐπὶ τούτοις Bekker. SCHAEFER.

P. 714. v. 10. τοὺς αὐτοὺς — κυρίους εἶναι] Sententia est: *eas leges, quibus adscribi clausulam hanc, ut tempore aliquanto tardiore, quam latae essent, inciperent demum valere atque effectui dari, latores ipsi curassent.* quasi si sic dixisset: τῶν νόμων ὅσοι αὐτοὶ περὶ ἑαυτῶν προγράφουσι καὶ προαγορεύουσιν, ὅτι κύριοι ἄρχουσιν εἶναι ὕστερον, ᾗ ἐτέθησαν, *quae leges hanc ipsae sibi quasi legem praescripsissent et indixissent, initium suae auctoritatis se velle serius aliquanto capere, quam quo die latae essent.* REISK. Libenter legerem: τοὺς ο ὕ τ ω ς τῶν νόμων ἀναγεγραμμένους· „ὕστερον, ᾗ ἐτέθησαν, κυρίους εἶναι·" *) ἀνενεγκεῖν ἐπὶ τὴν ἡμέραν, ἀφ' ἧς ἐτέθησαν. Sententiam loci satis accurate dat Taylorus [ad v. 12.]. SEAGER. *Diar. Classic.* LVIII. p. 364. Cave assentiaris. Verte: *easdem de legibus, iussas illas certo tempore, postquam latae essent, vi sua pollere.* SCHAEFER.

P. 714. v. 11. ἀναγεγραμμένους] γεγραμμένους simplex dat August. primus. γρ. γεγραμμένης margo Bavarici: sed idem voluit. REISK. Simplex verum puto. Legislator γράφει κύριον εἶναι τὸν νόμον, non ἀναγράφει. ἀναγράφονται ipsae leges, e. c. εἰς λεύκωμα, εἰς στήλην. SCHAEFER.

P. 714. v. 12. ἀφ' ἧς] Non est i. q. ἐν ᾗ. ἐτέθησαν enim hic dicitur, non ἀορίστως, sed παρακειμένως. Resolve igitur sic: ἀφ' ἧς εἰσὶ τεθειμένοι. *a quo die civitas habet latas.* Sic etiam v. 17. Conf. not. ad v. 21. SCHAEFER.

P. 714. v. 12. καὶ πρότερον] [καὶ μὴ πρότερον.] Dele μὴ, me fideiussore, Codd. item Aug. Lindenbr. Barocc. et Vindob. cum editione Moreliana. Totum autem locum ita vertas: *qui vero postea legem hanc tulit modo recitatam, non aequum censuit legibus iis, quae diserte iubentur auctoritatis initium capere, interiecto aliquo tempore, postquam latae fuerint, auctoritatem dare ab eo ipso die, in quo latae essent, atque eo pacto ratas habere, priusquam ipse lator postulasset.* TAYLOR. γρ. καὶ

*) Sic etiam Reiskius interpunxit. Interpunctionem, ut oportebat, sustuli. Sustulit etiam Bekkerus. SCHAEFER.

μὴ πρότερον margo Lutetianae, Bavaricus, Aldina et eius imitatrix Herwagiana prima. Sed abest μὴ ab editione P. Manutii. Recte abest μὴ ab editione nostra. Sententia est: Diocles aequum haud iudicavit esse legibus illis antiquius initium auctoritatis a se constitui, quam ipsi voluissent earum latores. REISK.

P. 714. v. 13. ἠξίωσε] ἠξίωσεν Bekker. SCHAEFER.

P. 714. v. 15. μέντοι] [μὲν.] Rescribe μέντοι, ut Barocc. Aug. Vindob. Quod perinde erit ac δέ. Atque id postulat locus. TAYLOR. Vulg. μὲν. μέντοι August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 714. v. 15. ὡς] Vulg. ὅς. ὡς August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 714. v. 15. τέθεικεν] τέθηκεν Aldina, Paulina. Et sic quoque v. 21. REISK.

P. 714. v. 17. ἀφ' ἧς] Idem est atque ἐν ᾗ. REISK. V. not. ad v. 12. SCHAEFER.

P. 714. v. 17. ἂν τεθῇ] ἐτέθη August. primus. REISK.

P. 714. v. 17. κυρίαν] Puto κύριον. Referri enim videtur non ad ἡμέραν, sed ad νόμον. IURIN. Atque ita vertit Wolfius: et eodem pariter modo scribitur in margine Benenati. TAYLOR. Immo refertur ad ἡμέραν. κύριον dicitur tempus definitum, quo quid fieri debet, h. l. quo lex lata etiam rata fit. V. L. Bosii Ellips. p. 177. et Schweighäuseri Lexic. Herodot. T. II. p. 61. a. SCHAEFER.

P. 714. v. 18. τοῦθ' ὥρισεν] Potest defendi subaudiendo τὸ πρᾶγμα. *et ne hanc quidem rem definivit certis terminis.* Malim tamen ταῦθ' ὥρισεν, ut ad τὰ παρεληλυθότα redeat. REISK. Vulgata non eget defensore. SCHAEFER.

P. 714. v. 21. πρὸ] [ἀπό.] Quid hoc monstri? Quid enim esset, ut succenseres, si Timocrates voluisset legem suam incipere auctoritatem habere ab eo die, in quo lata esset? Fecerunt hoc et plurimi. Neque id culpae vertebatur. Fecit et Diocles, qui nondum ex manibus nostris excidit, ubi ait, leges omnes in posterum ferendas κυρίους εἶναι ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἕκαστος ἐτέθη (p. 713, 23.), nisi latori aliter visum fuerit. Tu proinde, ut sensus efflagitat et praestantiores Codd. prae se ferunt, Aug. Ital. Vindob., quibuscum Barocc. pene consentit, emendes πρὸ τῆς ἡμέρας. *Cum Timocrates in lege scripsit,* καὶ εἴ τινι προστετίμηται, *indefinite loquens et de omni anteacta aetate, quid aliud fecit, nisi ut legem suam ratam esse vellet non solum* ante diem, *quo tulit, verum etiam antequam nostrum quisquam nasceretur?* TAYLOR. Vulg. ἀπό. πρὸ August. primus. Bene vidit notavitque Taylorus absurditatem vulgatae. Correxi πρό. Et vel sic tamen nondum satis plene perspicueque locutus est orator, nisi, mente saltim tacita, addas ἐπ' ἐνιαυτούς τινας ἄνω, *ad annos aliquot retro.* Hoc certe voluit orator subiicere, tametsi omisit confidens

lectoris cuiusque solertiae et sagacitati. Nam alias, si vulgatam sic nude accipis et cavillari vis, absurda et inconsentanea locutus est. Tempus enim, quod legem Timocratis antecessit, sine dubio amplius est illo tempore, quod iudicum cuiusque natalem antecessit. Sed orator, id quod ex toto huius loci habitu constat, brevius vult illud tempus hoc tempore facere. Quare necesse est id, quod dixi, subaudiri. REISK. Talia recte intelligere lectoris est, non solertis et sagacis, sed *τοῦ τυχόντος*, modo ne careat sensu communi. Significatur tempus etiam brevissimum (non tantum aliquot annorum), quod diem quo lex lata est antecessit. SCHAEFER.

P. 714 v. 21. *ἐν ᾗ*] Ne compares *ἀφ' ἧς* v. 12. et 17. Nam illic indicatur *ἡ ἀπὸ χρόνου σχέσις*: hic tempus significatur Timocratis *τὴν νομοθεσίαν* antegressum. SCHAEFER.

P. 714. v. 23. *χρῆν*] *ἐχρῆν* August. primus. Et sic quoque p. 715, 23. REISK.

P. 714. v. 25. *ἢ ἐκεῖνον*] *ἢ 'κεῖνον* Dindorf., cuius v. praefat. p. III. s. SCHAEFER.

P. 714. v. 25. [*καὶ*]] Abest ab August. primo, Bavarico. Uncis inclusi. REISK. Copulam delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 714. v. 26. *συνταράξαι*] *συνταραχθῇ* August. primus, margo Bavarici. REISK.

P. 714. v. 29. *Μηδὲ περὶ τῶν ἀτίμων*] Subaudi *ἐξέστω λέγειν ἢ γράφειν*. *Nemini liceto seu oratione seu lege populo suadere, ut iis, si qui sint infamia notati, iura honoresque restituat.* REISK. Immo subaudiendum *χρηματίζειν*. Discas id e p. 715, 4. s. Antecesserat hoc verbum in lege, cuius caput h. l. recitatur: nam partem eius recitari, non integram legem, quae prima legitur particula arguit. SCHAEFER.

P. 715. v. 1. *δημοσίῳ τῷ 'Αθηναίων*] Vulg. *δημοσίῳ τῶν 'Αθηναίων. δήμῳ τῷ 'Αθηναίων* August. primus. Etiam Bavaricus dat *τῷ* pro *τῶν*. REISK.

P. 715. v. 2. *τάξεως*] *περὶ ἀφέσεως τάξεως, τουτέστι στρατείας.* WOLF. Vides, hominem, quasi parum esset male vertere, id quod male vertit adnotando ingeminare. Verum huius incogitantiae Petito olim poenas dedit recte neganti Comment. ad LL. Attic. pag. 470. edit. nov. haec de militia intelligi aut posse aut debere. Quid tamen interea Petitus ipse? In quantum eius verba intelligam, nam sibi displicuit, cum haec scripsit, adeoque orationem obumbravit, *τάξιν* autumavit esse *statum ingenuitatis. Idem enim*, inquit ille, *est τάξεως atque ἐπιτίμους εἶναι.* Quod ante hunc diem non inaudivi, et credo, post hunc diem me rursus non inauditurum. Ulpianus denique orationem incoeptat: *Ἄλλο καλεῖ ἄφεσιν, ἄλλο καλεῖ τάξιν.* Deinde *ἄφεσιν* pluribus, *τάξιν* nullis verbis explicat. Quod ille praetermisit, nostrum

erit perficere: nam recta insistere mihi visus est via. Per *ἄφεσιν τοῦ ὀφλήματος* intelligo tabulas novas, ubi nomen debitoris in spongiam incubuit et aes alienum vel plene vel aliqua tenus parte ei condonatur. *τάξις* (neque tu frontem caperabis, si nova videar dicere) est conventio inter partes, qua debitoris inopiae ita succurritur, ut, quod ille universum, salvis rebus familiaribus, reddere nequeat, id unciatim et ad modum constitutum persolvat. Nos *compositionem* vocamus. Ita Hesychius: *Τάξις ἡ ἐπὶ ὀφειλομένοις χρήμασι καταβολή.* Ita Libanius in Argumento Aristogitonianae p. 768, 16. *ὠνεῖται ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, τάξιν αἰτησάμενος τοῦ ὀφλήματος, ὥστε ἐν δέκα ἔτεσιν ἐκτῖσαι τὸ σύμπαν καθ' ἕκαστον ἔτος τιθεὶς τὸ ἐπιβάλλον μέρος.* Thucydides III. §. 70. *ὀφλόντων δὲ αὐτῶν καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ ἱκετῶν καθεζομένων διὰ τὸ πλῆθος τῆς ζημίας, ὅπως ταξάμενοι ἀποδῶσιν.* Interpreteris cum Budaeo *τεταγμέναις καταβολαῖς*, *pensionibus menstruis* vel etiam *annuis*. Ita pariter idem Thucydides I. 117. *τὰ ἀναλωθέντα κατὰ χρόνους ταξάμενος ἀποδοῦναι.* ubi *Σχ.* ad locum: *κατὰ χρόνους*] *οὐδὲ γὰρ εὐπόρουν ἀθρόον ἐκτῖσαι τὸ πᾶν.* TAYLOR. Aestuatur in constituenda huius vocabuli significatione. Certum est Wolfium male reddidisse, qui pro *militia* habuit. Sed et de Taylori nova interpretatione mihi quidem nondum certo liquet, qui genus illud decisionis vel pactionis vel, ut ipse appellat cum vulgo, compositionis autumat esse, quo creditori cum debitore hac lege convenit, ut creditori debiti partem quotam remittenti debitor spondeat certis diebus certas debiti portiones depensurum. Verum cum constet, hic loci non de aere alieno privato, sed de publico agi, tum non constat, fueritne populus Atheniensis [solitus] ita cum debitoribus suis decidere. Quare, donec hac de re certo constet, liceto mihi vocabulum *τάξις* h. l. vulgari significatione accipere atque *tributum* interpretari, quod civibus universis a rep. imperatur et quod civium quisque dudum ante novit certo die a se dependendum. Vetat itaque haec lex cum populo agi de remittenda cuiquam seu multa seu tributo. *τάξις* est quod debetur aerario nomine tributi reip. sustentandae ergo: *ὄφλημα* est debitum e multa non persoluta contractum. REISK. Ego Tayloro assentior. Ipse Reiskius mox (ad v. 8.) intellexit, sua si vera sit interpretatio, scribi debere, addito articulo, *τῆς τάξεως.* Quid multa? Ind. Graecitat. p. 490. in. plane ut Taylorus interpretatur: de altera ratione *οὐδὲ γρ.* Add. Taylor. ad p. 768, 16. SCHAEFER.

P. 715. v. 3. *τὴν ἄδειαν*] Scilicet *τοῦ λέγειν*, hac de re cum populo agendi. V. v. 8. et 13. REISK.

P. 715. v. 4. *οἷς ἂν δόξῃ*] Scilicet *ψηφίσασθαι τὴν ἄδειαν.* SCHAEFER.

P. 715. v. 5. *καθ' ὅ τι*] I. q. *ὡς* v. 16. SCHAEFER.

P. 715. v. 5. *τῷ*] Abest a Paulina. REISK.

P. 715. v. 6. *οὑτοσὶ*] Vulg. *οὗτος. οὑτοσὶ* August. primus. REISK. *οὗτος* Bekker. SCHAEFER.

P. 715. v. 8. ἢ] οὐδὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 715. v. 8. τάξεως] Si τάξις id est, quod opinatus est Taylorus, recte abest articulus a voc. τάξεως: sin autem id est, quod dixi mihi placere, necesse est, ut τῆς addatur. REISK. V. not. ad v. 2. SCHAEFER.

P. 715. v. 10. ἢ] οὐδὲ P. Manutius. REISK. Recte huc retulerit, an, quod suspicor, ad ἢ v. 8. sit referendum, videant quibus Paulina ad manus est. SCHAEFER.

P. 715. v. 10. ἔγραψεν] ἀνέγραψεν margo Lutetianae, August. primus, sed hic omissis illis duobus, οὗτος δ'. REISK.

P. 715. v. 11. δεσμοῦ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 715. v. 12. ἐγγυησομένους] ἐγγυησαμένους August. primus. REISK.

P. 715. v. 12. οὐ προτεθέντος οὐδενὸς] [οὐ προστεθέντος οὐδενὸς.] Alii προτεθέντος. Forte προθέντος οὐδενὸς, *cum nemo hoc proposuerit*. WOLF. προτεθέντος Ven. Barocc. Lindenbr. Aug. Obsop. Ital. Vindob. cum editis Parisina, Manut. Felic. et Σχ. Recte sane. *nullo aditu facto, nihilo super ea re prius proposito*, ut debuit. Varii sunt in his vocibus errores. Dixi alibi. TAYLOR. προστεθέντος Bavaricus, Aldina, Herwag. pr., unde repetiit Wolfius. REISK. V. Ind. Graecitat. p. 450. med. εἰπὼν περὶ τούτων οὐδὲν v. 20. SCHAEFER.

P. 715. v. 13. ἀδείας] τῆς ἀδείας Paulina et Bavaricus. REISK. Articulus recte abest: nam additum est λέγειν sine articulo. SCHAEFER.

P. 715. v. 17. ἀδείας] τῆς ἀδείας Bekker. SCHAEFER.

P. 715. v. 20. εἰς — εἰς] I. q. πρὸς, ut Reiskius Ind. Graecitat. p. 186.: ne putes, quod ille non improbat, idem valere posse quod ἐν. Sic autem praepositio aut plurali aut, ut hic, nomini collectivo iungitur. Cuius vim his in locutionibus ut plane intelligas, memento proprie hoc dici: *loqui conversum ad senatum, ad populum*. SCHAEFER.

P. 715. v. 21. ἐν παραβύστῳ] Ad haec Scholiastes aliquis haec mira commentatur: ἐν παραβύστῳ, ἀντὶ τοῦ λάθρα, ἐκ μεταφορᾶς τῶν παραπληρωμάτων τῶν ἐμβαλλομένων ἐν ταῖς οἰκοδομίαις ἔνδον. Ex his doceri debemus, non admittenda esse omnia, quaecunque in antiquorum auctorum scholiis inveniuntur, et scholia conflata esse ex variis auctoribus, quorum alii eruditi erant, alii vero scioli nullius pretii. Quid enim dicere poterat hic Scholiastes, quo plus suam Graecae antiquitatis ignorantiam manifestam faceret? Primum enim, dum ἐν παραβύστῳ interpretatur λάθρα, eloquentissimo Demostheni ταυτολογίαν satis indecentem tribuit: nam dicit Demosthenes in eadem periodo v. 22. λάθρα τὸν νόμον εἰσήνεγκε. Sed ignorabat mirus ille Scholiastes cum sua metaphora, παράβυστον fuisse quandam curiam Athenis,

ita dictam, quod ἐν ἀφανεῖ πόλεως ἦν καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνήεσαν εἰς αὐτὸ, ut ait Pausanias in Atticis. Ideo arguit Timocratem, quod legem contra morem et constitutiones tulerit in curia, ubi parum frequentes erant Athenienses, non vero ἐν Πνυκὶ, εἰς τὸν δῆμον, vel ἐν βουλευτηρίῳ, εἰς τὴν βουλήν. Nam et παράβυστον significative est *infartum*, *inculcatum* potius, quam *secretum*. Ideo iure hoc scholium dici potest παράβυστον, nam infartum et insertum est melioribus, nec credo esse Ulpiani. Sed et peccat locus Demosthenis male interpunctus: legendum enim est: περὶ τούτων οὐδέν· ἐν Παραβύστῳ τῆς βουλῆς etc. PALMER. Vide viros eruditos, qui de hoc tribunali collegerunt, quae apud veteres sparsim sunt dicta: Meurs. Attic. Lect. II. 9. et Areopag. c. extrem. Petit. LL. Attic. pag. 395. Adde Sigon. de rep. Athen. III. 4. et cel. Hemsterhus. ad Luciani Necyomant. §. 17. [T. III. p. 321. et 409. edit. Lehm.] Maussac. ad Harpocrat. pag. 231. Vales. ad pag. 105. TAYLOR. οὐδὲν, ἐν παραβύστῳ. οὐδ' ἐν παραβύστῳ margo Lutetianae. REISK. De tribunali, quae fuit opinio Palmerii videturque fuisse Taylori, non cogitandum. Monuit etiam Ullrichius Append. de Undecimviris Atheniens. post Platonis Dialogos IV vernacule versos (Berol. 1821.) p. 252. Hemsterhusius vertit *clam, occulte:* non male, si satis habeas reddidisse sensum. Sin propriam et nativam vim locutionis quaeras, audi Pseudo-Ulpianum, qui ad h. l. non mira commentatur, sed verissima. V. not. ad p. 716, 6. SCHAEFER.

P. 715. v. 22. λάθρα] λάθρᾳ Bekker. SCHAEFER.

P. 715. v. 22. τὸν] Abest a Bavarico. REISK. Omisit Bekker. V. v. 18. SCHAEFER.

P. 715. v. 22. εἰσήνεγκε] εἰσήνεγκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 715. v. 23. χρῆν] V. not. ad p. 714, 23. SCHAEFER.

P. 715. v. 25. ἐβούλου] ἠβούλου Dindorf. SCHAEFER.

P. 715. v. 25. πρόσοδον γράψασθαι] Sic Isocrates Areopagitico: τὴν πρόσοδον ἀπογράψασθαι καὶ ποιήσασθαι. WOLF. Hanc locutionem erudite pro suo more explicat cel. Hemsterhusius ad Luciani Prometh. es in verb. §. 6. TAYLOR. impetrare, ut ad senatum adeundi et cum eo agendi venia scripto consignata et nomine senatus a scriba publico tibi exhibita impertiatur, postquam senatui brevi libello, qua de re cum eo agere velles, exposuisses. Quo facto senatus, si causam dignam haberet, de qua ad populum referretur, veniam dabat petenti cum populo agendi delegabatque prohedros, qui eam causam populo proponerent. REISK.

P. 715. v. 26. καὶ οὕτως] καὶ τόθ' οὕτως Bavaricus. Aut per copiam hoc dictum est, aut τότε est scholium v. οὕτως. REISK. Bekkerus: „καιθ' οὕτως S." Bene κᾆθ' οὕτως Dindorf. SCHAEFER.

P. 715. v. 28. καὶ τότε] *vel sic.* SCHAEFER.

P. 716. v. 2. οὖν] οὐ Lessing. REISK. Adverte complexum particularum μὴ οὖν — γε. SCHAEFER.

P. 716. v. 3. γ' ἐδόκεις] γε δοκείης margo Lutetianae. REISK. Nisi παραδιόρθωσις est Lambini (conf. not. ad p. 959, 1.), confusa est διττογραφία. Nam Bekkerus: „ἐδόκεις] δοκῇς r." Verum autem est ἐδόκεις. Enuntiatione enim liberatâ constructionis vinculo Orator hoc dicit: εἰ τοῦτον τὸν τρόπον ἔπραττες —, οὐκ ἂν ἐδόκεις ἐπιβουλεύειν, ἀλλὰ —. V. not. ad p. 47, 18., ubi cum idioma hoc syntacticum scribas perinde offendisset, similis nata est librorum fluctuatio inter ἦν et ᾖ. SCHAEFER.

P. 716. v. 3. γνώμῃ διαμαρτὼν] Apud Isocratem: τῆς γνώμης ἢ διανοίας διαμαρτεῖν ἢ διεψεῦσθαι. WOLF.

P. 716. v. 5. λάθρα] λάθρᾳ Bekker. SCHAEFER.

P. 716. v. 6. θεῖναι] Legendum ἐκθεῖναι, nempe πρόσθε τῶν ἐπωνύμων. V. p. 707, 8. IURIN. θεῖναι bene habet. Sententia est: eo quod legem tuam non modis honestis legitimisque palam tulisti, sed subiecisti, h. e. in veteres probas leges tuam spuriam, ementitam, illegitimam ingessisti, intrusisti, furtim immisisti. Iurino nemo facile accedet. REISK. Facete loquitur Orator Timocratem esse dicens, non νομοθέτην, sed νομεμβολέα, τὸν νόμον tanquam παραβύσαντα. Conf. p. 715, 21. SCHAEFER.

P. 716. v. 7. σαυτοῦ] σαυτῷ dat Paulina. REISK.

P. 716. v. 7. [τὴν]] Omittit articulum August. primus. Uncis inclusi. REISK. Uncos amovit Bekker. SCHAEFER.

Scilicet talia exaggerantur oratorie, ut causae inserviant, nec sunt exigenda ad regulam aut adstringenda nomenclatione Iureconsultorum. SCHAEFER.

P. 738. v. 7. *τοσοῦτον αὐτῶν*] *τοσούτων αὐτῷ* August. primus. REISK.

P. 738. v. 7. *τοσοῦτον — ὅτι*] Adverte *ὅτι* h. l. relatum, non ad *τοῦτο*, sed ad *τοσοῦτον*. SCHAEFER.

P. 738. v. 8. *αὐτῶν*] istorum, Androtionis puta sociorumque. REISK.

P. 738. v. 8. *τῶν ἄλλων*] Malim *τῆς τῶν ἄλλων*, scilicet *ἱεροσυλίας*. *Tanto atrocius est horum hominum sacrilegium, quam sacrilegia aliorum.* Quamquam me non fugit posse *ἱεροσυλιῶν* subaudiri. REISK. Neque hoc subauditur neque addendus est articulus *τῆς*. Quippe hoc etiam exemplum est breviloquentiae in comparationibus usitatissimae, de qua v. not. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 164. SCHAEFER.

P. 738. v. 8. *οὐδὲ τὴν ἀρχὴν*] Recte *τὴν ἀρχὴν οὐδὲ* Bekker. SCHAEFER.

P. 738. v. 10. *δέον αὐτοὺς*] Subaudi *ἀνενεγκεῖν*. SCHAEFER.

P. 738. v. 13. *τὰ ἀκρωτήρια τῆς Νίκης*] Vide Valesium ad Harpocrat. p. not. 183. TAYLOR. V. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 294. SCHAEFER.

P. 738. v. 13. *ἀκρωτήρια*] *ἀκροτήρια* Aldus. REISK.

P. 738. v. 16. *αὐτοῖς*] *ἐν αὐτοῖς* vel *ἑαυτοῖς* libri optimi, Barocc. Aug. Vindob. TAYLOR. *ἐν ἑαυτοῖς* August. primus. Qui codices *ἐν αὐτοῖς* dant, videntur illi voluisse *ἑαυτοῖς* dare. REISK.

P. 738. v. 16. *ἀπόλοιντο*] Restituimus ex Barocc. Ven. Bodlei. Lindenbr. Aug. ex editis Paris. Manut. Felic. pro vulgato *ἀπώλοντο*. Cod. Vindob. *ἀπόλωνται*. Ital. *ἀπώλοιντο*. TAYLOR. *ἀπόλοιντο* etiam Lessing. *ἀπώλοντο* Aldina. REISK.

P. 738. v. 17. *δεκαπλάσια*] Vulg. *διπλασίᾳ*. *δεκαπλάσια* August. primus, Lessing. Et sic correxi. REISK.

P. 738. v. 20. *παράδοξόν*] *παράλογόν* margo Lutetianae, August. primus, margo Bavarici et Lessing. REISK.

P. 738. v. 20. [*καὶ*]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Copulam delevit Bekker. Ita oratio fit vividior. SCHAEFER.

P. 738. v. 22. *χρήματα*] Post h. v. ponenda subdistinctio. SCHAEFER.

P. 738. v. 23. *γέγραπται*] *ἐγέγραπτο* August. primus. REISK.

P. 738. v. 25. *ἔμελλον*] *ἤμελλον* Dindorf. SCHAEFER.

P. 738. v. 26. *τοῖς δ' ὑφαιρουμένοις — καὶ ἱεροσυλοῦσι*] Malim *τῶν δ' ὑφαιρουμένων — καὶ ἱεροσυλούντων* ob verbum

ἀφεῖλε. ἀφαιρῶ σου τοῦτο, ἢ ἀφαιρῶ σε τοῦτο, ἢ ἀφαιρῶ σε τούτου. Omnia usitatiora, quam ἀφαιρῶ σοι τοῦτο Latina constructione. WOLF. Offendit Wolfium copulatio verbi ἀφαιρεῖν cum dativo. Negans graecum esse ἀφαιρεῖν τινι τὸν δεσμὸν vult latinum morem imitari. Ego, cum haud desperem eam defendi posse similibus locis auctorum probatorum, quod in medio relinquam, tum, si constet indignam nitore Demosthenico esse, molliorem iniri posse viam huius loci sanandi autumo legendo ἀφεῖκε. REISK. Nihil mutandum. Aliud est ἀφαιρεῖν τινος τὸν δεσμόν, aliud ἀφαιρεῖν τινι τὸν δεσμόν. Illud significat *vinctum solvere*, hoc *cavere ne quis vinciatur*. Est igitur in hoc dativus quem commodi dicunt. SCHAEFER.

P. 738. v. 26. τὰ] τι margo Lutetianae, August. primus. REISK.

P. 738. v. 27. ἀφεῖλε] ἀφεῖλεν Bekker. SCHAEFER.

P. 738. v. 28. τούτους] Androtionem cum sociis. REISK.

P. 738. v. 28. ἐκείνων] quam publicani delinquunt. REISK.

P. 739. v. 1. ἐκεῖνα τἀδικήματα] Androtionis puta sociorumque, ad quos etiam τούτοις v. 3. [referendum]. REISK. Fortasse malis τὰ τούτων ἀδικήματα. Sed Graeci licenter inflectunt usum horum pronominum, quando ita inflectere licet, ut sensus ne fiat obscurus. SCHAEFER.

P. 739. v. 2. ἀφίῃς] ἀφίεις August. primus. ἀφιεὶς Bavaricus. Voluit uterque ἀφιεῖς, secunda persona singul. praesent. indicat. ab ἀφιέω. REISK. Bekkerus: „ἄφιεις S. ἀφίεις k. s. ἀφιεὶς F. Y. O. r. v." Solennis haec in talibus fluctuatio. V. not. ad p. 734, 5. His autem librorum sordibus cave cum nonnullis ad decretum Porsoni *) convellendum abutaris. SCHAEFER.

P. 739. v. 5. ὅσον ὑμεῖς — τῶν ῥητόρων] vobis ipsis scilicet, humilioribus, non parcendo legibus abrogandis, si quis vestrum poenam commeruerit. SEAGER. *Diar. Classic.* LVIII. p. 364.

P. 739. v. 6. ἐπὶ] κατὰ margo Lutetianae. Unde Wolfius vel τὰ κατὰ τοῦ πλήθους vel τὰ ἐπὶ τὸ πλῆθος. TAYLOR. κατὰ margo Lutetianae, nihil amplius. Sed voluit seu Lambinus seu quisquis est istius seu coniecturae seu interpretationis potius quam emendationis auctor κατὰ τοῦ πλήθους. REISK. Vulgata est sanissima. V. not. ad p. 665, 15. 723, 5. 744, 27. SCHAEFER.

P. 739. v. 7. μισθοφορῇ — ἐκκλησιάζῃ — δικάζῃ — ποιῇ] μισθοφορεῖ — ἐκκλησιάζει — δικάζει — ποιεῖ August. primus. REISK.

P. 739. v. 9. λύετε] [κωλύετε.] Legendum λύετε. τὰ νενο-

---

*) V. quae nuper adscripsi Supplemento praefat. Porsoni ad Hecub. p. XXIX. coll. L. Bos. Ellips. p. 636. SCHAEFER.

μοθετημένα οὐ λύετε. ex auctoritate Codd. complurium, Barocc. Lindenbr. Obsop. Ven. Reg. α. Ital. Atque ita, si per mendum scriptoris liceret, Vindob. οὐ λύεται. TAYLOR. Vulg. κωλύετε. λύετε August. primus. Et sic correxi, detracta prima syllaba. Subaudi τοὺς κειμένους νόμους. *non abrogatis ideo leges dudum latas, a quibus poenae irrogantur, si qui eiusmodi quid patrent.* REISK. Non subaudiendum quod ille vult, sed λύετε referendum ad τὰ — νενομοθετημένα v. 6. SCHAEFER.

P. 739. v. 9. ποιήσειεν] [ποιήσει.] ποιήσειεν cum praestantissimis, Barocc. Aug. Vindob. TAYLOR. Vulg. ποιήσει. ποιήσειεν August. primus. Correxi ποιήσειεν in optativo. REISK. Bekkerus: „ποιήσει F. Y. O. v. Optativo addendum ἄν.“ Mihi placet ποιήσει ut paulo gravius ad illustrandam Atheniensium τὴν μεγαλοφροσύνην. SCHAEFER.

P. 739. v. 11. [αὐτοῖς]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi non nescius vulgatam sic posse defendi, ut dicatur, tametsi singularis praecesserit ὁ τούτων τι ποιῶν, recte tamen pluralem numerum potuisse subiici, quia plures sint eiusmodi facinora audentes, et rem ad τὸ νοούμενον referri. REISK. Uncos recte amovit Bekker. SCHAEFER.

P. 739. v. 11. οὗτοι δ'] Scilicet τιθέασι (non τίθενται) νόμους. *hi autem leges ferunt, ut* —. REISK.

P. 739. v. 11. οὗτοι δ', ὅπως οἱ τὰ αἴσχιστα] ὅπως δ' οὗτοι τὰ αἴσχιστα August. primus, non ut Fabricius retulit δ' omittens. REISK.

P. 739. v. 15. τρόπους] τρόπον August. primus. REISK.

P. 739. v. 18. ἀνθρώπων ἁπάντων] πάντων ἀνθρώπων August. primus. REISK. πάντων ἀνθρώπων Bekker. SCHAEFER.

P. 739. v. 18. αὐτοῖς] αὑτοῖς Bekker. Conf. v. 22. SCHAEFER.

P. 739. v. 20. δή] Vulg. δὲ. δὴ August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 739. v. 22. αὑτῶν ἑκάστοις] [αὐτοῖς ἕκαστος.] Melius cum MSS. αὑτῶν ἑκάστοις. Et ea est sententia doctissimi Obsopoei auctoritatem sui Codicis tutantis. „Ita“ inquit ille „legendum esse praecedentia verba confirmant. *quin etiam multitudinem vituperant, quod* ipsis singulis *sit conscia.*“ TAYLOR. Vulg. ἕκαστος. ἑκάστοις August. primus. Et sic correxi. *quod populus norit, quae dedecora unusquisque eorum* [oratorum puta] *tum patrarit, quum adhuc pauper esset atque miserabilis et contemnendus.* Videtur enim pro δεινότητι legendum esse ἐλεεινότητι, *in ista eorum egestate atque vilitate.* Et sic dedi de meo. Boni aliquot codices dant καὶ τῇ νεότητι, quam lectionem vulgatae saltim praeferam, si vera minus sit: qua de re haud decernam. Adolescentes, rerum rudes, levitate ingenii, imprudentia et temeritate ducti, multa stulta, atrocia, nefanda audent, quorum

veniam aetatis vitium impetrat. Confirmat etiam p. 740, 3. hanc lectionem τὰ ἐν τῇ ἡλικίᾳ. Acquiescam tamen in vulgata δεινότητι, cum dubium adhuc sit, annon orator vocem δεινότης hic usurpaverit sensu, parum quidem illo usitato, quem tamen ratio linguae graecae toleret, pro miseria, vita molesta et aerumnosa, ubi cum inopia rerum omnium sit conflictandum. Demonstrari quidem certis et evidentibus argumentis nequit, vocabulum illud hoc sensu a Graecis Demosthenis aequalibus non fuisse usurpatum. Silentium enim scriptorum, qui nobis hodie supersunt, non satis valde arguit. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 739. v. 22. ἐλεεινότητι] [νεότητι.] Scripsit, puto, Orator σπανιότητι. Quod melius quadrat cum superiore v. 20. ἐκ πενήτων πλούσιοι. IURIN. δεινότητι in exemplaribus quibusdam, puta in Ald. et Paris. in MSS. Manut. et Felic. TAYLOR. Vulg. δεινότητι. τῇ νεότητι margo Lutet. et Lessing. August. primus, Paulina. νεότητι Weimar. e suorum secundo, Bavaricus, index Aldinae. REISK. νεότητι Bekker. Recte. Sed malim cum articulo τῇ νεότητι, quomodo etiam tres Codd. Bekk. SCHAEFER.

P. 739. v. 25. ἀλλὰ νὴ Δία — ἢ Μελάνωπον;] Cum sit ὑποφορά, signum interrogandi male positum est. Conf. not. sequ. SCHAEFER.

P. 739. v. 25. ἴσως ἂν] [ἴσως.] Alii enunciative hoc pacto: Ἀλλά, νὴ Δία, αἰσχρὸν ἴσως ἂν ἦν Ἀνδροτίωνα δεδέσθαι. Ven. Lindenbr. Vindob. TAYLOR. Vulg. ἴσως. Post h. v. addit August. primus ἂν. Quod Taylorus appellat *enuntiatius*. Addidi ἂν. REISK. Delevit Dindorf. Taylori *enunciative* non de hac particula intelligendum, sed de toto hoc, ἀλλὰ νὴ Δία — ἢ Μελάνωπον: quod Anglus ait illis in libris ut κατάφασιν (simplicem enuntiationem) scriptum legi, non ut ἐρώτησιν. SCHAEFER.

P. 739. v. 26. δεδέσθαι] δεθῆναι margo Lutetianae, August. primus. REISK. δεθῆναι Bekker. SCHAEFER.

P. 739. v. 27. αἴσχιον] αἴσχιστον August. primus. REISK.

P. 739. v. 29. αὐτῆς] Vulg. αὐτῆς. αὑτῆς cum aspero Aldina, Paulina. REISK.

P. 739. v. 29. πατρῷον] Malim πάτριον. WOLF.

P. 740. v. 1. πενταετηρίδας] πεντετηρίδας August. primus, Bavaricus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 740. v. 2. καὶ οὐκ ἀφεθέντα] Annon potius, uti Barocc. Ven. Reg. α. Ital. et Vindob., ἀλλ' οὐκ ἀφεθέντα? TAYLOR. ἀλλ' οὐκ ἀφ. August. primus, Bavaricus. REISK. ἀλλ' οὐκ ἀφ. Bekker. Recte. Placuit idem Osanno ad Lycurg. p. 131. SCHAEFER.

P. 740. v. 3. ἀλλὰ — ἡλικίᾳ;] Subaudi e praemissis οὐ προσήκει Ἀνδροτίωνα δεδέσθαι. REISK. Accuratius subaudias αἰσχρὸν ἴσως ἂν ἦν Ἀνδροτίωνα δεδέσθαι. Ceterum haec etiam est ὑποφορά, non ἐρώτησις. SCHAEFER.

P. 740. v. 3. τῇ ἡλικίᾳ] I. q. τῇ νεότητι p. 739, 22. SCHAEFER.

P. 740. v. 5. ὑφείλετο] ὑφείλατο August. primus. REISK. Post h. v. Reiskiana habet signum coli: Bekkeriana plene distinxit, posito signo interrogandi post δεσμωτήριον v. 7. Mihi omnia haec, ἀλλὰ καὶ διὰ ταῦτα — εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἀνθυποφορὰν efficere videntur. SCHAEFER.

P. 740. v. 7. ἀλλὰ Μελάνωπος — ἔμελλεν;] Rursus est ὑποφορά, non ἐρώτησις. SCHAEFER.

P. 740. v. 7. ἀλλὰ Μελάνωπος] Vulg. ἀλλὰ καὶ Μελάνωπος. καὶ abest ab August. primo, Bavarico. καὶ delevi, cuius loco malim γε, ut sit ἀλλὰ Μελάνωπός γε δεινὸν —, aut γὰρ, ut sit ἀλλὰ γὰρ Μελάνωπος δεινὸν —. REISK. Neutrum probo: minime γὰρ, cui in ὑποφορᾷ locus non est. SCHAEFER.

P. 740. v. 8. τὸν] Abest a Bavarico, Aldina, Paulina. REISK. Delevit Bekker. Recte. νὴ τὸν Δία in ὑποφοραῖς legere non memini. V. not. ad p. 981, 11. SCHAEFER.

P. 740. v. 8. ἐστὶν] Malim ἦν, quia sequitur ἔμελλεν. WOLF. Me quidem vulgata non offendit. Etiam in vernacula lingua Germanis licet ponere praesens, quando in membro enuntiationis conditionali est imperfectum, e. c. *Es ist schrecklich, wenn die Griechen noch unterliegen sollten.* SCHAEFER.

P. 740. v. 8. νῦν] Abest ab August. primo. REISK. Omittunt etiam quinque Codd. Bekk. Si absit, non requiram. SCHAEFER.

P. 740. v. 8. ἔμελλεν] ἤμελλεν Dindorf. SCHAEFER.

P. 740. v. 8. ἔμελλεν] Post h. v. deesse videtur τὸν τοιούτου πατρὸς ἐκγεγονότα vel simile quid. Quod ni addendum est, tacite quidem esse subaudiendum insequentia docent. REISK. Neque addendum est quidquam nec subaudiendum. Dixerat Orator de patre Androtionis: nunc exspectabant auditores etiam de Melanopi patre, quem et ipsum ambustum nossent, dicturum esse. Itaque oratio non hiat. SCHAEFER.

P. 740. v. 10. ἂν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 740. v. 11. ἔστω ἐκεῖνός γ᾽ ἐμοὶ] ἔστω μοι ἐκεῖνός γε August. primus. ἔστω ἐμοὶ ἐκεῖνός γε Bavaricus. REISK. ἔστω ἐμοὶ ἐκεῖνός γε Bekker. Ego sequar Augustanum. SCHAEFER.

P. 740. v. 12. οἷον ἂν — αὐτὸν ἐγκωμιάσειεν] ἐγκωμιάζω σε τοιοῦτον i. q. ἐγκωμιάζων λέγω σε τοιοῦτον. Notanda locutio: nam Lexica de ea tacent. SCHAEFER.

P. 740. v. 15. γε] τε August. primus, solenni errore. REISK.

P. 740. v. 16. δεκαπλασίαν] Vulg. δεκαπλάσιον. δεκαπλασίαν August. primus. Et sic correxi. Subaudi ζημίαν vel τίσιν. REISK. δεκαπλάσιον Bekker. SCHAEFER.

P. 740. v. 17. παρεπρεσβεύσατο εἰς Αἴγυπτον] Plato Legg.

XII. in. p. 941. HSt. Ἐὰν ὡς πρεσβευτής τις — παραπρεσβεύηται πρός τινα πόλιν κ. τ. λ. V. H. Stephanus Thes. c. 7951. B. SCHAEFER.

P. 740. v. 18. οὐ τοσούτῳ] οὗτος οὕτω August. primus, iisdem quidem totidemque literis, sed vitiose discerptis, non ut Fabricius retulit, qui οὕτω omisit, vel potius operae Basileenses. V. annotationem proximam. REISK.

P. 740. v. 18. εἰ] Sic etiam in August. primo est, non, ut Fabricius vel potius operae Basileenses retulere, εἰ καὶ οὕτω. REISK. εἰ καὶ habent tres Codd. Bekk.: ut etiam in Augustano καὶ esse suspicer. SCHAEFER.

P. 740. v. 20. ἦν] Hic vicissim *) reponendum suadeo ἐστίν. Ita etiam Barocc. Ven. Aug. et Vindob. TAYLOR. ἐστιν August. primus. Quod malunt aliqui, haud respicientes illi ad initium periodi huius neque ad ἔδει proximum. REISK.

P. 740. v. 21. ἂν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 740. v. 23. ἐῶμεν] ἐάσωμεν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 740. v. 27. ταῦθ', ἃ λέγω] ταῦτα Bavaricus (sine ἃ λέγω). REISK. Bekkerus: „ἃ λέγω om. F. S.“ Puto delenda esse. Conf. p. 741, 8. SCHAEFER.

P. 740. v. 27. καὶ ὁ ἀπὸ] Vulg. καὶ ἀπό. καὶ ὁ ἀπὸ Bavaricus. Et sic dedi. REISK.

P. 740. v. 28. καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων] καὶ ἄλλων καὶ χρημάτων. REISK. Haec sola Reiskius αἰνιγματωδῶς. SCHAEFER.

P. 741. v. 1. ἐκεῖ τῷ] ἐκείνῳ August. primus. REISK.

P. 741. v. 2. δὲ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 741. v. 3. τὰς — δεκάτας] Intelligenda pecunia Naucratitica. SCHAEFER.

P. 741. v. 5. ἔλαβεν] Scilicet ἡ πόλις. REISK.

P. 741. v. 7. Μαρδονίου] Μαρδωνίου August. primus. REISK.

P. 741. v. 7. ὃς ἦγε τριακοσίους δαρεικοὺς] „Id est fere sexcentos quos dicunt ducatos.“ Dorvillius ad Chariton. p. 533. med. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 741. v. 8. δαρεικούς;] Posui signum interrogandi. Haec enim periodus, καὶ ὁ ἀπὸ μὲν τῶν — τριακοσίους δαρεικοὺς est altera interrogatio, cui respondent proxima, ἀλλὰ ταῦτά γ' — εἰδέναι. Sic primam interrogationem, οὐχ οὗτός ἐστιν — ἄγων ὑμᾶς, excipit similis responsio, ἀλλὰ πάντες ἴστε ταῦτα. SCHAEFER.

---

*) Hoc *vicissim* spectat Wolfii notam ad v. 8. SCHAEFER.

P. 741. v. 9. *ἀλλὰ τἄλλα — ἀνθρώπων;*] Distingue sic: *ἀλλὰ τἄλλα οὐ βίαιος;* Est obiectio, hypophora, quam ipse orator sibi opponit, sed ut statim amoveat. *Atqui tamen, aiet aliquis, in caeteris certe violentus et iniuriosus non est Glaucetes?* Respondet orator: *ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων. Est enimvero, ut nemo alius magis.* REISK. Recte distinxit: et sic distinctum etiam textum dederat. Parisinae interpretationem vitiosam ut revocarem, nescio quae me intemperiae agitaverint. Sed fallitur Reiskius verba *ἀλλὰ τἄλλα οὐ βίαιος* dicens hypophoram. Est enim haec simplex ipsius Oratoris interrogatio, cuiusmodi duas antea legimus: quibus interrogationibus Glaucetas admirabili artificio ita premitur, ut non posse respirare videatur. SCHAEFER.

P. 741. v. 9. *οὐδείς γ' ἀνθρώπων*] Vulg. *οὐδεὶς ἀνθρώπων. οὐδείς γ' ἀνθρώπων* August. primus. Et sic edidi. REISK. Encliticam hîc longe inertissimam delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 741. v. 10. *ἄξιόν*] *ἄξιός* August. primus. REISK.

P. 741. v. 11. *τῶν*] *τῶν* secundum abest a Bavarico. REISK.

P. 741. v. 13. *μὴ τιμωρήσασθαι*] [*τιμωρήσασθαι.*] Locus flagitat *μὴ τιμωρήσασθαι.* Atque ita restitue mecum ex Ven. Obsop. Bodlei. Lindenbr. Aug. et Vindob., editis autem Manut. et Felic. TAYLOR. Vulg. *τιμωρήσασθαι. μὴ τιμωρήσασθαι* August. primus, Bavaricus, Lessing. Correxi, addita negatione, *μὴ τιμωρήσασθαι.* Nisi insequentia particulam infitiantem hic exigerent, posset vulgata ferri et sic accipi: *an potius decet eum punire, qui conetur hos servare?* REISK.

P. 741. v. 15. *διὰ ταῦτα*] Scilicet *τὰ αὐτῶν πονηρεύματα.* Planius tamen foret *διὰ τοῦτο*, scilicet *διὰ τὸ πονηροὺς* [l. *πονηροὶ*] *εἶναι.* REISK. Non foret planius. *propterea.* SCHAEFER.

P. 741. v. 16. *διδάσκετε*] Scilicet *τὸ πονηροὺς εἶναι.* REISK.

P. 741. v. 16. *τιμωρεῖσθε*] *τιμωρεῖσθαι* Paulina. REISK.

P. 741. v. 20. *ἐν τῷ οἰκήματι τούτῳ*] Erat ergo, quod videtur ex hoc loco colligi posse, carcer in foro, ut velut digito demonstrari posset. V. p. 742, 21. et 743, 2. REISK.

P. 741. v. 20. *ἕως ἂν — ἀγωνίσωνται*] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 24. SCHAEFER.

P. 741. v. 20. *ἕως ἂν — ἀγωνίσωνται*] *ἕως ἂν ἐπισκήψωνται τοῖς μάρτυσιν ὡς καταψευσαμένοις αὐτῶν.* Sic paulo post v. 23. *διακρουσθῆναι τῆς τιμωρίας* eadem constructione *ἀντὶ τοῦ ἀποστερηθῆναι.* WOLF. Composuit diversissima. In utroque quidem genitivus est: sed non eadem genitivi ratio. SCHAEFER.

P. 741. v. 22. *ἔδοξε — αὐτοῖς*] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 25. SCHAEFER.

P. 741. v. 22. *πόλει*] *πολιτείᾳ* Anecd. Bekk., compendio scribendi perperam expleto. SCHAEFER.

P. 741. v. 23. *διακρουσθῆναι τῆς τιμωρίας*] argutis strophis avocari, arceri et depelli a sumenda poena. REISK.

P. 741. v. 27. *τινὲς*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 741. v. 27. *ὑπέμειναν*] Vulg. *ὑπέμεινα*. Vitium est typographicum, quod correxi. *ὑπέμεινον* Aldina, Paulina. *ὑπέμενον* margo Lutetianae, August. primus. V. ad pag. 742, 28. REISK. *ὑπέμενον* Bekker. SCHAEFER.

P. 742. v. 2. *ἄρχοντος*] *ἄρχοντας* August. primus, non *ἄρχοντες*, ut Fabricius illinc retulit. REISK.

P. 742. v. 2. *ἐῶ*] *ἐάσω* Paris. primus, August. primus. REISK. *ἐάσω* Bekker. V. not. ad p. 573, 10. SCHAEFER.

P. 742. v. 4. *ἔμπροσθεν*] *ἔμπροσθε* August. primus. REISK. *ἔμπροσθε* Bekker. SCHAEFER.

P. 742. v. 5. *γενομένοις*] *γινομένοις* August. primus. *γιγνομένοις* Bavaricus. REISK. *γιγνομένοις* Bekker. SCHAEFER.

P. 742. v. 7. *ἀλλά γε περὶ*] *ἀλλὰ περί γε* August. primus, P. Manut. Lessing. REISK. Hoc verborum ordine, qui solus probandus, Bekker. SCHAEFER.

P. 742. v. 8. *ἔμπροσθεν*] *ἔμπροσθε* Bekker. SCHAEFER.

P. 742. v. 10. *ἕνεκεν*] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. Nec dubito esse interpretantis vel explentis ellipsin quae sibi videretur. V. L. Bosii Ellips. p. 708. SCHAEFER.

P. 742. v. 10. *ὁ τοιοῦτος γεγονέναι ἄνθρωπος*] *γεγονέναι ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος* Bekker. SCHAEFER.

P. 742. v. 11. *ἀλλὰ*] V. not. ad p. 573, 10. SCHAEFER.

P. 742. v. 11. *δικασταὶ*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 742. v. 12. *Θρασύβουλον τὸν Κολυττέα*] Cave confundas hunc Thrasybulum cum illo libertatis Atheniensium assertore celebri, qui dicebatur *Θρασύβουλος ὁ Λύκου Στειριεύς*. Hic tamen, de quo hoc loco agitur, fuit etiam de numero eorum, qui contra XXX tyrannos pugnaverunt e Piraeeo prodeuntes, et forte fuit *Θρασύβουλος ὁ Θράσωνος*, Alcibiadis inimicus, de quo Plutarchus in Alcibiade. PALMER. V. Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. p. 165. ss. SCHAEFER.

P. 742. v. 12. *Κολυττέα*] V. c. Anton. Gallandius emendat *Κολλυτέα*, *non solum*, uti ait, *ex marmoribus antiquis*, *sed etiam aliquot bonae notae auctoribus*, *uti Hesychio et Strabone.* Vide Iac. Gronovii Memoriam Cossonianam p. 32. TAYLOR. Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. p. 165. de scriptione huius nominis disputat et *Κολλητεὺς*, quod in manuscriptis codicibus et saxis Sponianis reperiatur, ait probum esse. REISK. Non *Κολλητεὺς*, quod nihili est, sed *Κολλυτεὺς* Batavus ait ab antiquis lapidibus commendari. Bekkerus et hic et infra ad v. 17.: „*κολλυτέα* S." V. not. ad p. 250, 18. SCHAEFER.

P. 742. v. 12. ἅπαντες] πάντες Bekker. SCHAEFER.

P. 742. v. 16. ἐκ] ἀπὸ Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 742. v. 16. ἦν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 742. v. 17. Ἀγύῤῥιον] [Ἀργύριον.] Ἀγύριον Reg. α. Ita fere Harpocratio (nam huc respicit): Ἀγύῤῥιος. δημαγωγῶν οὗτος οὐκ ἀφανής. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. Lege omnino Valesium ad locum iterumque ad v. Θεωρικά. Meurs. Attic. Lect. VI. 4. TAYLOR. Vulg. Ἀργύριον. Ἀγύριον Bavaricus. Ἀγύῤῥιόν August. primus. Erat item in Bavarico super ρ alterum ρ a nova manu adscriptum. Affert hoc idem, nescio unde, Wolfius in Farragine, forsitan ex Harpocratione. Correxi Ἀγύῤῥιον. V. Valesius ad Harpocrat. v. Ἀγύῤῥιος. REISK.

P. 742. v. 17. Κολυττέα] V. not. ad v. 12. SCHAEFER.

P. 742. v. 17. ἄνδρα] Post h. v. addit August. primus καί. REISK.

P. 742. v. 21. τῷ οἰκήματι] *domicilio plebis* Wolfius. Verte *ergastulo*. Vide Comment. ad Marmor Sandvic. p. 59. TAYLOR. *carcere* recte vertit Dorvillius ad Chariton. p. 587. s. edit. Lips. improbans Taylorum, qui de ergastulo intellexerit. Sed mihi Anglus, omnino parum curiosus proprietatis vocum Latinarum, cum *ergastulum* diceret, videtur *carcerem* intellexisse. Ceterum v. not. ad p. 741, 20. SCHAEFER.

P. 742. v. 22. ἔχειν. καὶ] Rectius ἔχειν· καὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 742. v. 22. καὶ ἐπ' ἐκείνῳ — οὐκ ἐτίθει νόμους] καὶ Καλλίστρατος δυνάμενος (δυνατὸς ὢν) οὐκ ἐτίθει νόμους ἐπ' ἐκείνῳ. WOLF.

P. 742. v. 23. δυνάμενος] Subaudi μέγα ἐν τῇ πόλει. *cum plurimum in rep. valeret*. Pari modo in φρονεῖν subauditur saepenumero μέγα, cum abest. REISK. Ad neutrum verbum μέγα subaudiendum. De v. φρονεῖν in L. Bosii Ellips. p. 268. ita scripsi, ut quae nuper opposita legi de illa me sententia demovere non potuerint.*) De v. δύνασθαι v. quae adnotavi ad p. 110, 20. Hoc quidem loco quid valeat δυνάμενος, satis docet oppositum τοῖς ἀδυνάτοις v. 20. Conf. not. ad Porsoni Orest. p. 81. edit. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 742. v. 23. οὐκ ἐτίθει νόμους] οὐκ ἠθέτει. γρ. οὐκ ἐτίθει νόμους παρὰ νόμους margo Lutetianae, unde repetisse videtur Wolfius in Farragine sic exhibens: „οὐκ ἠθέτει τοὺς νόμους. vel οὐκ ἐτίθει νόμους παρανόμους." REISK. οὐκ ἠθέτει τοὺς νόμους, ut egregie respondens antecedenti τοὺς νόμους — ἐφ' ἑαυτῷ ἰσχύειν, multum placeret, si niteretur auctoritate librorum. Sed videtur coniectura Lambini esse. SCHAEFER.

---

*) Hic addo, cum verbum φρονεῖν gignat et φρόνησις et φρόνημα, diversae nomina significationis apud Atticos (nam bonum est etiam φρόνημα de *cogitatis* usurpare), discriminis huius rationem reddi non posse, nisi utraque vis in ipso verbo obtinuit. SCHAEFER.

P. 742. v. 23. *νόμους*] Post h. v. cum Bekkero plene interpungendum. SCHAEFER.

P. 742. v. 25. *καὶ Μυρωνίδης*] Subaudi *ἐγένετο ἐν τῷ οἰκήματι τούτῳ*. Sic etiam Reiskius Ind. Histor. p. 583. SCHAEFER.

P. 742. v. 25. *Ἀρχίνου*] V. Osannus Inscriptt. III. p. 116. Qui cur eius filium Myrrhoniden dixerit non intelligo. SCHAEFER.

P. 742. v. 28. *ὑπέμειναν*] *ὑπέμεινον* Aldina, Paulina, unde repetiit margo Lutetianae. *ὑπέμενον* August. primus, Bavaricus. V. ad p. 741, 27. REISK. *ὑπέμενον* Bekker. SCHAEFER.

P. 743. v. 1. *ὁ*] Deest in Dindorfiana culpâ, ut credo, typothetae. SCHAEFER.

P. 743. v. 1. *τῶν τῆς θεοῦ*] *τοῖς ταμίαις τῶν τῆς θεοῦ* p. 1075, 2. SCHAEFER.

P. 743. v. 3. *οἱ περὶ τὸν σῖτον ἀδικεῖν δόξαντες*] V. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 91. SCHAEFER.

P. 743. v. 5. *ἅπαντες*] *πάντες* Bekker. SCHAEFER.

P. 743. v. 6. *ἔδει*] Vulg. *ἔδου*. Correxi *ἔδει*. REISK.

P. 743. v. 7. *εἶναι νόμους*] *νόμους εἶναι* Bekker. SCHAEFER.

P. 743. v. 10. *νόμον νὴ Δία τοὺς —*] Vulg. *νόμον, διὰ τοὺς —*. Dedi de meo *νὴ Δία*. REISK. Priorem scripturam summo iure restituit Bekker. Reiskiana tam inepta est, ut mirer a Bekkero in tantis notandi compendiis commemoratam esse. SCHAEFER.

P. 743. v. 13. *σωθήσονται*] Vulg. *σωθήσωνται*. *σωθήσονται* P. Manut. Felic. Et sic dedi. REISK.

P. 743. v. 15. *ἔγωγ' οἶμαι*] *ἐγὼ μὲν οἶμαι* Paris. primus, August. primus. REISK. Hoc erunt qui praeferant. V. p. 579, 10. 615, 26. 748, 7. 749, 4. 756, 3. SCHAEFER.

P. 743. v. 16. *ἀλλ' ἀναμνησθέντες*] *ἀλλ' ἀναμνήσθητε* Lutetianae margo. *ἀλλὰ μνησθέντες* simplex dat August. primus. REISK. *ἀλλὰ μνησθέντες* Bekker. SCHAEFER.

P. 743. v. 17. *Κυδαθηναιέα*] Vulg. *Κυδαθηναῖα*. *Κυδαθηναιᾶ* margo Lutetianae. *γρ. Κυδαθηνέα* margo Lutetianae. *Κυδαθηναιέα* August. primus, Bavaricus: quod verum est. In Bavarico adscriptum est hoc scholium ex Harpocratione *), ni fallor: *Κυδαθηναιεὺς δῆμός ἐστι φυλῆς Πανδιονίδος*. Wolfius in Farragine: „*Κυδαθηναιᾶ* vel *Κυδαθηναιέα*. Videtur nominativus esse *Κυδαθηναιεύς*." Correxi *Κυδαθηναιέα*. Poterat quoque *Κυδαθηναιᾶ* (quod ex illo contractum est) e margine adsciscì. REISK. *Κυδαθηναιᾶ* Dindorf., quem vide praefat. p. XI. SCHAEFER.

P. 743. v. 21. *ἀντιτιμωμένου*] Subaudi *ἀντὶ τοῦ θανάτου*, pro mortis poena, qua multis videbatur dignus esse. *cum ipse sibi magni aeris mulctam irrogasset, qua poenam mortis redimeret, capite* [h. e. iure civili et potestate in foro versandi] *mi-*

---

*) V. Photius c. 135. SCHAEFER.

nuistis παρ' ὀλίγας ψήφους, *intercedentibus perpaucis suffragiis infamiam ei sancientibus et numero, sed exiguo, vincentibus ea suffragia, quae mortem ipsi decernerent.* REISK. Iunxit igitur χρημάτων πολλῶν ἀντιτιμωμένου. Sic autem post πολλῶν non debuit interpungere: omisitque subdistinctiones post πολλῶν et ἀντιτιμωμένου Bekker. Mihi quid de hoc loco videatur statim dicam. SCHAEFER.

P. 743. v. 21. παρ' ὀλίγας ψήφους ἠτιμώσατε] *paucis suffragiis evasit, quo minus ignominia notaretur.* WOLF. Recte interpretatur παρ' ὀλίγας ψήφους: nam Reiskii ratio non probanda est. Adde quod ipse Reiskius Wolfii interpretationem amplectitur Ind. Graecitat. p. 374. med.: nisi forte Hesleri sunt quae illo loco leguntur. Iam verba χρημάτων πολλῶν ἠτιμώσατε iungenda esse particulae inter se oppositae μὲν et δὲ tam manifesto docent, ut nemo semel monitus dubitare posse videatur; sin quis adhuc dubitet, discat Demosthenem, si iunxisset χρημάτων πολλῶν ἀντιτιμωμένου, scripturum fuisse hoc ordine verborum: παρ' ὀλίγας δὲ ψήφους, χρημάτων πολλῶν αὐτοῦ ἐκείνου ἀντιτιμωμένου, ἠτιμώσατε. Sed quid sibi vult χρημάτων πολλῶν ἠτιμώσατε? Hoc qui interpretetur, credo fore neminem. Salva tamen res est: nam spissas quae loci sensum obscurant tenebras discutit palmarius Codex, cui toties debemus manum Oratoris. Scilicet Bekkerus: „ἠτιμώσατε] ἐτιμήσατε S.“ Verissime. Hoc dicitur: per pauca suffragia stetisse, quo minus ingenti pecunia reus mulctaretur; nunc illam suffragiorum paucitatem effecisse, ut non valeret ἡ τίμησις, valeret ἡ ἀντιτίμησις. SCHAEFER.

P. 743. v. 25. τούτου αὐτοῦ] [τοῦ αὐτοῦ.] τούτου Barocc. et Vindob. TAYLOR. Vulg. τοῦ αὐτοῦ. τούτου Lessing. ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ, εἰ οὗτος — idem est ac si dixisset ὑπὸ τούτου, εἰ ὁ αὐτὸς —. *quid passuri fuissetis ab hoc homine* (Timocrate), *si idem* (qui tam nefandas leges tulit) *praeterea quoque in numero legatorum vestrorum fuisset.* Dedi tamen τούτου αὐτοῦ. REISK.

P. 743. v. 25. ἐπρέσβευσεν] ἐπρέσβευεν Bekker. SCHAEFER.

P. 743. v. 25. ὑμῶν] ἡμῶν August. primus. REISK.

P. 743. v. 26. τοιοῦτον εἶναι] εἶναι τοιοῦτον Bekker. SCHAEFER.

P. 743. v. 26. δὴ] Recte δὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 743. v. 28. δείκνυσι] δείκνυσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 743. v. 28. βούλομαι δ' ὑμῖν κ. τ. λ.] Vide Σχ. Hermogen. p. 28. Menag. ad Diogen. Laert. p. 33. Vales. ad Harpocrat. v. Ἑτερόφθαλμος. Adde Stobaei Serm. 37. ex Hierocle, item Serm. sive Tit. de Legg. de Consuetudd. TAYLOR.

P. 743. v. 29. νομοθετοῦσι] V. not. ad p. 484, 22. SCHAEFER.

P. 743. v. 29. οὐδὲν γὰρ — ἀκηκοότες] I. q. οὐδὲν γὰρ χεῖ-

ρον παράδειγμά τι ἀκηκοέναι. V. Reiziana in Hermanni Adnotatt. ad Viger. p. 725. SCHAEFER.

P. 744. v. 1. παράδειγμά τι] Vulg. παραδείγματι. In duo divisi vocabula παράδειγμά τι. REISK.

P. 744. v. 2. ἐκεῖνοι] ἐκεῖ August. primus. REISK. ἐκεῖ Bekker. SCHAEFER.

P. 744. v. 3. τὰ πάτρια περιστέλλειν] V. Schweighäuseri Lexic. Herodot. T. II. p. 206. b. SCHAEFER.

P. 744. v. 3. τὰς βουλήσεις] Vereor, ne hoc loco aliquid desit. Quare suspicor, τὰς τῶν ῥητόρων (aut τὰς τῶν πονηρῶν) βουλήσεις legendum esse. *pro libidine oratorum* aut *sceleratorum*. REISK. Nihil deest. Omnino enim est *nach Willkühr, nach Launen*. SCHAEFER.

P. 744. v. 5. διαδύσεις] Vulg. διαλύσεις. διαδύσεις August. primus, Paris. primus. Et sic correxi. *latebras et subterfugia*. REISK. τὰς τῶν — πονηρῶν διαδύσεις p. 730, 12., ubi item male διαλύσεις in tribus Codd. Bekk. SCHAEFER.

P. 744. v. 5. νομοθετεῖσθαι] νομοθετεῖν Paris. primus, August. primus: in quo perhibens Fabricius utrumque legi, et νομοθετεῖν et νομοθετῆσαι, falsus fuit, fefellit certe. Non est ibi nisi prius. REISK. Activum non displicet. Conf. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 744. v. 6. ὥστε, ἄν τις κ. τ. λ.] Ad hunc locum adscriptum est in margine Bavarici: εὖ γε τῆς ἀκριβείας. REISK.

P. 744. v. 6. ὥστε, ἄν τις] ὥστ᾽ ἐάν τις Bekker. SCHAEFER.

P. 744. v. 10. ἐπισπασθέντος] Sic etiam in Bavarico est. Sed in margine est ἐφελκυσθέντος, verum sine γρ.: ut dubium supersit, variansne sit istaec lectio, an scholium. Sed varians videtur potius esse. REISK.

P. 744. v. 10. καὶ γάρ τοι] I. q. τοιγάρτοι. *Quapropter*. SCHAEFER.

P. 744. v. 11. τίθεσθαι] Vulg. τιθέναι. τίθεσθαι Paris. primus, August. primus. Et sic correxi. REISK. Malim τιθέναι. Infra v. 20. λέγεται τολμῆσαι νόμον εἰσενεγκεῖν. SCHAEFER.

P. 744. v. 11. νόμους] Abest ab August. primo. REISK.

P. 744. v. 11. πάλαι] παλαιοῖς August. primus. REISK.

P. 744. v. 14. παρασχεῖν] Subaudi τοῦτον τὸν ἐκκόψαντα REISK.

P. 744. v. 15. καὶ οὐ — οὐδεμιᾶς] In fine desiderari videtur verbum ἀπολύεσθαι, cui forte excidendi causam dedit similitudo. sequentis ἀπειλῆσαι. IURIN. Potest ferri et subaudiri οὔσης ex ὄντος v. 13. Malim tamen καὶ οὔσης χρημάτων τιμήσεως οὐδεμιᾶς. *cum nulla penes eos in usu esset aut in legibus scripta aestimatio aut luitio iniuriae in aere*. REISK. Vulgata bene habet. Tuetur etiam Dorvillius ad Chariton. p. 637. extr. edit. Lips. et οὔ-

σης subaudiendum esse monens et Iurini coniecturam improbans. Anglum fugit quod tot graece etiam doctiores fugit videturque fugisse ipsum Dorvillium discrimen usus negativarum. Nam si Orator tale quid voluisset, scriptum legeremus, non οὐ et οὐδεμιᾶς, sed μὴ et μηδεμιᾶς. SCHAEFER.

P. 744. v. 18. ἑτερόφθαλμος] Citat hunc locum Harpocration v. Ἑτερόφθαλμος. REISK. V. Photius c. 25. SCHAEFER.

P. 744. v. 18. εἶναι αὐτῷ] Invertit Bekker. SCHAEFER.

P. 744. v. 18. αὐτῷ] αὐτῷ Bekkeri Berolinensis, quam sequitur Dindorf. SCHAEFER.

P. 744. v. 23. πλείοσιν] πλέον Bekker. ex optimo Cod. V. mea in H. Stephani Thes. c. 7859. B. Sic p. 747, 10. γέγονα οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντ' ἔτη. SCHAEFER.

P. 744. v. 23. ὑμῖν] ἡμῖν August. primus. REISK. ἡμῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 744. v. 25. ὅσοι μῆνες] Sicut ὅσαι ἡμέραι, pro quo ὁσημέραι plerumque dicitur. WOLF. Koenius ad Gregor. Corinth. p. 64.: „ὅσοι μῆνες occurrere in lege Solonis monuit me vir quidam clarissimus." Non in lege Solonis, opinor, sed in nostro loco, ubi Orator etiam de Solonis legibus loquitur. ὁπόσα ἔτη dat Cod. Paris. in Xenophont. Rep. Athen. III. 4. SCHAEFER.

P. 744. v. 26. νομοθετεῖν τὰ αὐτοῖς συμφέροντα] *sua emolumenta legibus sancire.* Ferri queat. Nullus tamen dubito, Demosthenem dedisse νομοθετεῖν πρὸς τὰ αὐτοῖς συμφέροντα, *leges ferre, prout ipsis expediat, ad suas utilitates.* REISK. Ne audias. *legibus sancire utilia sibimetipsis.* SCHAEFER.

P. 744. v. 26. αὐτοὶ μὲν —, ὅταν ἄρχωσιν] V. p. 734, 30. SCHAEFER.

P. 744. v. 27. ἐφ' αὐτοῖς] *adversus se ipsos.* SCHAEFER.

P. 744. v. 28. τὸ αὐτὸ δίκαιον] *ius idem*, ut ipsi quoque patiantur in custodiam se dari. REISK.

P. 744. v. 28. εἶναι τοῦτο] τοῦτ' εἶναι Bekker. SCHAEFER.

P. 745. v. 3. τιμωρήσησθε] Vulg. τιμωρήσεσθε. τιμωρήσησθε Bavaricus. Et sic dedi. REISK. τιμωρήσεσθαι Bekker. SCHAEFER.

P. 745. v. 5. οὐκ ἂν φθάνοι — δουλεῦον] τὸ πλῆθος ὡς τάχιστα δουλεύσει τοῖς ῥήτορσι. Notetur haec phrasis. Alias fere additur καὶ, ut in Euagora: οὐκ ἔφθησαν πλησιάσαντες ἀλλήλοις καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσαντο σφᾶς αὐτοὺς ἢ τοὺς πρότερον οἰκείους ὄντας. WOLF. *non facile praeveniat*, h. e. effugiat, *multitudo, quo minus his bestiis serviat.* REISK. Recte Wolfius: secus Reiskius. Sensus enim formulae est: οὕτω ταχέως δουλεύσει, ὥστε μὴ δύνασθαι φθάνειν δουλεῦον. *tam cito serviet, ut citius non possit.* Ut, servatâ notissimâ verbi φθάνειν significatione, idio-

matis in impeditissimis vulgo numerati explicatus facillimus esse videatur. Conf. Hermanniana ad Viger. p. 764. SCHAEFER.

P. 745. v. 7. ὀργίζησθε] ὀργίζεσθε August. primus. REISK.

P. 745. v. 7. ἀσελγανοῦσιν] ἀσελγαίνουσιν Bavaricus. REISK.

P. 745. v. 8. εὑρήσετε] [εὕρητε.] F. πολλοὺς ἂν — εὕρητε. Alias malim εὑρήσετε. WOLF. εὕρητε quidem in editorum quibusdam. MSS. tamen praestantiores εὑρήσετε, ut Wolfius, scilicet Reg. α. Aug. etc. TAYLOR. Vulg. εὕρητε. εὑρήσετε August. primus, Bavaricus, Aldina. Correxi εὑρήσετε propter praecedens futurum. REISK.

P. 745. v. 8. [ὑμᾶς]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Uncos amovit Bekker. SCHAEFER.

P. 745. v. 11. τουτονὶ, καὶ] Eaedem plane sunt in August. primo literae atque in editione Parisina. Sed hoc errorem obiecit Fabricio, quod και circumflexum haberet super α, quo deceptus ille credidit atque tradidit, in illo codice legi τοῦτο νικᾷ. Quod si ibi legeretur, nil intercederem, quo minus *absurdissime*, quod ille adscripsit pro more suo, pronuntietur scriptum. Sed consentit Augustanus h. l. quidem cum vulgata. REISK.

P. 745. v. 12. καθιστῇ] Vulg. καθίστῃ. καθιστῇ Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 745. v. 15. ἁλῷ] „etsi adhuc ἄκριτος: id quod sequentia doceant.“ Ita Schoemannus de Lite Attica p. 585. Sed ἁλῶναι, quod sciam, non dicitur ἄκριτος: sequentia autem non referenda sunt ad verba πλὴν ἐάν τις — μὴ καταβάλλῃ, sed ad verba ὃς ἂν — τελοῦντας. SCHAEFER.

P. 745. v. 15. τέλος τι] Vulg. τέλος. Addit August. primus τι. Lessing. idem procul dubio voluit dare, quamvis τε exararit. Addidi τι. REISK.

P. 745. v. 16. καταβάλλῃ] Vulg. καταβάλῃ. καταβάλλῃ August. primus. Et sic correxi. V. p. 746, 5. REISK.

P. 745. v. 17. οὐ γὰρ ἐρῶ] quanquam dicere possem. Iterum iterumque inculcat quod sciret vel maxime commoturum esse bilem auditorum. V. p. 734, 30. 744, 26. SCHAEFER.

P. 745. v. 25. πάντων] ἁπάντων Bavaricus. REISK. ἁπάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 745. v. 26. γνώσησθε] Vulg. γνώσεσθε. Correxi γνώσησθε. REISK. Reiskii barbarismum expulit Bekker. Resolve: *Ego vero hac de re ita disseram, quomodo me disserentem audientes intelligetis vera me dicere.* Ita satis apparet vis futuri. SCHAEFER.

P. 745. v. 26. λέγω] Vulg. λήγω. Correxi. REISK.

P. 745. v. 26. οὔτε γὰρ ἂν] [οὔτε γάρ.] L. οὔτε γὰρ ἂν et caetera. Ita recte habent Barocc. et Ital. TAYLOR. Vulg. οὔτε γάρ. Post οὔτε γὰρ addit Bavaricus ἄν. Addidi. REISK.

P. 745. v. 27. ἐξῆν ὑμῖν] si legis ea esset sententia, quam Timocrates ei imputat. Concludit sic: Timocrates negat vobis licere ex hac lege quemquam custodiae dare. Quod verum minus est. Nam si esset, pari modo quoque vobis haud liceret ullam poenam cuiquam irrogare. Sed licet hoc vobis. Ergo etiam poena carceris in potestate vestra est. REISK.

P. 745. v. 28. ἀποτῖσαι] ἀποτίσαι Reisk. SCHAEFER.

P. 745. v. 28. (ἐν γὰρ — ἔνι,)] Signa parenthesis non habet Reiskiana. Posuit etiam Bekker., sed ita, ut simul sequentia, οὐκ ἂν — τιμῆσαι, parenthesi contribueret. Recte. SCHAEFER.

P. 745. v. 28. ὅ] Abest a Paulina. REISK.

P. 746. v. 1. δεσμοῦ τιμῆσαι] Coniunge τιμῆσαί τινι δεσμοῦ. WOLF. Haec notula quid sibi velit non perspicio. Quod enim sequitur τινι Wolfium spectasse quis credat? SCHAEFER.

P. 746. v. 1. τιμῆσαι] Post h. v. punctum posui. REISK. Posuit etiam post ἔνι. Utrumque perperam: nam haec omnia, οὔτε γὰρ ἂν — usque ad δῆσαι v. 6., syntactice ita colligantur, ut unam periodum efficiant. SCHAEFER.

P. 746. v. 1. ὅσων] Refertur ad περὶ τούτων, quod subaudiendum est ad sequentia προσεγέγραπτο ἂν ἐν τοῖς νόμοις. SCHAEFER.

P. 746. v. 1. ἐστί τινι] ἐστιν Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 746. v. 1. ἢ ἀπαγωγὴ] [ἡ ἀπαγωγή.] ἢ ἀπαγωγή. WOLF. Nam in editis erat ἡ ἀπαγωγή. Consentit Lambinus. TAYLOR. Vulg. ἡ ἀπαγωγή. ἡ cum ἢ mutavi. Sententia est: Si vera essent, quae Timocrates ait, in legibus illis adscripta non esset haec formula, τὸν δ' ἐνδειχθέντα ἢ ἀπαχθέντα δησάντων οἱ Ἕνδεκα, quae leges contra reos τὴν ἔνδειξιν aut τὴν ἀπαγωγὴν permittunt. aut: quos in reos actionem ex his titulis leges dant, non esset iis legibus ista, quam dixi, formula adscripta. REISK.

P. 746. v. 6. ὑμῖν] ἡμῖν August. primus. REISK.

P. 746. v. 7. ἄκυρα] ἄκυρ' Bekker. SCHAEFER.

P. 746. v. 7. ἂν ἦν] si scilicet Timocratis interpretatio valeret. REISK. Propius subaudire εἰ μὴ ἐξῆν δῆσαι. SCHAEFER.

P. 746. v. 8. τοῦτο τὸ γράμμα] *haec formula.* Sic intelligam Platonis τὰ ἡμέτερα γράμματα Gorg. p. 484. A. HSt., non cum Heindorfio speciali sensu de psephismatis, quanquam notio τοῦ γράμματος psephismata quoque complectitur. SCHAEFER.

P. 746. v. 13. τοῦτο ὁ Σόλων] ὁ Σόλων τοῦτο Bekker. SCHAEFER.

P. 746. v. 19. ὍΡΚΟΣ ἩΛΙΑΣΤΩΝ.] V. Matthiae Miscell. Philol. T. I. p. 255. s. et Schoemannus de Lite Attica p. 129. ss. SCHAEFER.

P. 746. v. 20. καὶ τὰ ψηφίσματα] καὶ κατὰ τὰ ψηφίσματα Bavaricus. REISK.

P. 746. v. 21. *τοῦ Ἀθηναίων*] Vulg. *τῶν Ἀθηναίων*. *τοῦ Ἀθηναίων* August. primus. REISK.

P. 746. v. 23. *λέγῃ*] Scilicet *καταλύειν τὸν δῆμον*. *auctor sit oratione, ut gubernatio civilis cum tyrannica mutetur.* Vel ex insequentibus huc trahendum *παρὰ ταῦτα*. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 746. v. 23. *ταῦτα*] *τὰ ψηφίσματα* subaudit Matthiae l. c. Mihi significare videtur *τὴν πολιτείαν*, *statum popularem*. SCHAEFER.

P. 746. v. 24. *οὐδὲ τῶν χρεῶν* — *οὐδ' οἰκιῶν*] V. not. ad p. 215, 25. SCHAEFER.

P. 746. v. 25. *τῆς Ἀθηναίων*] *τῶν Ἀθηναίων* Bavaricus. REISK.

P. 746. v. 25. *οἰκιῶν*] *οἴκων* Paris. primus et quodammodo etiam August. primus, in quo vocabulum hoc et spiritu, ut pleraque illius codicis, et accentu carebat. Primitus utique scriptum fuerat *οἰκιῶν*, sed postmodum *ι* secundum erat erasum. REISK.

P. 746. v. 26. *μένοντας*] *μέλλοντας* margo Lutetianae ex Aldina, ubi Weimaranus ad modum vulgatae correxit, item Lessingianus. REISK.

P. 746. v. 28. *τῶν Ἀθηναίων*] *τοῦ Ἀθηναίων* August. primus, Bavaricus. REISK. Recte *τοῦ Ἀθηναίων* Bekker. Parum sibi constat Reiskius, iure ille et v. 21. adsciscens melius et v. 25. repudians deterius. Scilicet talia sunt manifesta indicia haud lente festinantis. SCHAEFER.

P. 747. v. 1. *οὐδ' ἀρχὴν καταστήσω, ὥστ' ἄρχειν κ. τ. λ.*] Locus hic explanatione videtur adprime indigere. Munera, quae obirent Athenis, erant, ut solet fieri, natura et conditione sua admodum diversa. Quaedam enim dignitatem quandam et auctoritatem continebant, quaedam ministerium tantum et officium merum. Attamen, si ex multis locis coniectare licuerit, utraque *ἀρχαὶ* vocabantur. Ait ergo: *Neminem sinam aliquod officium gerere, priusquam de alio olim gesto rationes retulerit, sive id officium maioris ordinis sit, quale est munus IX virorum, hieromnemonis sive legati sacri, eorumque denique, qui eodem die cum IX viris creantur, sive id inferioris, uti praeconum caeterorumque.* Verum his expeditis quid censendum est de salebrosis istis, *κήρυκος, καὶ πρεσβείας, καὶ συνέδρων*? quae Wolfius vertit: *sive praeco, sive legatus, sive assessor.* Quasi legatus inter ministros publicos recenseretur, aut, postquam voce *κήρυκος* praeconem designaverat, legatum, *τὸν πρεσβευτὴν*, per *πρεσβείας* designaret! Nihil minus. Praecones duplices erant: aut enim legatis in legationibus adparebant, aut magistratui in concionibus. Hos nimirum utrosque complectitur, *κήρυκος πρεσβείας* scilicet et *κήρυκος συνέδρων*. Vide Ulpianum, qui ita sentit. TAYLOR.

Quod Taylorus de salebrosis istis quae dicit commentatus est Matthiae aliud agens inspexerat, cum Anglo tribueret l. c. quae illi in mentem nec venerunt nec venire potuerunt. Wolfium in his verbis interpretandis secutus est Schoemannus l. c.: Taylorum Reiskius ad v. 5., ubi v. quae adscripsi. SCHAEFER.

P. 747. v. 3. ὅσαι] Vulgo ὅσοι. ὅσαι August. primus. Correxi ὅσαι, scilicet ἀρχαί. REISK. Idem, opinor, habent omnes Codd. Bekk.: ut nollem Matthiae praetulisset ὅσοι. SCHAEFER.

P. 747. v. 3. ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ] Id est τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Idem est ac si dixisset ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ κυαμεύονται οἱ ἐννέα ἄρχοντες. REISK. Falsum idem esse quod τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Est simpliciter *hodie*. τῇδε θἠμέρᾳ Aristophanes Avv. 1068. (1072.) Dind. SCHAEFER.

P. 747. v. 5. καὶ κήρυκος] Scilicet ἀρχὴν οὐ καταστήσω. *etiam ad cerycis aut praeconis honorem neminem admovebo, sive ille sit praeco legationis, sive praeco synhedrorum.* Praecones alias erant homines viles, nedum ut magistratu aut honore aliquo fungerentur. Illi autem praecones honorati erant et quodammodo magistratu fungebantur: primum qui legatis adderentur nomine reip., si qui aut Athenis alio emitterentur, aut si qui aliunde missi legati Athenas venirent, ut cum S. P. Q. A. agerent, quod posterius genus hic significari vocabulo πρεσβείας mihi videtur; deinde illi legati [l. praecones], qui publice, h. e. nomine reip., mitterentur in consessum seu collegium τῶν συνέδρων, quomodo appellabantur legati populorum graecorum, qui socii Atheniensium essent. Hi populi legatos quique suos habebant Athenis perpetuo residentes, quorum unusquisque negotia et commoda populi sui ageret, de rebus singulis, quae Athenis gererentur, ad suos referret et mandata suorum rursus ad Athenienses: id quod ex Aeschine satis notum est. REISK. Vidisti Interpretum divortium. Nunc quod mihi hanc iurisiurandi partem (οὐδ' ἀρχὴν καταστήσω — καὶ συνέδρων) pensitanti in mentem venit expromam. Hoc, opinor, dicitur: *nec patiar quenquam magistratu fungi, qui nondum reddiderit rationem neque alius magistratus prius gesti, seu fuerit e IX archontibus, seu hieromnemon, seu quemcunque gesserit magistratum de iis, qui hodie una cum IX archontibus sorte constituuntur, nec muneris sibi publice demandati, seu fuerit praeco, seu unus legatorum, seu de numero synedrorum.* Atheniensibus, puto, verba satis clara fuerunt; nobis clariora forent, si Legislatori placuisset fere sic scribere: οὐδ' ἀρχὴν καταστήσω, ὥστ' ἄρχειν ὑπεύθυνον ὄντα ἑτέρας ἀρχῆς, καὶ τῆς τῶν ἐννέα ἀρχόντων, καὶ τῆς τοῦ ἱερομνήμονος, καὶ ἡστινοσοῦν τῶν ὅσαι — ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ κηρυκείας, καὶ πρεσβείας, καὶ συνεδρείας. SCHAEFER.

P. 747. v. 5. οὐδὲ δὶς — οὐδὲ δύο] Subaudi ad duo haec membra ὥστε. SCHAEFER.

P. 747. v. 5. τὴν αὐτὴν ἀρχὴν] Sic correxi vulg. αὐτὴν τὴν ἀρχὴν. REISK.

P. 747. v. 8. ἄλλη] Vulg. ἄλλοι. ἄλλῳ margo Lutetianae. ἄλλη (in nominativo singul. gener. foemin.) August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. *neque alia:* non uxor mea, non filia, non soror, non mater, non cognata, non pellex, non ancilla, loco meo et in utilitatem meam. Nam alias esset oratio tautologa. Nam in οὔτ' ἄλλος insunt haec omnia: non filius, non frater, non pater, non cognatus, non servus, non amicus. REISK. Vere. Aliter Matthiae l. c. SCHAEFER.

P. 747. v. 8. οὐ τέχνῃ] οὔτε τέχνῃ August. primus, Paulina. REISK. οὔτε τέχνῃ Bekker. Bene: in hac enim formula οὔτε — οὔτε —, ut μήτε — μήτε —, deinceps ponuntur. Thucydides V. 18. μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ. SCHAEFER.

P. 747. v. 11. ἀπολογουμένου] ἀπολογησομένου Bavaricus. REISK.

P. 747. v. 12. ἂν] Bekkerus: „ἐὰν S." Vides ne optimos quidem Codices immunes esse labe notissima hellenisticae graecitatis. SCHAEFER.

P. 747. v. 12. ᾖ ἡ δίωξις] Vulg. ᾖ δίωξις. ᾖ ἡ δίωξις Bavaricus, Lessing. Weimar. e suorum secundo. Articulum addidi. REISK.

P. 747. v. 12. ἐπόμνυμι] ὄμνυμι simplex Bavaricus. ἐπόμνυμαι August. primus. REISK. ἐπόμνυμαι Bekker. hac nota adscripta: „ἐπόμνυμι γρ. S. ὄμνυμι F. v. fuit fortasse ἐπομνύναι." ἐπομνύναι recepit Dindorf. Recte, ut arbitror. Scilicet haec omnia usque ad πολλὰ κἀγαθὰ εἶναι non sunt pars formulae iurisiurandi, sed legis de iureiurando heliastarum latae. Huius legis fere hoc carmen fuit: *Τὸν ἡλιασόμενον ὀμνύναι κατὰ τάδε.* „Ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους — οὗ ἂν ᾖ ἡ δίωξις." ἐπομνύναι δὲ (nisi praestet εἶτ' ὀμνύναι) *Δία, Ποσειδῶ, Δήμητρα, καὶ ἐπαρᾶσθαι ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνοι, εὐορκοῦντι δὲ πολλὰ κἀγαθὰ εἶναι.* SCHAEFER.

P. 747. v. 13. *Δία, Ποσειδῶ, Δήμητρα*] Conf. Commentar. in Aristophan. T. II. p. 406. SCHAEFER.

P. 747. v. 13. *Ποσειδῶ*] Vulg. *Ποσειδῶνα. Ποσειδῶ* August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK. Bekkerus: „ποσειδῶνα S." SCHAEFER.

P. 747. v. 13. ἐπαρῶμαι] [ἐπαρᾶσθαι.] Felicianus ἐπαρᾶται. Puto legendum: *καὶ ἐπαρῶμαι ἐξώλειαν ἐμαυτῷ καὶ οἰκίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνοιμι.* Nam caetera omnia prima persona *καὶ αὐτοπροσώπως* referuntur. Sed ubi hic *οὐδὲ δήσω Ἀθηναίων οὐδένα*? Demosthenesne an Timocrates legem corrumpit, hic omittendo, ille inserendo? An potius a librario verba quaedam omissa sunt? Deinde v. 11. *καὶ ἀκροάσο-*

μαι τοῦ τε κατηγόρου etc. quid ad senatum? Videntur ὅ τε βουλευτικὸς καὶ ὁ δικαστικὸς ὅρκος conflati in unum et ambo mutilati. τοιγαροῦν ὡς δυνάμεθα· δυνάμεθα δὲ, καθὰ γέγραπται. WOLF. Multa hic admisit Wolfius omnino animadvertenda. Conqueritur verba οὐδὲ δήσω Ἀθηναίων οὐδένα hic non comparere. Neque profecto comparere poterant aut debuerant. Ideo adduxit hoc iusiurandum, ut ostenderet, ea verba ibi *non* inesse. Atque ita post recitatam formulam ipse concludit v. 17. Ἐνταυθοῖ οὐκ ἔνι, οὐδὲ δήσω etc. Quid apertius? Fons et origo erroris est, quod existimaret ille, a Demosthene recitari iusiurandum βουλευτικὸν, qui tamen disertissime profitetur, se iusiurandum δικαστικὸν adducere, et profecto adducere ea de causa, qua modo dixi. Porro de mutatione ista personae idem notatur a Benenato. Caeteri omnes Codd. et impressi et MSti constanter ἐπαρᾶται (aut, ut mendose in nonnullis, ἐπαρᾶσθαι) — ἑαυτῷ — ἑαυτοῦ — παραβαίνοι. Perinde est, utro modo legas: utrinque vim eandem sortiuntur. Inde sunt verba concepta eius, qui iusiurandum praestat, hinc ἐπεξηγητικὰ auctoris. TAYLOR. Vulg. ἐπαρᾶται. ἐπαρῶμαι margo Lutetianae. ἐπαρᾶσθαι August. primus, Bavaricus, Aldina. Manus vetustior in Weimarano ad Aldinae ἐπαρᾶσθαι adscripsit ἐπαρᾶθε, quod recentior correxit adscribendo ἐπαρᾶται cum latina hac interpretatione: *imprecatur exitium.* Ad ἐπαρᾶσθαι subaud. δεῖ. *debet, qui haec ait, post haec dicta diras in semet ipse dicere.* Correxi tamen ἐπαρῶμαι, propterea quod boni codices in παραβαίνοιμι consentirent, quod praetuli pro παραβαίνοι v. 15. Censuit quoque sic scribendum Dorville ad Chariton. p. 483. REISK. Recte ἐπαρᾶσθαι Bekker. V. not. ad v. 12. SCHAEFER.

P. 747. v. 15. παραβαίνοιμι] Vulg. παραβαίνοι. παραβαίνει μοι margo Lutetianae. Voluit παραβαίνοιμι, quod est in August. primo et Aldina. REISK. Recte παραβαίνοι Bekker. V. not. ad v. 12. SCHAEFER.

P. 747. v. 16. πολλὰ] Vulg. καλὰ πολλά. καλὰ abest ab August. primo, Bavarico. Delevi. REISK.

P. 747. v. 17. Ἐνταυθοῖ] ἐνταῦθα August. primus, Bavaricus, Lessing. Statim δ' abest a Bavarico. REISK. Ἐνταῦθ' οὐκ ἔνι Bekker. SCHAEFER.

P. 747. v. 19. ἄλλο τι, ὃ ἂν] ἄλλο ὅ,τι ἂν Bavaricus. ὅ,τι ἂν August. primus sine ἄλλο. REISK. ἄλλο ὅ τι ἂν Bekker. SCHAEFER.

P. 747. v. 20. βούλωνται] βούλονται Aldina, Paulina. REISK.

P. 747. v. 21. δὲ] δὲ καὶ Bavaricus. REISK.

P. 747. v. 22. πάντας] πάντως August. primus. REISK.

P. 747. v. 25. ψηφίσμασι] Bekkerus: „Malim ψήφῳ." Vulgata mihi quidem videtur verior. SCHAEFER.

P. 747. v. 27. δὲ] Bene δὴ Bekker. *Iam si quis* —. SCHAEFER.

P. 747. v. 27. *προσαγορεῦσαι*] *προσαγορεύειν* August. primus. REISK. *προσαγορεύειν* Bekker. SCHAEFER.

P. 748. v. 1. *τῆς ἐσχάτης*] Bekkerus: „*τῶν ἐσχάτων* S." Fortasse vere. V. L. Bosii Ellips. p. 222. SCHAEFER.

P. 748. v. 2. *δεικνύει*] *δείκνυσι* Paris. primus, August. primus. REISK. *δείκνυσι* Bekker. Quod paulo *Ἀττικώτερον* est. *ἐπιδείκνυμι* p. 747, 21. SCHAEFER.

P. 748. v. 3. *περὶ τῶν φευγόντων καθόδου*] Malim *περὶ τῆς τῶν φευγόντων καθόδου*. REISK. Cur non maluit item *περὶ τῆς δικαστηρίων* (aut plenius etiam *τῶν δικαστηρίων*) *καταλύσεως*? Vulgata non mutanda. Conf. v. 8. et 12. SCHAEFER.

P. 748. v. 3. *καθόδου*] *καθόλου* Aldina, Paulina. Sed correxit Weimaranus e suorum primo et secundo ad vulgatam. REISK.

P. 748. v. 4. *δεινοτάτων*] Post *δεινοτάτων* videtur *νομοθετεῖν* desiderari, aut *κακουργεῖν*, aut simile quid. *viam aperit ferendi leges* aut *ad scelus committendum*. REISK. Ego nihil tale desidero. SCHAEFER.

P. 748. v. 6. *καταλύσοντα*] *καταλύσαντα* margo Lutetianae, August. primus. REISK. *καταλύοντα* Bekker. SCHAEFER.

P. 748. v. 7. *οὐδέν*] *οὐδένα* August. primus. REISK.

P. 748. v. 8. *παρανόμων — καταλυθεισῶν*] Id est *διὰ τοῦ καταλυθῆναι πρῶτον τὰς παρανόμων γραφάς*, *tollendo primum actiones ex titulo* *παρανόμων*. Malim *τῶν παρανόμων*, sed sic, ut articulus non ad proximum *παρανόμων*, sed ad remotius *γραφῶν* referatur. REISK. Articulo hîc non magis opus quam v. 3. SCHAEFER.

P. 748. v. 13. *σπέρμα — καταβάλλειν*] V. Wyttenbachii Iulianea p. 202. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 748. v. 15. *οὐδ' εἰ μή πω ἂν ἐκφύοι*] *nec si nondum exoriantur*. Forte *οὐδ' εἰ μήποτ' ἂν ἐκφύῃ*. Quam lectionem in vertendo *) sum secutus. WOLF. Pro *πω* margo Lutetianae habet *πως*. *μή πω* bene habere videtur. *nondum*, non tum statim, cum lex primum fertur. REISK. *etiamsi forte nondum progerminet*. *forte* addidi propter particulam *ἄν*, quae hîc quoque notionem facit hypotheticam. Subaudi, si placet, *εἰ τύχοι*. SCHAEFER.

P. 748. v. 16. *ἀλλὰ καὶ*] Inter *ἀλλὰ* et *καὶ* interserit Weimaranus *δὲ* e suorum secundo. REISK.

P. 748. v. 16. *τοιοῦτον*] *τοιοῦτο* Bavaricus. REISK. Non displicet. SCHAEFER.

P. 748. v. 21. *λήσει*] *λύσει* P. Manutius. REISK.

P. 748. v. 22. *τοῦτο ποιῶν*] Scilicet *καταλύων τοὺς νόμους καὶ τὴν δημοκρατίαν*. REISK.

---

*) Vertit: *et si nunquam exoritura sint*. Male. SCHAEFER.

P. 748. v. 22. δόξῃ] δόξει Bavaricus. REISK. δόξει, ut oportebat, Bekker. SCHAEFER.

P. 748. v. 23. ποιῶν] Abest ab August. primo, Bavarico. Locus mihi est dubius et vitii suspectus. REISK. Recte delevit Bekker. *Excogitavit igitur hoc quod fecit, legum per legem abrogationem, ut* —. SCHAEFER.

P. 748. v. 25. καταλῦσαι] λῦσαι simplex dat Paris. primus, August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 748. v. 28. ταύτην] Malim πάντων. REISK. Ne assentiaris. SCHAEFER.

P. 748. v. 28. προσίεσθε] προΐεσθε August. primus. προσεῖσθε Bavaricus. REISK.

P. 749. v. 1. κατεῖδε] κατεῖδεν Aldina, Paulina. REISK.

P. 749. v. 2. παρεῖδε] παρεῖδεν Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 749. v. 2. πρόεδρός ποτ' ἐπεψήφισεν] V. Taylori praefat. ad h. orat. SCHAEFER.

P. 749. v. 4. [οὖν]] Abest a Bavarico et August. primo. Uncis inclusi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 749. v. 4. οὐδέν'] Vulg. οὐδένα. οὐδὲν August. primus. Sed voluit idem cum vulgata, scilicet οὐδέν' cum apostropho. REISK.

P. 762. v. 26. πάθοι] πάθη August. primus, Bavaricus. REISK. πάθη Bekker. SCHAEFER.

P. 762. v. 27. οἴεται] οἴηται August. primus. REISK.

P. 762. v. 27. ἐκτῖσαι] ἐκτίσαι Reisk. SCHAEFER.

P. 762. v. 28. τοῦτο τὸ κέρδος] Malim, nisi plura desint, τοιοῦτον κέρδος. *qui dignum sua persona censet lucrari eiusmodi* (h. e. *tam infame*) *lucrum, tempus puta illud totum, quo pater adhuc sibi in vivis superest.* REISK. Nihil deest: nec vulgata mutanda. SCHAEFER.

P. 762. v. 28. τίνος] Scilicet πονηρεύματος. REISK.

P. 762. v. 28. δοκεῖ] Vulg. δοκῇ. δοκεῖ August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 763. v. 1. πάσχειν δοκεῖ] δοκεῖ πάσχειν Bekker. SCHAEFER.

P. 763. v. 2. εἰσέπραττες] εἰσεπράττου margo Lutetianae. REISK.

P. 763. v. 2. τῶν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 763. v. 3. διὰ μικρὸν ἀργύριον] Aristophanes Plut. 147. διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον. ad q. l. Anglus in primariis Criticis numerandus citavit Demosthenicum. V. Commentar. in Aristoph. VII. 1. p. 71. SCHAEFER.

P. 763. v. 5. μὴ μετέχει τῆς πόλεως] ἄτιμός ἐστιν. V. p. 1011, 11. SCHAEFER.

P. 763. v. 5. μετέχει] μετέχῃ August. primus. μετέχειν Bavaricus. REISK.

P. 763. v. 5. φῄς] φῄς Bekker. SCHAEFER.

P. 763. v. 6. διῴκηκεν.] Male διῴκηκεν; Reisk. — *sorori egregie prospexit.* SCHAEFER.

P. 763. v. 7. κατὰ τοῦτο] Malim κατά γε τοῦτο καὶ μόνον. REISK. Nemo praeter Reiskium malit. SCHAEFER.

P. 763. v. 7. ἐστιν] ἔστ' Bavaricus. REISK.

P. 763. v. 8. καὶ] Abest a Bavarico. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 763. v. 8. ἐκδέδωκε] ἐκδέδωκεν Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 763. v. 10. τὴν πόλιν] h. e. summam rerum apud Corcyraeos potestatem. REISK. Nihil igitur mirum hominem fuisse ἐχθρὸν τῶν Ἀθηναίων, πόλεως δημοκρατουμένης. SCHAEFER.

P. 763. v. 10. αὐτῷ] αὑτῷ Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 763. v. 11. ὅτε δεῦρο πρεσβεύοι] *quoties legatus Athenas veniret.* SCHAEFER.

P. 763. v. 11. ἐξ οὗ δὲ τρόπου] Scilicet χρησομένῳ ὡς διακόνῳ. V. Wolfius ad p. 762, 5. SCHAEFER.

P. 763. v. 12. ἔδωκε] δέδωκε Bekker. in Oxon., δέδωκεν in Berolin., quam secutus est Dindorf. SCHAEFER.

P. 763. v. 12. ἐστὶν] soror Timocratis puta. REISK.

P. 763. v. 13. ἐπ' ἐξαγωγῇ] ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο p. 787, 8. Herodotus V. 6. πωλεῦσι τὰ τέκνα ἐπ' ἐξαγωγῇ. SCHAEFER.

P. 763. v. 13. φησὶ] Sic etiam Bavaricus, sed cum ει super extrema litera. REISK.

P. 763. v. 13. φησὶ μὲν — τῷ ἔργῳ] Adverte chiasmum nonnihil augentem pondus orationis. Vulgaris ordo verborum: φησὶ μὲν ἐκδοῦναι, τῷ δ' ἔργῳ πέπρακε. SCHAEFER.

P. 763. v. 16. κολακεύει δὲ] Post κολακεύει δὲ videtur Ἀνδροτίωνα vel tale quod nomen deesse. REISK. Non deest. SCHAEFER.

P. 763. v. 21. φήσετε] Ita cum impressis et MSS. plerisque aut φήσαιτε cum margine Benenati potius, quam quod edidit Wolfius φήσατε. TAYLOR. φήσαιτε margo Lutetianae. φήσατε editio Wolfii, qui idem voluit, sed ab eius destinatione aberrarunt operae Herwagianae. REISK. φήσαιτε Bekker. ex optimo libro. SCHAEFER.

P. 763. v. 21. δὲ] Vulg. καὶ. δὲ August. primus, Aldina, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 763. v. 21. τὸν] Omittit Bavaricus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 763. v. 22. διδάξαι πειράσομαι] πειράσομαι διδάξαι Bekker. SCHAEFER.

P. 763. v. 23. λωποδυτῶν] τῶν λωποδυτῶν Bavaricus. REISK.

P. 763. v. 23. τὰ τοιαῦτα κακουργούντων] τῶν τὰ τοιαῦτα κακουργούντων Lambinus. TAYLOR. Item Bavaricus. REISK.

P. 763. v. 25. πρῶτον μὲν ὡς ἀληθῶς] Malim πρῶτον μὲν μόνον ὡς ἀληθῶς. Nam in illo μόνον tota vis argumentationis continetur: illud ὡς ἀληθῶς labat et redundat. *solum illum, si verum volumus, iniuria afficit, in quem forte fortuna incidit.* Opponit orator duo diversa genera patientium iniurias, privatos quosdam et publice omnes. Latro et manticularius singulos laedit, lex improba omnes: ille privatum hunc vel illum, in quem mala fors eum defert, haec totam civitatem. Voce μόνον si hic carere possumus, poterimus item v. 27. ea carere. Inutilis ea si hic est, erit etiam ibi. Sed si ibi orator eam necessariam iudicavit, videtur non commissurus fuisse, ut hic desideraretur. REISK. Non persuadet. τὸν ἐντυχόντ' cum tono vocis pronuntiandum: qui tonus vice fungitur vocabuli quod Reiskius additum voluit. SCHAEFER.

P. 763. v. 25. *οὐκ ἂν οἷός τ' ἂν ᾖ*] *τὸ δυνητικὸν μόριον παρέλκει κατ' ἀττικισμόν.* Sed et prior omitti queat: *οὐχ οἷός τ' ἂν ᾖ.* WOLF. *οὐκ ἂν δύναιτο* Bavaricus. REISK. Recte *οὐκ ἂν οἷός τ' εἴη* Bekker. Bavarici *δύναιτο* est interpretantis. SCHAEFER.

P. 763. v. 26. *ὑφελέσθαι*] *ἀφελέσθαι* potius, uti Barocc. Vindob. et Aug. TAYLOR. *ἀφελέσθαι* August. primus. REISK. Male praelatum ab Anglo. SCHAEFER.

P. 763. v. 28. *βουλομένοις ὑμᾶς*] *ὑμᾶς βουλομένοις* Bekker. SCHAEFER.

P. 764. v. 1. *καταισχύνει*] Male a Wolfio redditur *iniuriam facit.* TAYLOR.

P. 764. v. 3. *ἂν*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 764. v. 7. *ἡλίκα πράγματα συσκευάσας*] *quanti res momenti machinatus.* SCHAEFER.

P. 764. v. 8. *ὑπεναντία*] *ἐναντία* simplex Bavaricus. REISK.

P. 764. v. 10. *ὅτι πάντες — τοῦτο ποιοῦσι*] *ὅτι πάντες, ὅταν που καταλύοντες τὸν δῆμον πράγμασιν ἐγχειρῶσι νεωτέροις, τοῦτο ποιοῦσι* Bekker. ex optimo Cod. Quomodo et sententia fit generalis, et aptius iunguntur quae iungi oportet. *που, alicubi,* non solis Athenis, sed in qualibet urbe, ubi rerum summa est penes populum. SCHAEFER.

P. 764. v. 11. *ἐγχειρῶσι*] *ἐπιχειρῶσι* Bavaricus. REISK.

P. 764. v. 12. *ἔλυσαν εἱρκτῆς — τὴν δίκην*] [*ἔλυσαν τοὺς νόμους — τὴν δίκην.*] Locus corruptus a librario primum, deinde et a manu emendatrice. Id vero manifestum fiet, si tecum reputes, quidnam illud sit, quod primo loco faciunt omnes, qui ad remp. evertendam accedunt. Num operam dant legibus novis ferendis, ut hic Timocrates, quibus antiquas leges abrogent? Lentum id et spei nimis tardae et incertae. Refringunt carceres, vinctos solvunt, damnatos liberant eosque omnes socios adiungunt. Hoc est illud *πρῶτον ἁπάντων*, de quo hic agitur. Fidenter itaque rescribo: *ἔλυσαν δεσμοῦ τοὺς πρότερον νόμῳ δι' ἁμαρτίαν τινὰ ταύτην ὑπέχοντας τὴν δίκην.* Adstipulatur Obsopoeus, qui *ὑπέχοντας* pro *ὑπέχοντες* in antiquo Codice reperit: item *ὅρκους* pro *νόμους*, quod satis probat manum emendatricem hic sategisse, infeliciter tamen. IURIN. Vulg. *ἔλυσαν τοὺς νόμους πρότερον νόμῳ — ταύτην ὑπέχοντες τὴν δίκην. ἔλυσαν τοὺς πρότερον νόμους* Bavaricus. Pro *νόμους* dat August. primus *ὅρκους.* Pro *ὑπέχοντες* Bavaricus dat *ὑπέχοντας.* Correxi *ἔλυσαν εἱρκτῆς* [quod vocabulum de meo addidi] *τοὺς πρότερον νόμῳ — ταύτην ὑπέχοντας* [in accusativo] *τὴν δίκην.* Videtur hic in libris vetustis aliquid turbatum esse. Alii vocabulum *νόμους* omittunt, alii pro eo dant *ὅρκους.* Unde suspicor variam hic fuisse in libris vetustissimis lectionem, aliis *δεσμοῦ*, aliis *εἱρκτῆς* exhibentibus. REISK. *εἱρκτῆς* a Reiskio sine ulla necessitate infartum delevit Bekker. V. v. 17. SCHAEFER.

P. 764. v. 14. *ἐστι*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 764. v. 14. *ἀπολωλέναι;*] *ἀπολωλέναι*, Bekker. SCHAEFER.

P. 764. v. 14. *οὐ δήπου — ὑμᾶς*] qui neque is sit, qui suis viribus opibusque propriis solis fretus remp. evertat, neque facile cuiquam is videatur esse. REISK.

P. 764. v. 15. *καταλύσειν*] *καταλύειν* Bekker. SCHAEFER.

P. 764. v. 16. *τὰ προσήκοντα*] Vulg. *προσήκοντα*. *τὰ προσήκοντα* August. primus et Bavaricus. Addidi articulum. REISK.

P. 764. v. 16. *ἀπολεῖσθαι*] *ἀπολέσθαι* Bavaricus. REISK. *ἀπολέσθαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 764. v. 17. *τοῦτο*] Fortasse *τούτων*, *eorum*, quorum modo mentionem feci. TAYLOR. Ne audias. Conf. v. 11. SCHAEFER.

P. 764. v. 18. *δέδεκε*] Vulg. *δέδηκε*. *δέδεκε* August. primus. *δέδωκε* Aldina. Correxi *δέδεκε*. REISK.

P. 764. v. 18. *προστετίμηται*] Vulg. *προτετίμηται*. *προστετίμηται* August. primus, Bavaricus, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 764. v. 20. *λοιπόν τινι*] *λοιπὸν* August. primus. REISK.

P. 764. v. 20. *προστιμηθῇ*] *προστιμήσετε* Bavaricus. REISK.

P. 764. v. 21. *καὶ μὴ, εἰ αὐτίκα κ. τ. λ.*] Vide Longinum §. 15. TAYLOR.

P. 764. v. 21. *εἰ αὐτίκα*] *εἴ τις αὐτίκα* Bavaricus. REISK.

P. 764. v. 21. *ἀκούσαιτε*] Vulg. *ἀκούσετε*. *ἀκούσεται* August. primus e correctione eiusdem manus, priore lectione erasa, quae cuiusmodi fuerit, haud constat. Ferri potest haec lectio, si e Bavarico *τις* adsciscatur. *ἀκοῦσαι* Bavaricus. Correxi *ἀκούσαιτε*. Longinus p. 72. [p. 64. edit. Weisk.] sic recitat: *εἴ τις αὐτίκα δὴ μάλα κραυγῆς ἀκούσειε πρὸ τῶν δικαστηρίων*. REISK.

P. 764. v. 22. *εἴποι*] *εἴπῃ* Bavaricus. REISK.

P. 764. v. 23. *οὐδεὶς — οὕτως*] Vulg. *οὐδεὶς οὔτε νέος οὔτε γέρων οὔτ' ὀλίγωρος οὕτως*. *οὔτε νέος* absunt ab August. primo. *οὔτ'* abest a Bavarico et a Longino sic recitante hunc locum: *οὐδεὶς οὕτως, οὔτε νέος οὔτε γέρων* *), *ὀλίγωρός ἐστιν, ὃς οὐχὶ βοηθήσει*. Ab August. primo abest *ἐστὶν*. Delevi *οὔτ'*. Videtur in codicibus vetustis etiam hic duplex fuisse lectio, altera haec, quae superest in Augustano, *οὐδεὶς οὔτε γέρων οὔτ' ὀλίγωρος οὕτως*, altera, cuius auctor est codex Bavaricus, quem secutus sum, *οὐδεὶς οὔτε νέος οὔτε γέρων ὀλίγωρος οὕτως*. Utraque lectio dat sensum commodum. REISK. *οὐδεὶς οὔτε γέρων οὔτ' ὀλίγωρος οὕτως ἐστίν* Bekker. Mihi magis placet quod Reiskius dedit. SCHAEFER.

P. 764. v. 24. *καθόσον*] *καθ' ὅσον* Bekker. Quomodo etiam Longini editores. SCHAEFER.

---

*) Immo *οὔτε γέρων οὔτε νέος*. SCHAEFER.

P. 764. v. 25. εἴποι] εἴπῃ Bavaricus. REISK.

P. 764. v. 25. παρελθὼν] *superveniens*. Mirabilia narrat Weiskius ad Longin. p. 328. SCHAEFER.

P. 764. v. 25. ὡς] ὡς ὅτι Bavaricus. REISK.

P. 764. v. 25. ἀφιείς] ἀφείς Bavaricus et Longinus. REISK.

P. 764. v. 25. ἐστιν οὑτοσὶ] οὗτός ἐστιν Longinus. SCHAEFER.

P. 764. v. 25. οὑτοσὶ] Bekkerus: „οὑτοσὶν r." SCHAEFER.

P. 764. v. 26. θανάτῳ ζημιωθείη] παραυτίκ' ἂν ἀπώλετο August. primus. REISK. οὐδὲ λόγου τυχὼν παραυτίκ' ἂν ἀπόλοιτο Longinus. SCHAEFER.

P. 764. v. 27. ἔχετε] In August. primo legitur post τοίνυν. REISK. Hoc ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 764. v. 27. λάθρα] λάθρᾳ Bekker. SCHAEFER.

P. 764. v. 28. νόμον] καὶ νόμον Bavaricus. REISK.

P. 764. v. 28. τέθεικε] Malim τεθεικώς. *habetis eum, qui hoc perpetravit — eo quod — legem tulit.* REISK. Nemo alius, opinor, malit. SCHAEFER.

P. 765. v. 1. μόνον] Omisit Bekker. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 765. v. 1. ἀλλὰ καὶ καθαιρεῖ] [ἀλλὰ καθαιρεῖ.] ἀλλὰ καὶ καθαιρεῖ Lindenbr. et Ital. TAYLOR. Vulg. ἀλλὰ καθαιρεῖ. ἀλλὰ καὶ καθαιρεῖ Bavaricus. Et sic correxi e coniectura mea a Codd. confirmata. REISK. ἀλλὰ καθαιρεῖ Bekker. οὐκ ἀνοίγνυσι τὸ δεσμωτήριον, ἀλλὰ καθαιρεῖ quis non praeferat ut dictum aliquanto gravius? Vulgata debetur sciolis ellipses somniantibus, quos fugeret discrimen significationis inter οὐ — ἀλλὰ — et οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ —. Monui in L. Bosii Ellips. p. 309. extr. (ubi corrig. *habeas*). SCHAEFER.

P. 765. v. 2. τὰ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 765. v. 3. ἐκείνων] ἐκείνου Bavaricus. REISK. 'κείνων Dindorf., cuius v. praefat. p. IV. ἐκείνου, quod etiam duo Codd. Bekk. dant, verum videtur. τούτων, τῶν δικαστηρίων: ἐκείνου, τοῦ δεσμωτηρίου. SCHAEFER.

P. 765. v. 7. ἐφ' ᾧ φιλοτιμεῖσθε] *qua re gloriamini.* SCHAEFER.

P. 765. v. 10. ἅπαντες ὑπειλήφασιν] [ἅπαντες ὑπειλήφασιν ἐν ὑμῖν.] Redundare videtur ἐν ὑμῖν. Forte irrepsit ex superiore linea. IURIN. Omnino post similem vocem exeuntem. Wolfius etiam censet abesse posse. Abest ab optimo Vindob. TAYLOR. Vulg. ἅπαντες ὑπειλήφασιν ἐν ὑμῖν. ἅπαντες ὑμεῖς ὑπειλήφασιν August. primus, ubi primum ἐν ὑμῖν recte absunt, deinde ὑμεῖς per errorem librarii vitiose iteratum est ex initio vocabuli ὑπειλήφασιν. Absunt item duo verba ἐν ὑμῖν a Paris. primo: quae verba Wolfius redundare iudicavit, nec non Iurinus et Taylorus. Delevi ut perperam e superioribus iterata. REISK.

P. 765. v. 11. τῆς πόλεως] H. l. non est Athenarum, sed civitatis cuiusque. REISK. Conf. p. 766, 4. s. SCHAEFER.

P. 765. v. 11. εἶναι] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Dindorf. SCHAEFER.

P. 765. v. 12. ὡς] Abest a Bavarico. REISK.

P. 765. v. 12. δόξωσιν] δόξουσιν August. primus. REISK. Recte δόξουσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 765. v. 13. καταῤῥαθυμήσετε] ῥαθυμήσετε simplex dat Bavaricus. REISK.

P. 765. v. 15. φιλοτιμίας] *decoris*. SCHAEFER.

P. 765. v. 15. ἀποστερηθήσεσθε] ἀποστερήσεσθε August. primus. REISK. Adscivit Bekker. SCHAEFER.

P. 765. v. 17. οὐκ ἂν ἔχοντες εἰπεῖν] Subaudi *etiamsi velitis* s. *si quis vos interroget*. SCHAEFER.

P. 765. v. 17. οὐδετέρου] Nihil ergo praestitit Solo recuperata Salamine? WOLF. Huius facti gloria totius civitatis communis, non propria Solonis habebatur; loquiturque hic Orator ut decebat Atheniensem. SCHAEFER.

P. 765. v. 19. ὑπεναντίους] ὑπεναντίον Bavaricus. REISK. ὑπεναντίως Bekker. Recte. Non *leges illis antiquis oppositas*, quod non erat vetitum, si rite fieret, sed *contrario modo*. SCHAEFER.

P. 765. v. 22. παρ' ὑμῖν] Praepositio desideratur in Bavarico. REISK.

P. 765. v. 23. φασί] Vulg. φασίν. φασί (sine ν) August. primus. REISK.

P. 765. v. 26. εἰπεῖν] Restitui ex editt. Felic. et Lutet. MSS. Aug. Lindenbr. et Vindob. TAYLOR. Est in omnibus editis praeter unam Wolfianam, e qua excidit errore operarum Herwag.: id quod vel ex eo constat, quod pro ἐπειδὴ dederunt εἰπειδή. REISK.

P. 765. v. 28. ἐπερωτήσας] Cum praecesserit λέγεται — α ὐ τ ὸ ν εἰπεῖν, exspectes ἐπερωτήσαντα. Sed ita constructio passim inflectitur. SCHAEFER.

P. 766. v. 2. ἐπειδὴ] Subaudi λέγεται e superioribus. REISK. Non subaudiendum. Obtinet hic pervulgatissima ratio particulam temporalem iungendi cum infinitivo in obliqua oratione, quae tota pendet a praemisso λέγεται aut simili verbo. V. Wesselingius ad Herodot. II. 32. SCHAEFER.

P. 766. v. 2. πάντας] Abest a Paris. primo et August. primo. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 766. v. 4. εὑρημένον] Editi et MSti. Wolfius operarum, credo, negligentia εὑρημένων. TAYLOR.

P. 766. v. 4. ἡγεῖται] Alii ἡγεῖτο, uti Barocc. Ven. Lindenbr. et Vindob. TAYLOR. ἡγοῖτο August. primus, Bavaricus. REISK. ἡγοῖτο Bekker. Utrocunque legas modo, advertenda laxior iunctura verborum ὅτι αὐτὸς ἡγεῖται — τῆς πόλεως νόμισμ' εἶναι. Qualis in verbis construendis negligentia non dedecet narrationum simplicitatem. SCHAEFER.

P. 766. v. 4. τῆς πόλεως νόμισμ' εἶναι] νόμισμα τῆς πόλεως εἶναι August. primus, Bavaricus. REISK. Hoc ordine Bekkerus. SCHAEFER.

P. 766. v. 5. δεῖ] Emendes δεῖν cum Barocc. Ven. Lindenbr. Vindob. Ital. et Reg. α. TAYLOR. δεῖν August. primus, Bavaricus. REISK. Recte δεῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 766. v. 6. παράσημον] Credo hunc locum voluisse Harpocrationem, cum prae nimia festinatione Aristocrateam citavit. Vide in v. Παράσημος. Simile aliquod adnotavi ad initium huius Orationis. TAYLOR. Citat hunc locum Harpocration v. Παράσημος. REISK. V. Photius c. 284. SCHAEFER.

P. 766. v. 7. ἐστι] ἐστίν Bekker. SCHAEFER.

P. 766. v. 8. ἀδίκημα] Vulg. τὸ ἀδίκημα. Delevi articulum meo arbitratu. REISK. τἀδίκημα Bekker. Mihi quoque articulus displicet, non quod nesciam recte iungi praedicato, sed quia sequitur ἢ τὸ ἀργύριον. SCHAEFER.

P. 766. v. 11. καὶ φανερῶς] Malim καὶ μάλα φανερῶν. *multae civitates eaeque nobiles.* REISK. Quin φανερῶς auget vim argumentationis, quamvis sophisticae. ἀργύριον φανερῶς πρὸς χαλκὸν καὶ μόλιβδον κεκραμένον, *argentum aeri plumboque ita mistum, ut neminem fallat.* Sophisticam dixi argumentationem, quod mistio tam manifesta eaque publice facta non potest vere dici pecuniae corruptio. SCHAEFER.

P. 766. v. 11. μόλιβδον] Bekkerus: „μόλυβδον S. Y. v." Hanc formam adscivit Dindorf. Mox corrig. χρώμεναι et πάσχουσι. SCHAEFER.

P. 766. v. 12. πάσχουσι, νόμοις δὲ πονηροῖς] Vulg. πάσχουσιν, ὁμοίως δὲ νόμοις πονηροῖς. πάσχουσι, νόμοις δὲ πονηροῖς Bavaricus. Post νόμοις addit margo Lutetianae τε. Correxi πάσχουσι, νόμοις δὲ πονηροῖς. REISK.

P. 766. v. 15. καὶ] Abest ab August. primo, Bavarico. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 766. v. 17. χρῆν μὲν οὖν κ. τ. λ.] Conf. p. 503, 27. ss. SCHAEFER.

P. 766. v. 17. χρῆν] χρὴ Bavaricus. REISK. Bene χρὴ Bekker. SCHAEFER.

P. 766. v. 17. ἅπασιν] ἐν ἅπασιν Aldina. REISK. πᾶσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 766. v. 20. δι' ὧν — τὴν πόλιν] quibus salus civitatis nititur: ut, si observentur, potens sit respublica, sin negligantur, invalida. SCHAEFER.

P. 766. v. 22. τιμὰς] Post τιμὰς addit Bavaricus τινας. Sed paret eam vitiosam esse eiusdem vocabuli iterationem. REISK.

P. 766. v. 23. τὰς τιμὰς] Vulg. καὶ τὰς τιμάς. καὶ abest ab August. primo et Bavarico. Delevi copulam. REISK.

P. 766. v. 26. [ἢ κακόν τι πράττειν]] Abesse malim ut scholium voc. κακουργεῖν, et ideo uncis inclusi. REISK. Conf. p. 504, 6. SCHAEFER.

P. 766. v. 28. οὐδεμία] μηδεμία Bavaricus. REISK.

P. 766. v. 28. ἄλλη] Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 767. v. 2. τί] Abest a Bavarico. REISK.

P. 767. v. 3. ταῦτα] τὰ τοιαῦτα Bavaricus. REISK.

P. 767. v. 3. τῷ κοινῷ] Nonnulli Codd. has voces substituunt post γένοιτο v. s., nonnulli utrobique dissimulant. TAYLOR. Vulg. verba τῷ κοινῷ bis leguntur, primum post χρήσιμα, tum post γένοιτο. Prius illud abest a Bavarico, posterius ab August. primo et Paris. primo. Utrumque qui dissimulent, esse codices quosdam ait Taylorus. Posterius delevi. REISK.

P. 767. v. 5. οὐδ' ὁτιοῦν] μηδ' ὁτιοῦν August. primus, Bavaricus. REISK. Recte μηδ' ὁτιοῦν Bekker. SCHAEFER.

P. 767. v. 5. δ' ἀδικοῦσιν] Bekkerus: „ἀδικοῦσι δὲ v." Concinnior hic ordo, nec tamen necessarius. SCHAEFER.

P. 767. v. 6. Τιμοκράτης] Τιμοκράτη P. Manutius. REISK.

P. 767. v. 6. γένοιτ' ἂν] Post γένοιτ' ἂν ponit margo Lutetianae signum interrogandi. REISK. Ego posui post εἰκότως. Sic etiam Dindorf. Neutro loco habent Reisk. et Bekker. plene distinguentes post εἰκότως. SCHAEFER.

P. 767. v. 8. δὶς τόσα] Vulg. δίς. Addit margo Lutetianae τόσα. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 767. v. 10. δι' οὗ — αἱ τιμωρίαι] Ad Benenati marginem subiicitur οὐκ. Malim ἄκυροί εἰσιν. IURIN. Ad marginem Lutetianae, non interiorem, in quo solent exhiberi varietates lectionis ad ipsum Demosthenem referendae, sed exteriorem, in quo exhiberi solent variae lectiones ad Scholia pertinentes, subiicitur οὐκ ante εἰσιν: quae videtur esse Lambini coniectura. οὐκ etiam adscriptum inveni Lessingiano. Addito ἄκυροι fit oratio tolerabilior. Possit etiam pro ἄκυροι substitui φροῦδαι. Sed nescio, an potius sic sit scribendum: — ἐπιχειρῶν ὑμᾶς ποιεῖν, τούτους ἀνελὼν, δι' ὧν τοῖς ἀδικεῖν ἐπιχειροῦσίν εἰσιν αἱ τιμωρίαι. *Hic Timocrates in hac sua lege ita se gessit, ut constet omnibus, eum conatum esse fraude quadam vos circumvenire*

eo, quod sustulit leges illas, per quas poenae constitutae sunt illis, si qui conentur vos laedere. REISK. Bekkerus: „εἰσὶν] οὐκ εἰσὶν margo O." SCHAEFER.

P. 767. v. 11. ἄξιον] Post h. v. addit τοίνυν Bavaricus et locum sic exhibet distinctum: — τῶν εἰρημένων ἐστίν. ἄξιον τοίνυν κολάσαι (sine duobus vocabulis ὀργισθῆναι καὶ). Ab August. primo abest ἐστιν. REISK. ἐστιν delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 767. v. 12. τοῦτον] Abest ab August. primo. REISK. Post ποιῆσαι posuit Bekker. Delevit Dindorf. Mihi non videtur pronomen recte abesse. SCHAEFER.

P. 767. v. 13. πράως] πράως Bekker. SCHAEFER.

P. 767. v. 15. ἔστ'] Vulg. ἔσται. ἐστὶν August. primus. REISK.

I. TAYLORI

AD

ORATIONEM DEMOSTHENIS

CONTRA ARISTOGITONEM

PRAEFATIO.

Sequuntur duae in Aristogitona: quarum neutram lectori perplacere posse iudico a Timocratea recenti caeterisque, quae modo praeivere. *) Adeo longe distare a Demostenica vi atque infra eius laudem positae esse mihi videntur. Nam dum Aristogitonis mores insectatur, hominem increpat, non percellit, ut semper solet noster: dum de rep. disserit, quod hic praeter solitum longiuscule facit, (et interea sorex ille suo se indicio prodidit, cum pag. 774, 3. scribat: *δότε καὶ συγχωρήσατέ μοι, ὡς πέφυκα καὶ προήρημαι, περὶ τούτων διαλεχθῆναι*) aliquando totus friget, qualem dixeris, qui arma non ex rhetorum officinis sumserit, verum ex philosophorum umbra atque ambulationibus. Praeter ea sententiis saepissime durus est et impeditus, turbidus etiam atque lutulentus, et, si compositionem spectes, neque numeris neque nitore ad Demosthenis felicitatem unquam fere assurgit. Quanquam probe sentiam, haec a me non esse magistri ad instar praecipienda, verum omnino eiusmodi esse, ut unumquemque sibi ea domi et in pectore sapere deceat. De me autem quod dicam, declamatiuncula esse videtur tanto nomine indigna, sed qualem hodie vix scribimus. Mecum etiam sentit, etsi sciam, quam parum valeat in hisce rebus aliorum opinio, Casaubonus ille magnus, Heraldus et Duportus noster.

Idem pene erat priorum aetatum iudicium et, si qua sit, auctoritas. Praeter Harpocrationem, qui non uno in loco ambigit de earum fide, disertius paulo Iul. Pollux L. X. C. 34. §. 155.

---

*) Mihi ab illis recenti perplacuerunt. Idem Reiskii sensus fuit. SCHAEFER.

ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Δημοσθένους πρὸς Ἀριστογείτονα, licet vox, quam ex suspectis illis Orationibus citat, in hisce duabus neque exstet, neque unquam ibi locum habere potuisse iudicem. Singularis plane est de hac re Dionysii Halic. crisis in libro, qui inscribitur *π. Δημοσθ. δεινότητ.* §. 57. *εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι ἀηδεῖς καὶ φορτικαὶ καὶ ἄγροικοι κατασκευαὶ, ὡς ἐν τῇ κατὰ Ἀριστογείτονος β — ἐν ἄλλοις τε συχνοῖς, οὓς ὁ Δημοσθένης οὐκ ἔγραψεν*, caetera: cum tamen videam, priorem tantum c. Aristogitona iis vitiis laborare, quae isti censori displicent, alteram illam in neutro genere vel vitii vel virtutis excellere, et, si Demostheni mediocri esse liceret, plane eam esse, ut potius absolvi potuisset. Quod vero habet Photius Cod. CCLXV. de hoc Dionysii iudicio, non minus est notandum: *Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τοὺς δύο κατὰ Ἀριστογείτονος ὡς νόθους παραγράφονται. ἀλλ' οὗτοι καὶ ὀρφανοὺς**) *αὐτοὺς ἀφιᾶσιν, οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν τοὺς τεκόντας* *)· *ὧν εἷς γέγονε καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, οὐδὲν μέγα τεκμήριον τῆς ἰδίας ὑπολήψεως παρεχόμενος, οὐδὲ ἐκεῖνο συνιδεῖν ἐθελήσας, ὡς πολλῷ μείζων, ἤπερ ἡ ἐκείνου ἀπόφασις, αὐτὸς Ἀριστογείτων ἀνομολογῶν Δημοσθένην κατ' αὐτοῦ γεγραφέναι.* Deinde citat Aristogitonis orationem cum hac inscriptione: *Ἀπολογία πρὸς τὴν ἔνδειξιν Λυκούργου καὶ Δημοσθένους.* Quasi necesse esset aut semper exstare, quod aliquando exstitit, aut neminem unquam fuisse repertum, qui in vett. monumentis imitandis se exerceret.

Alii contra ea, quae diximus, has Aristogitonianas in canonem Demosthenicum non dubitant referre. Longinus §. 27. Sublimitatis non leve exemplum exinde allegat, animi securus et de fide auctoris parum sollicitus. Deinde in priori legitur p. 774, 18. celeberrima ista legis definitio, quam certatim et disertissimis verbis toties ex Demosthene laudant Aphthonius et Hermogenes cum suis Enarratoribus, tum Marcianus demum ICtus l. 1. Institut. Vide l. 2. D. de Legibus. Praecipue autem omnium Plinius IX. Epist. 26. horum sermonum elegantiis magnopere delectatur. Quae autem res sedulo et otiosius paulo est a me animadvertenda. Antiquiores Critici, quibus displicuerunt Aristogitonianae, (vide Dionysium et Photium in locis a me citatis,) cum ob alia, tum eas reprobarunt maxime propter *ὀνόματα φορτικὰ* et *ἀηδῆ*, ab usu et castitate Demosthenis tam aliena, quam quae maxime; nempe qui delectu verborum translationumque felicitate caeteris adeo excelluit, ut lectorem suum nunquam fastidiosum a se dimitteret. In his autem prae caeteris omnibus haec Oratio se iactitat, et quae acerrimis iudicibus bilem moverunt, eorum nonnulla diligentissima manu approbanti similis decerpsit ille Plinius. En

---

*) Satis nota metaphora, etiam a classicis scriptoribus usurpata, quod fugit Schweighaeuserum ad Athen. init. V. Heindorf. ad Platon. Phaedr. p. 234. Citerior Graecitas ita affectavit, ut fines eius iusto longius proferret: quod de illo Photii loco non male dicas. SCHAEFER.

florum sparsionem! τὸν ἀεὶ βουλόμενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτριβεῖν p. 771, 25. Et: ἀπεσχοινισμένος ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις p. 778, 16. εἰ δὲ κάπηλός ἐστι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος καὶ μεταβολεύς p. 784, 7. τὰ δικαστήρια οἰκοδομῆσαι, ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοσχεύητε p. 785, 3. τούτων οὐδένα ὁρῶ τῶν τόπων βάσιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα, φάραγγας, βάραθρα p. 793, 4. μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἔχωσας λιμένας καὶ προβόλων ἐνέπλησας, πρὸς τούτους προσορμίζου p. 795, 13. Ita dispari ingenio has orationes legerunt summi olim viri, et, ut cum Plinio ipso loquar, quae aliis *tumida*, *improba* aut *nimia*, ea contra aliis *sublimia*, *audentia*, *plena* esse visa sunt. Verum de his satis: sentio enim, quam difficile sit, ne dicam odiosum, diiudicare, immodicum sit illud an grande, ardenter an turgide dictum, quod in Oratione eminere et exstare videtur. Priusquam autem manum de tabula, addam nonnulla his similia. νεαλὴς δὲ καὶ πρόσφατος — περιῆν αὐτοῦ τεταριχευμένου p. 788, 22. de duobus ergastuli incolis, uno recens hospite facto, altero, qui in eo inveteravit. Et: τοὺς ἐπιλήπτους φησὶν ἰᾶσθαι αὐτὸς ὢν ἐπίληπτος πάσῃ πονηρίᾳ p. 794, 2. Deinde: ἐν κρίσεσι καὶ ἀγῶσι — ἅπαντας εἶναι βούλεται. ταῦτα γεωργεῖ etc. p. 794, 20. ταῦθ᾽ οὗτος μονονοὺ κώδωνας ἐξαψάμενος διαπράττεται p. 797, 13. Demum: ἀθληταὶ τῶν καλῶν ἔργων ἐγένοντο p. 799, 16.

Aristogito ille, qui in criminosa hac oratione a scriptore nostro laceratur, rhetor erat Athenis, quem habuit in rep. administranda Demosthenes sibi adversarium. De eo consuli possunt Σχ. Hermogen. aliquoties, Quintilian. XII. 20. Plutarch. in Phocione, Tzetz. Chil. VI. 95. etc. Maussac. ad Harpocrat. p. 117. et quae iam diximus in aditu Orationis, quam habuit Aeschines c. Timarchum, p. 22. In primis facetum illud de Aristogitone, quod memoratur a Plutarcho in Apophthegm. Cum ille iam cicutam in carcere erat hausturus, Phocionem optimum civem conveniri voluit: eamque rem nonnullis, qui Phocioni studebant, dehortantibus, καὶ ποῦ τις ἄν, εἶπεν, ἥδιον Ἀριστογείτονι λαλήσειεν; Si, qualis fuerit dicendo, rogas, respondebit Hermogenes, qui omnem orationis formam sedulo et studiosissime investigavit. Ita ille pag. edit. Crisp. 368. Καὶ μὴν καὶ τὸ πρὸ τῶν ἀποδείξεων λοιδορίαις ἢ σφοδρότησιν εἰκῇ κεχρῆσθαι, ἢ ἔνθα ὅλως μηδενὸς τοιούτου δεῖ, καθάπερ εἴωθεν Ἀριστογείτων ποιεῖν, φαινομένη τίς ἐστιν, οὐ μὴν οὖσα δεινότης· ὑπόκενον γὰρ καὶ ψυχρὸν μᾶλλον τὸ τοιοῦτον. Crederes, hanc fabulam non de Aristogitone, verum, nomine mutato, de oratore, qui hic contra Aristogitona verba habuit, dici. Ita concordant cum hac crisi, quae modo lecturus eris. Neque enim solummodo adversarium proscindit πρὸ τῶν ἀποδείξεων, verum per totam fere orationem convicium acre, ἀπόδειξις nulla.

Adiicere lubet, quae de hoc homine Suidas corrasit, non

aliena ab iis, quae in his Orationibus de eo leguntur: *Ἀριστογείτων Κυδιμάχου ἢ Λυσιμάχου, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, μητρὸς δὲ ἀπελευθερικῆς, ὅστις ἐπεκαλεῖτο Κύων διὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ. ἐφονεύθη δὲ ὑπὸ Ἀθηναίων, λόγους ποιήσας, Ἀπολογίαν πρὸς Δημοσθένην τὸν στρατηγόν, πρὸς Λυκοῦργον, κατὰ Τιμοθέου, κατὰ Τιμάρχου, κατὰ Ὑπερίδου, κατὰ Θρασύλλου, Ὀρφανικόν.* et proxime, nam non est alius: *Ἀριστογείτων Σκυδίμου, συκοφάντης. τούτου ὁ πατὴρ ὀφλήσας τῷ δημοσίῳ τελευτᾷ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ αὐτὸς Ἀριστογείτων μετὰ ταῦτα ὡς κληρονόμος τοῦ ὀφλήματος ἐδέθη. ἡ δὲ μήτηρ ἐπράθη ὑπὸ τοῦ δήμου. ἐν δὲ τῷ δεσμωτηρίῳ κλέψας γραμματεῖον κατεγνώσθη ὑπὸ τῶν δεσμωτῶν. καὶ τὴν ῥῖνα, οὗ τὸ γραμματεῖον ἔκλεψεν, ἔφαγεν. καὶ Ζωβίαν ὑποδεξαμένην αὐτὸν φυγόντα, ἀξιοῦσαν εὖ παθεῖν, ὅτε ἴσχυεν, ἐπὶ τὸ τοῦ μετοικίου πωλητήριον ἤγαγεν, καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐπ' ἐξαγωγῇ πέπρακεν. Ὑπερίδην δὲ ἐγράψατο παρανόμων ἐπὶ τῷ μετὰ Χαιρώνειαν ψηφίσματι καὶ οὐχ εἷλεν.*

Huius generis actio vocatur *ἔνδειξις*. Ea est, cum quis iure damnatus in iudicatis non maneat, veluti hic obtinet. Lex ait: In iudicio convictus debere *τῷ δημοσίῳ*, ille in suggestum ne prodeat, neque coram populo verba habeat. Qui quem ea pervicacia se gerentem in ius duxerit, eum *ἐνδεικνύναι* dicitur, quemadmodum hic Lycurgus et Demosthenes Aristogitona. Vide Harpocrat. v. *Ἔνδειξις*, Herald. Animadv. ad Salmas. IV. 9., quae nos ad Aristocrateam pag. 636, 8. Polluc. L. VIII. C. 6. §. 49. Petit. LL. Attic. aliquoties, *Σχ.* Aristophan. Vesp. 1103. Salmas. de M. U. p. 780. etc. Vales. ad Maussac. p. 231. Ulpian. ad Androt. Moschop. *π. σχεδ.* p. 152. Ait Harpocratio: *πολλοὶ μέν εἰσι λόγοι ἐνδείξεως, γνωριμώτατοι δὲ οἱ κατ' Ἀριστογείτονος Δημοσθένους.* Quod sane nescio quo animo sit accipiendum.

Periit utique, quam priori loco, utpote natu grandior, habuit Lycurgus, ille severus orator, quem nuper demereri studui. Conservatur tamen eius memoria in plurimis locis Grammaticorum aliorumque. Contra autem causa illa, quam in istius rhetoris vita memorat Plutarchus, non *ἐνδείξεως* erat, verum *δειλίας*, si qua isti scriptori fides sit habenda. Circumfertur hodie oratio, quam habuit contra eundem Aristogitona Dinarchus ob acceptam ab Harpalo pecuniam. Eam in primo Tomo huius operis consulere iuvabit: nam in recensenda Aristogitonis vita plurimum cum Demosthene concordat.

Habita est haec post Olymp. CX. 3., quo anno ad Chaeroneam pugnatum est, cum in oratione memorat res ibi infeliciter gestas et Hyperidis super ea re rogationem: ante autem Olymp. CXIII. 2., quo in exsilium abiit Demosthenes; nam in literis, quas exsul S. P. Q. A. pro liberis Lycurgi dedit, si tamen dederit, ad hanc causam saepius alludit, et simul prodit, quam parum prospere a se et Lycurgo fuerit agitata.

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM ORATIONIS CONTRA ARISTOGITONEM.

P. 767. v. 6. *τὸ ἱερὸν κυνηγέσιον*] Videtur esse proprium nomen loci alicuius. WOLF. Dubito valde de isto Wolfii consilio, licet, ut ingenue fatear, nihil in promtu habeam, quod plene opponam. TAYLOR.

P. 767. v. 8. *δὲ*] Abest ab August. quinto et Bavarico. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 767. v. 8. *κελεῦον*] Vulg. *κελεύων*. *κελεῦον* August. quintus. Recepi. REISK.

P. 768. v. 3. *τεθνάναι*] i. q. *θανεῖν*. SCHAEFER.

P. 768. v. 3. *τοῦτο*] *τὸ αὐτὸ τοῦτο* margo Lutetianae. REISK.

P. 768. v. 6. *Ἱεροκλέους*] Vulg. *ὁ Ἱεροκλέους*. *ὁ τοῦ Ἱεροκλέους* August. quintus. Uterque articulus abest a Bavarico. REISK. Recte *ὁ Ἱεροκλέους* Bekker. SCHAEFER.

P. 768. v. 6. *αὐτοῦ*] [Ita enim praeter Aldum editi.] Scilicet *τοῦ ψηφίσματος*. Sed malim *αὐτῷ, τῷ Φανοστράτῳ*. WOLF. *τοῦ* August. quintus. *αὐτῷ* dedit Wolfius e sua coniectura. REISK. Recte *τοῦ* Bekker. SCHAEFER.

P. 768. v. 8. *ἀπόφλημα*] F. *ὄφλημα*. WOLF. Simplex *ὄφλημα* dant August. quintus et Bavaricus. REISK. Iure praetulit Bekker.: compositum enim videtur esse fidei sublestissimae. SCHAEFER.

P. 768. v. 9. *τὸν ἀγῶνα ἀποδόμενος*] causa vendita sive praevaricatus. Sed ea, quae sequuntur, repugnant. Videntur aut haec verba omitti posse et legi: *γραψάμενος καὶ τὸ πέμπτον μέρος* —. aut: *γραψάμενος καὶ τὸν ἀγῶνα ὑποδυσάμενος* —. sicut dicimus *ὑποδύεσθαι κίνδυνον ἢ πόνον*. Quam ego lectionem in vertendo sum secutus. [Et alibi:] *τὸν ἀγῶνα ἀποδόμενος*. Dubito de lectione. Sententia postulare videtur: *cum causam in iudicium deduxisset*. WOLF. Non video, quomodo istam lectionem in vertendo sis secutus. *) Veruntamen ait Orator pag. 784, 15.

---

*) Vere secutus est. SCHAEFER.

τὴν καθ' Ἡγήμονος εἰσαγγελίαν μέμνησαι, ὡς ἀπέδοτο, in eo loco, ubi agit de sycophanta omnes lites suas et actiones cauponante: ut nulla dubitatio esse possit de lectione. Interea tamen cum Wolfio miror, quo pacto haec constare possunt cum iis, quae sequuntur. Deleto itaque *τὸ πέμπτον μέρος μὴ λαβὼν τῶν ψήφων,* quae verba adscripsit aliquis ad oram libri sui, ignarus scilicet, aeque mille drachmis mulctari eum, qui publicam litem transegisset, ac eum, qui, causa in iudicium adducta, quintam partem suffragiorum non tulerit. Vide argumentum Orationis c. Theocrin. p. 1321. et orationem ipsam non longe a principio p. 1323, 19. *ἐὰν ἐπεξιών τις μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν· κἂν μὴ ἐπεξίῃ, χιλίας ἑτέρας, ἵνα μήτε συκοφαντῇ μηδείς,* caetera. Huiusmodi homines in iure Romano compescuit SCtum Turpillianum. TAYLOR. Wolfius: *cum causam in iudicium adduxisset.* Immo: *cum pecunia accepta causam prodidisset.* Ita pag. 784, 15. *τὴν καθ' Ἡγήμονος εἰσαγγελίαν μέμνησαι, ὡς ἀπέδοτο.* ubi, ut etiam hoc in loco, non animum advertisse videtur Wolfius, homo bonus et probus, prodi posse causam non solum accusationem non prosequendo, sed etiam male accusando. IURIN.

P. 768. v. 10. *μεταλαβὼν*] Vulg. *λαβών. μεταλαβὼν* August. quintus. REISK. *λαβὼν* Bekker. SCHAEFER.

P. 768. v. 12. *διπλοῦται*] *διπλοῦνται* August. quintus. REISK.

P. 768. v. 13. *τῶν*] Abest ab August. quinto. REISK.

P. 768. v. 16. *Εὔνομος*] *εὐνόμενος* August. quintus. Sed codex ille vitiosissime et socordia cum incredibili est exaratus. REISK.

P. 768. v. 16. *τάξιν*] Dixi ad Timocrateam p. 715, 2., quae tu consules ibi. Infra in Oratione c. Theocrin. p. 1327, 5. *κατετάξατο ὑπὲρ αὑτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ.* Quod de eadem re dicitur. TAYLOR.

P. 768. v. 16. *αἰτιασάμενος*] Vulg. *αἰτησάμενος.* Sic correxit Lessingianus quoque, deletis duobus vocabulis inutilibus *δύο καὶ*, quae sequuntur participium in Aldina. REISK. Nescio quid Reiskio in mentem venerit, ut mallet Aldinam quam Lutetianam sequi. Recte *αἰτησάμενος* Bekker. SCHAEFER.

P. 768. v. 17. *ἐκτῖσαι*] *ἐκτίσαι* Reisk. SCHAEFER.

P. 768. v. 18. *τὸ ἐπιβάλλον μέρος*] *ratam portionem.* Uniuscuiusque anni *τὸ ἐπιβάλλον μέρος* erat talentum unum cum drachmis ducentis. Ea phrasis explicabit istam d. Lucae XV. 12. *Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας.* Adde Demosthen. *π. στεφ.* p. 312, 2. Wolfium nostrum ad Isocratem p. 75. notarum, I. Christoph. Wolfium in Curis Philolog. ad N. T. ad Lucae locum. TAYLOR.

P. 768. v. 23. *χρήστην*] *χρηστὴν* Reisk. *χρήστην* etiam Bekker. e Cod. SCHAEFER.

P. 768. v. 25. τὸν] τὰ Bavaricus. REISK.

P. 768. v. 26. μέχρις] μέχρι Bekker. SCHAEFER.

P. 768. v. 28. ὀφειλήματος] ὀφλήματος Bavaricus, August. quintus. REISK. Recte ὀφλήματος Bekker. SCHAEFER.

P. 769. v. 1. χρήστου] χρηστοῦ Reisk. Correxit etiam Bekker. e Cod. SCHAEFER.

P. 769. v. 3. ὀφείλει] ὄφλει August. quintus. REISK.

P. 769. v. 3. καὶ] Omittit August. quintus. REISK.

P. 769. v. 3. ὄφλων] ὀφλὼν Dindorf. SCHAEFER.

P. 769. v. 3. ἄχρις] ἄχρι Bekker. SCHAEFER.

P. 769. v. 3. ἐκτισθῇ] Vulg. ἐκθεσθῇ. ἐκτισθῇ Bavaricus, August. quintus, margo Lutetianae. REISK.

P. 769. v. 5. ὀφείλειν] Bekkerus: „ὄφλειν v." Placet, ita tamen ut scribatur ὀφλεῖν. SCHAEFER.

P. 769. v. 10. ἐγγραφὴν] Sic correxit etiam Lessingianus vitiosum ἔγγαφον Aldinae. REISK.

P. 769. v. 11. ἕλῃ] ἀνέλῃ Bavaricus. REISK.

P. 769. v. 14. Ἀρίστωνι] τῷ Ἀρίστωνι August. quintus. REISK. τῷ Ἀρίστωνι Bekker. SCHAEFER.

P. 769. v. 15. ἐνηγώνισται δ' αὐτοῖς] *In illis autem certans versatus est.* SCHAEFER.

P. 769. v. 20. Ἁλικαρνασεὺς] Bekkerus: „ἁλικαρνασσεὺς v." V. Melet. Crit. p. 1. s. SCHAEFER.

P. 769. v. 25. ἐπειδὴ — Λυκοῦργος] Legendum videtur: ἐπειδὴ κατὰ τὸν τῆς ἡλικίας χρόνον τὴν πρωτολογίαν ἔλαβε Λυκοῦργος. IURIN. Assentior. SCHAEFER.

ANNOTATIONES

AD

ORATIONEM I. CONTRA ARISTOGITONEM.

P. 770. ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ] Demostheni tribuendam iudicat Photius Biblioth. p. 800. edens rationes iudicii sui. Orationem hanc non Demosthenis, sed Hyperidis esse auctores sunt Harpocration et Ulpianus ad Olynthiacam secundam, item Suidas v. Ἀπεψηφίσατο, (sed ille quidem, Harpocrationis compilator cum sit, auctoritate caret,) et praeterea ἦθος quoque, quale Dio

Chrysostomus Orat. 19. Hyperidis fuisse praedicat, luculenter hac in oratione expressum est, ut paene magis hac de re, quam Grammatici veteres, testetur. Fieri potest, ut Demosthenis contra Aristogitonem oratio olim superfuerit, sed ea quidem hodie periit. REISK. Photius c. 71. *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος, εἰ γνήσιος.* Demosthenis esse non dubitat Ruhnkenius ad Longin. p. 358. edit. Weisk. Dubitasse videntur Piersonus ad Moer. p. 286. et Lennepius ad Phalar. p. 342. coll. p. 144. Orationem II. spuriam dicit Fr. A. Wolfius Prolegomm. ad Leptin. p. 140., assentiente Boeckhio de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 37., ubi etiam de Oratione I., coll. p. 354. et 420. Denique Bekkerus utramque retulit inter spurias. V. not. ad p. 777, 5. 25. 786, 5. SCHAEFER.

P. 770. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ — ΠΡΩΤΟΣ.*] *ΚΑΤΑ ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΟΣ Α.* Bekker. SCHAEFER.

P. 770. v. 1. *Ἀθηναῖοι*] *δικασταί* Bekker. SCHAEFER.

P. 770. v. 5. *τοῦθ'*] Abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 770. v. 5. *παρὰ*] *διὰ ἢ κατὰ* Bodlei. Inscite. TAYLOR. *διὰ* quidem est scite interpretantis. V. praefat. ad Iuliani Orat. in Constant. laud. p. VIII. SCHAEFER.

P. 770. v. 7. *ὑμῶν ἔχοι πρὸς τὸ ἢ δυσχεραίνειν*] Vulgo *ἡμῶν —*. *ὑμῶν ἔχῃ ἢ πρὸς τὸ δυσχεραίνειν* Paulina. *ὑμῶν* August. primus. *ὑμῶν ἔχει πρὸς τὸ δυσχεραίνειν* August. quintus. *ὑμῶν δικαστῶν ἔχῃ* Weimaranus e suorum secundo. *ἢ* primum abest quoque ab August. primo. REISK. Recte *ἔχῃ* Bekker. SCHAEFER.

P. 770. v. 10. *τὴν*] Abest ab Aldina et Paulina. REISK.

P. 770. v. 11. *ὑμετέρας*] *ἡμετέρας* August. quintus. REISK.

P. 770. v. 11. *ἀκροάσεως*] Videtur hoc vocabulum h. l. illam significare oblectationem, quae nascitur ex audientia dicentis et spectaculo agentis: unde ductus quoque est usus Latinus vocis *acroama*, quo spectaculum omne designat, unde animis oblectatio seu per oculos seu per aures quaeritur. Locum hunc citat Aristides *Τέχν.* p. 248. REISK. *ἔθους — ἀκροάσεως* simpliciter significat: quod ita consuetudo poscit utque vos (qui mos est iudicum, priusquam ineant suffragium) audiatis. De acroamatis quae dicuntur non cogitandum. SCHAEFER.

P. 770. v. 12. *τοῦτο πάλαι τὸ πρᾶγμα*] *τοῦτο τὸ πρᾶγμα πάλαι* Aristides. Hunc ordinem tenent quoque August. primus et quintus, Bavaricus. REISK. *τοῦτο τὸ πρᾶγμα πάλαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 770. v. 12. *ἐπὶ*] *ὑπὸ* Codd. plures, Ven. Barocc. Bodlei. Lindenbr. Aug. Ital. cum margine Benenati. TAYLOR. *ὑπὸ* August. primus et quintus. Bavaricus dat *ἐπὶ*, sed super *ἐ* habet *ὑ* superscriptum et *ὸ* super *ὶ*, ut sit *ὑπὸ*. REISK. Recte *ὑπὸ* Bekker. SCHAEFER.

P. 770. v. 12. οἴκοθεν] *vestrapte sponte, sumtis e vobismet ipsis iudicandi causis rationibusque.* SCHAEFER.

P. 770. v. 13. νῦν] νυνὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 770. v. 15. μάτην ἐῤῥαψῳδηκότας] V. not. ad p. 181, 13. SCHAEFER.

P. 770. v. 16. ἂν] ἐὰν margo Lutetianae. REISK.

P. 770. v. 16. τουτονὶ] τοῦτον Dindorf. ex optimo Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 771. v. 3. τὰ τῶν] τὰ abest a Bavarico. REISK.

P. 771. v. 3. τὰ τῶν νόμων δίκαια [ἰσχυρά]] Vox illa suprema impune abesse potest, et abest quidem a Barocciano. *prodeunt adversarii, uterque palam facturus, causae aequitatem* (τὰ δίκαια) *ab eo stare.* Iuxta mecum interpretatur Phil. Melanchthon, scilic. *eorum, qui litigant, uterque adest, ut sua iusta exponat.* Scriba nimirum deesse aliquid suspicabatur propter ea, quae in initio Orationis leguntur, et securus itaque supplevit. Infra p. 791, 3. οὕτως ἐξετάσαι τοῦτον καὶ τὰ τουτουῒ τοῦ ἀγῶνος δίκαια. Et p. 773, 25. τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς ἐνδείξεως καὶ τῶν νόμων δίκαια αὐτὸν, ὅπερ πεποίηκε, Λυκοῦργον αἱρεῖν ἡγούμην. Theophrastus C. 17. de Querulo: δίκην νικήσας καὶ λαβὼν πάσας τὰς ψήφους ἐγκαλεῖν τῷ γράψαντι τὸν λόγον, ὡς πολλὰ παραλελοιπότι τῶν δικαίων. Vide Casaubonum ad locum, ubi notat, Terentium et Ciceronem ad verbum *iusta* interpretari. Item de Coron. n. 11. et 14. edit. Lutet. TAYLOR. ἰσχυρά abest ab August. primo et quinto. Uncis inclusi. Videtur e varia lectione irrepsisse, cum aliis in libris esset τὰ τῶν νόμων δίκαια, in aliis τὰ τῶν νόμων ἰσχυρά: utrumque bene, sed seorsim quodque. REISK. Uncos amovit Bekker. SCHAEFER.

P. 771. v. 3. τουτουῒ] τούτου Paulina. REISK. τούτου Bekker. SCHAEFER.

P. 771. v. 5. οἱ μὲν δικάζοντες ὑμεῖς κ. τ. λ.] Locum citat Aristides loco laudato. REISK.

P. 771. v. 5. δικάζοντες] δικάσοντες margo Lutetianae. REISK.

P. 771. v. 6. ἡμῶν] Vulg. ὑμῶν. ἡμῶν Paulina, August. primus et quintus, Bavaricus, Aristides. REISK.

P. 771. v. 6. τῶν] Abest ab Aldina. REISK.

P. 771. v. 7. ἐγγεγραμμένον] [γεγραμμένον.] Malim ἐγγεγραμμένον, ut est in Bodlei. et optimo Augustano. Ita Libanius in Argumento p. 768. ult. οὐκ ἐξαληλιμμένου ἐξ ἀκροπόλεως Ἀριστογείτονος, ἀλλ' ἔτι τοῦ ὀφειλήματος ἐγγεγραμμένου. et p. 769, 14. οὐ προσήκει λέγειν τὸν τὰ[illegible]α δικαίως ἐγγεγραμμένον. Et p. 791, 10. οἱ νόμοι, καθ' οὓς ἐγγράφονται πάντες οἱ ὀφλισκάνοντες. et proxime v. 18. ibid. οἱ διὰ γραφὴν ἐγγεγραμμένοι μόνην,

Vide autem porro Valesium ad Harpocrat. v. *Βουλεύσεως* et notata a me ad Aeschin. c. Timarch. p. 62, 1. TAYLOR. Vulg. *γεγραμμένον. ἐγγεγραμμένον* August. primus et quintus, Aristides. Et sic correxi. REISK.

P. 771. v. 7. [*καὶ*]] Abesse malim. Constructio haec est: *εἰδότες τοῦτον λέγειν* (*οὐκ ἐξὸν αὐτῷ*) *καὶ ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ καὶ ἐγγεγραμμένον ἐν ἀκροπόλει. gnari, Aristogitonem hunc oratorem agere, quem agere haud ipsi liceat, quippe qui et aerario debeat et inter aerarios in arce pendeat.* REISK.

P. 771. v. 8. *τάξιν — δεῖσθαι*] [*καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι.*] Praefero *καὶ τὸ πρᾶγμα εἰδέναι* cum Lindenbr., vel, uti adhuc plenius Ven. Aug. Ital. MSti Aldini et Regg. Parisienses, — *τάξιν ἔχειν, καὶ τὸ πρᾶγμα εἰδέναι οὐδὲν ἧττον ἡμῶν, καὶ μὴ μαθεῖν δεῖσθαι.* TAYLOR. Vulg. — *τάξιν ἔχειν, καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι, καὶ μὴ μαθεῖν δεῖσθαι.* — *τάξιν ἔχειν, καὶ τὸ πρᾶγμα εἰδέναι οὐδὲν ἧττον ἡμῶν, καὶ μὴ μαθεῖν δεῖσθαι* margo Lutetianae ex indice Aldinae. Est in Bavarici quoque margine haec lectio cum *γρ.*, texto cum vulgata consentiente. — *τάξιν ἔχειν, καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ, καὶ μὴ μαθεῖν δεῖσθε* August. primus, sed hoc quidem postremum e correctione, vetusta lectione erasa, quae videtur fuisse *δεῖσθαι.* Correxit tamen eadem antiqua manus. Consentit cum August. primo quintus, nisi quod *δεῖσθαι* dat. Pro verbis Aldinae *καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι* dedit margo Lessing. *καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ εἰδέναι.* Integravi locum in vulgata mutilum addendo verba *καὶ τὸ πρᾶγμα* [scilicet *εἰδέναι*, quod tacite est repetendum] *οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ,* quae vulgo desunt. REISK. Verba a Reiskio addita Aristides non habet. — *τάξιν εἰδέναι καὶ τὸ πρᾶγμα εἰδέναι, μὴ μαθεῖν δεῖσθαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 771. v. 11. *αὐτῷ*] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 771. v. 11. *ἀλλ' οὐδ' ὁτιοῦν*] [*οὐδ' ὁτιοῦν.*] Nihil est, quod addatur *ἀλλ' οὐδοτιοῦν*, cum sequatur v. 13. *οὐκ ἄλλο οὐδοτιοῦν.* WOLF. Qui addunt, sunt MSti Ven. Barocc. Bodlei. Lindenbr. Obsop. Aug. Ital. TAYLOR. Post *φερόντων* addunt August. primus et quintus *ἀλλ'*. Vocem primam addidi, quae non est *ἄλλο*, sed *ἀλλά.* *) Solet haec coniunctio eleganter in eiusmodi locis redundare. REISK. Non redundat, sed intendit. SCHAEFER.

P. 771. v. 12. *οὐχὶ*] *οὐ* Bekker. SCHAEFER.

P. 771. v. 13. *οὐ*] *οὐχί.* REISK. Sic, non nominato Codice. SCHAEFER.

P. 771. v. 14. *ἀδικῶν*] *quae etiam* insonti *terrorem incuterent.* WOLF. *ἀδικία* est ea species pravitatis, qua quis latas

---

*) Monuit propter Wolfium. SCHAEFER.

leges violat. τὸ ἀδικεῖν, ut ait Aristoteles Rhet. IV., est τὸ βλάπτειν ἑκόντα παρὰ τὸν νόμον. Similiter et Paraphrastes Nicomacheorum V. 1. λέγεται ἄδικος ὅ τε παράνομος καὶ ὁ πλεονέκτης καὶ ὁ ἄνισος —. καὶ δίκαιον μὲν τὸ νόμιμον καὶ τὸ ἴσον, ἄδικον δὲ τὸ παράνομον καὶ τὸ ἄνισον. Ait ergo: *Aristogito ita privatam vitam instituit, ut etiam merito sibi metueret, si leges civitatis non fuisset transgressus.* TAYLOR. Subaudi τὴν πόλιν. *ob quae quis etiam nullo de crimine publico accusatus tamen metuat, ne in iudicium vocatus damnetur.* Bene locum hunc exposuit Taylorus. REISK.

P. 771. v. 16. οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων] οὕτω δ' ἐχόντων τούτων Bekker. SCHAEFER.

P. 771. v. 22. εἰ δ' ἕτερόν] εἰ δὲ πρότερον August. primus et quintus. REISK.

P. 771. v. 23. ἕτερόν τι] *deterior causa.* SCHAEFER.

P. 771. v. 23. τούτων περιέσται] περιέσται τούτων Bekker. SCHAEFER.

P. 771. v. 23. μηδεὶς] Recte μηδεὶς, non οὐδείς: quippe pendet hoc periodi membrum ab enuntiatione conditionali. SCHAEFER.

P. 771. v. 23. ἂν — φήσειεν] [φήσειεν.] Rectius omnino φήσει. Error natus est ex voce sequente. Non tamen dissimulabo, Codd. Barocc. Lindenbr. Aug. Ital. legere ὁ μηδεὶς μὲν ἂν αὐτὸς πεποιηκέναι φήσειεν: id quod cum mea correctione constare non posse arbitror. TAYLOR. Post μὲν addunt ἂν August. primus et quintus. Addidi. REISK.

P. 771. v. 25. εὑρεθήσεται] V. not. ad p. 54, 18. SCHAEFER.

P. 771. v. 26. δόξητέ] δόξετέ August. primus. REISK.

P. 771. v. 26. βουλόμενον] Scilicet παιδοτριβεῖσθαι vel παιδεύεσθαι. REISK. Immo plena est notio verborum βουλόμενον εἶναι πονηρόν. SCHAEFER.

P. 771. v. 27. παιδοτριβεῖν] Subaudias πρὸς τὴν πονηρίαν. Verbum significantissimum: *initio facto a puerilibus annis.* SCHAEFER.

P. 771. v. 27. πᾶς ἐστὶν] Vulg. ἐστι πᾶς. ἐστὶν ἅπας margo Lutetianae. πᾶς ἐστιν August. primus et quintus. REISK. ἐστιν ἅπας Bekker. SCHAEFER.

P. 771. v. 28. πρόσθησθε] Praestat προσθῆσθε. V. Bekkerus praefat. ad Thucydid. p. IV. (a. 1824.). SCHAEFER.

P. 772. v. 1. ἐργασία] *quaestus.* SCHAEFER.

P. 772. v. 2. δοῦσιν] [δοκοῦσιν.] [uti Ald. Manut. Felic.] Hic manifestum est legendum esse τοῖς διδοῦσιν ex antithesi, cum antecedat v. 1. τῷ λαβόντι et τὸ τοῖς δοκοῦσιν prorsus sit alienum, nisi quis auguretur, id ἀντὶ τοῦ τοῖς δόξαν ἔχουσιν

accipiendum. WOLF. δοῦσιν Ven. Barocc. Bodlei. Aug. cum edit. Benenati. TAYLOR. Item Lessing. REISK.

P. 772. v. 3. πρὸ τοῦ περὶ τῶν κ. τ. λ.] πρὸ τοῦ περὶ τῶν ἰδίων ἐμὲ τῶν τουτονὶ (f. vel τουτουῒ vel τουτωνὶ) λέγειν ἀδικημάτων ἐξετάσαι διὰ βραχέων Cod. Ital. τουτονὶ λέγειν ἀδικήσαντα ὑμᾶς ἐξετάσαι Ven. TAYLOR. Pro τούτου margo Bavarici τουτουὶ: qui idem margo etiam post λέγειν addit ἀδικημάτων REISK. τουτουὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 772. v. 5. προῆχε] [προεῖχε.] Lego προῆχε, παρὰ τὸ προάγω, ἀλλὰ μὴ [l. οὐ] τὸ προέχω. WOLF. προεῖχε editt. Ald. Manut. Felic. προῆγε Ven. Bodlei. cum edit. Paris. προῆχε Barocc. Aug., uti Wolfius restituit. προῆκε margo Paris. non insulse. TAYLOR. Vulg. προῆγε. προῆκε margo Lutetianae, qui videtur idem voluisse dare, quod est in August. primo et Bavarico, προῆχε. προῆγε August. quintus. Correxi προῆχε in praeterito, quam formam Demosthenes amat. REISK. V. Dorvillius ad Chariton. p. 494. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 772. v. 6. μέσος — πρῶτος] V. not. ad Poët. Gnom. p. 3. SCHAEFER.

P. 772. v. 6. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω] [ὧν τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω.] καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω Obsop. WOLF. Ita quoque Barocc. Bodlei. Lindenbr. Aug. et Ital. TAYLOR. Vulg. ὧν. καὶ August. primus et quintus. Et sic dedi, non quo damnarem vulgatam, sed offendebat ὧν in brevissimo intervallo bis iteratum. REISK.

P. 772. v. 7. ἐάσω] ἐγὼ ἐάσω margo Lutetianae. REISK.

P. 772. v. 7. ἀλλ'] V. not. ad p. 573, 10. SCHAEFER.

P. 772 v. 7. γνώμης ἀπόδειξιν, οὐ πονηρίας] Isocrates captata παρωνομασίᾳ fortasse dixisset: οὐ πονηρίας ἐπίδειξιν. WOLF. Ad οὐ πονηρίας addi vult Wolfius in Farragine ἐπίδειξιν. REISK. Verius idem in Annotatt. SCHAEFER.

P. 772. v. 8. προτίθετε] προστίθετε August. quintus. REISK.

P. 772. v. 10. συκοφαντίας] Vulg. συκοφαντίαν. συκοφαντίας August. primus et quintus. Correxi συκοφαντίας in plurali. REISK. συκοφαντίαν Bekker. SCHAEFER.

P. 772. v. 12. βουλεύεσθαι] βούλεσθαι August. quintus. REISK.

P. 772. v. 12. νομίζω — αἰσχίω] [νομίζω δ' οὐδ' ἂν αἰσχίω.] νομίζω δὲ, μὰ τοὺς θεοὺς, οὐδ' ἂν αἰσχίω Barocc. Ven. Aug. et margo Benenati. TAYLOR. Vulg. νομίζω δ' οὐδ' ἂν αἰσχίω. νομίζω δὲ μὰ τοὺς θεοὺς οὐδ' ἂν αἰσχίω August. primus et quintus, Lessing. Et sic correxi. REISK. μὰ τοὺς θεοὺς uncis inclusit Bekker. Uncos iure amovit Dindorf., qui praefat. p. XI. apte comparat νομίζω δὲ μὰ τοὺς θεοὺς οὐδ' ὅσιον p. 785, 2. SCHAEFER.

P. 772. v. 13. *πάντων τῶν καλῶν τῶν τῆς πόλεως*] *ἁπάντων τῶν τῆς πόλεως καλῶν* Bekker. SCHAEFER.

P. 772. v. 15. *προγράμματος*] *ἐν ᾧ προὐτίθετο, περὶ τίνων συνῆλθον.* Vide Annotationes in Areopagiticum Isocratis. WOLF. *πράγματος* August. quintus. REISK.

P. 772. v. 16. *εὐκοσμίας*] *εὐνομίας* margo Lutetianae. REISK.

P. 772. v. 17. *ὁδῷ βαδίζειν* [*καὶ*] *ἐᾶν δεῖ*] Vulg. *ὁδῷ βαδίζειν, καὶ ἐᾶν δεῖ.* Videtur comma una cum *καὶ* tollendum esse. Et uncis inclusi *καὶ*. *oportet vos sinere ista suam viam ire*, h. e. nil impedire, quominus istaec improbitas in itinere suo inoffenso pede procedat. REISK. *ὁδῷ βαδίζει καὶ ἐᾶν δεῖ* Bekker. SCHAEFER.

P. 772. v. 20. *προειμένα*] [*προειρημένα.*] *προειμένα* Barocc. Bodlei. TAYLOR. Vulg. *προειρημένα.* Sic etiam primitus dederat librarius, qui August. primum exaravit, unde reliquum in eo factum est *προειμένα*, quod idem est in August. quinto quoque. Correxi *προειμένα*, a verbo *ἱέναι*. *quae vos nimis late serpere et nimis diu inulta invalescere sivistis.* REISK.

P. 772. v. 21. *πάντα — παριδόντας*] Quem usum habeant ista verba hoc loco posita, videant eruditi. Mihi videntur turbare et infringere orationem, cum non id agatur, ut negligantur pravae et turpes huiusmodi consuetudines, sed ut corrigantur et penitus tollantur e republica. Quod si ea in praecedentem periodi partem v. 17. transferas, unde puto huc irrepsisse, et hic et illic longe commodiorem et dignam Demosthene lectionem habebis in hunc modum: *εἰ μὲν οὖν ὑμεῖς ταῦτα βούλεσθε, καὶ μετὰ τῆς ὑμετέρας γνώμης οὗτοι ταῦτα ποιοῦσι, πάντα τὰ τοιαῦτα ἔθη παριδόντας ὁδῷ βαδίζειν καὶ ἐᾶν δεῖ· εἰ δὲ — βελτίω ποιῆσαι, τήμερον ὀρθῶς δεῖ δικάσαι κ. τ. λ.* IURIN. Pro *παριδόντας* Lambinus mavult *παραλιπόντας*. Haec verba ab ordine suo aberrasse existimans Iurinus in v. 17. translatum ivit pone *ποιοῦσιν*. Sed bene habet, neque in delectu verborum neque in collocatione peccatum hic est. Sententia est haec: *necesse est, ut, praeterhabitis* (vel *postpositis*) *malis illis consuetudinibus* [h. e. eas non imitantes] *recte et severe iudicetis.* Notat illam quorundam importunam et vitiosam lenitatem connivendi et dissimulandi, si quis aerarius ante persolutum reipublicae aes debitum in foro versaretur et causas ageret: id quod per leges non licebat. Sed Aristogiton huius criminis reus agitur. REISK. Iurinum ne audias. Vere Reiskius. *τὰ ἔθη* sunt quae commemorantur v. 7. ss. Conf. p. 773, 8. SCHAEFER.

P. 772. v. 22. *ὑμᾶς*] Ante *τήμερον* substituunt *ὑμᾶς* Ven. Barocc. Lindenbr. Aug. Ital. TAYLOR. *ὑμᾶς* abest ab Ald. Paul. Wolf. Taylor. Bavarico, sed est in eius margine. REISK.

P. 772. v. 22. [*δεῖ*]] Abest ab August. primo et quinto. Uncis inclusi: potest enim facile e v. 18. memoria tacite repeti. REISK. Uncos amovit Bekker. SCHAEFER.

P. 780. v. 23. τῇ] Abest a Bavarico. REISK. Placuit hanc notulam referre ad prius τῇ. Sed fortasse referenda fuit ad τῇ v. 25. Omnino parum accuratus est Reiskius in finienda scripturae diversitate. SCHAEFER.

P. 780. v. 25. οἱ δὲ καὶ κοινοὶ] Quoniam praecesserat v. 23. τῇ ψυχῇ ἑκάστου, cui respondet τὸ κοινοὶ, et τῇ φύσει, cui nihil respondet, amplector id, quod in Codd. deprehendi, οἱ δὲ νόμῳ καὶ κοινοὶ κ. τ. λ. Verte autem, nam Wolfius male vertit: *arae sunt partim privatae, in pectoribus uniuscuiusque, ipsa* natura *constitutae, partim* institutis *et omnibus communes.* TAYLOR. καὶ νόμῳ κοινοὶ, καὶ τοῖς πᾶσι margo Lutetianae, margo Bavarici. καὶ omittunt August. primus *et* quintus. κοινοὶ non culpabo, malim tamen κοινῇ. *arae publicae eo constitutae, quo ab omnibus colerentur.* REISK. οἱ δὲ καὶ κοινῇ τοῖς — Bekker. auctoritate Cod. Recte. τῇ φύσει Taylorus perperam intellexit: iungendum enim est antecedentibus, ut et ipsum a praepositione ἐν regatur. Conf. not. ad p. 575, 1. SCHAEFER.

P. 781. v. 1. εἰσάξειν] S. εἰς τὸ δικαστήριον. Hoc alias τῶν θεσμοθετῶν munus fuit. (Supra p. 778, 17. τῇ γραφῇ θεσμοθετῶν, quasi ab his fuerit accusatus Aristogito: nisi forte legendum sit τῇ γραφῇ παρὰ τοῖς θεσμοθέταις.) Quid vero si ἀπάξειν legas? S. εἰς τὸ δεσμωτήριον. WOLF. V. Ind. Graecitat. p. 187. SCHAEFER.

P. 781. v. 2. παραδώσειν] S. τοῖς ἕνδεκα. WOLF.

P. 781. v. 2. τὰ τοιαῦτα δὴ] Absunt ab August. primo et quinto. REISK.

P. 781. v. 3. ἀκούητε] Vulg. ἀκούσητε. ἀκούητε August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 781. v. 3. τί γὰρ — πάντων] Malim: τί γὰρ οὐκ ἐξελήλεγκται τούτῳ [Aristogitoni puta] τῶν πάντων. *Viarum enim omnium evadendi et eludendi iudicium ecquae una via illi relicta est non tentata nullo cum successu?* REISK. Commentum nemini probabit: neque ipse videtur ei multum tribuisse. Conf. not. sequ. V. mox v. 11. S. SCHAEFER.

P. 781. v. 5. ἐπὶ πάντων] Forte ἁπάντων. WOLF. *in conspectu omnium.* REISK. V. Melet. Crit. p. 105. SCHAEFER.

P. 781. v. 5. *Ἀριστογείτων*] *Ἀριστογεῖτον* August. primus et quintus. REISK. Sic Bekker. V. not. ad p. 795, 13. SCHAEFER.

P. 781. v. 6. *κέκρικας*] *καὶ κρίνας* August. quintus. REISK.

P. 781. v. 6. *τότε*] *τόγε* August. primus. REISK.

P. 781. v. 7. *σαυτὸν*] *αὐτὸν* August. quintus. REISK.

P. 781. v. 8. *Ἀδράστειαν*] Versum hunc citat Harpocration v. *Ἀδράστεια*. REISK. Nec versum hunc citat neque omnino Oratoris meminit. Idem silentium Anecd. Bekk. p. 342, 6. SCHAEFER.

P. 781. v. 8. *ἔγωγε*] *ἐγὼ* August. primus et quintus (sine *γε*). REISK.

P. 781. v. 10. *ἅπασιν*] *πᾶσιν* Bekker. SCHAEFER.

P. 781. v. 10. *ὑμῖν — ἐμέ*] *ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς σώσασί με πολλὴν χάριν* Bekker. SCHAEFER.

P. 781. v. 11. *σὺ δ' — οὐδὲν*] [*σὺ δὲ πώποτε δ' οὐδὲν.*] Lego *σὺ δ' οὐ πώποτ' οὐδὲν κ. τ. λ.* et mox v. 12. pro *ἐὰν εἶναι, ἐὰν οὖν* vel *ἐὰν τοίνυν*. WOLF. Utrumque recte. Nam in editis emendandis cum Wolfio conspirant Ven. Barocc. Bodlei. Aug. MSti, qui *σὺ δ' οὐδὲ πώποτε οὐδὲν*. Morelius dedit: *σὺ δ' οὐδὲ πώποτέ γ' οὐδὲν*. Deinde v. 12. *οὖν* Barocc. Bodlei. Lindenbr. Aug. TAYLOR. Pro *γ'* dant Bavaricus, Aldina et Paulina *δ'*, sed hae sic: *σὺ δὲ πώποτε δ' οὐδὲν* (omisso *οὐδὲ*). Plane abest *γ'* ab August. primo et quinto. *σὺ δὲ οὐδεπώποτε οὐδὲν* Lessing. REISK. *σὺ δ' οὐδὲ πώποτε οὐδὲν* Bekker. SCHAEFER.

P. 781. v. 12. *οὖν*] *εἶναι* Aldina, Paulina. REISK. V. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 781. v. 12. *τοὺς νόμους ἀκύρους*] *ἀκύρους τοὺς νόμους* August. primus et quintus. REISK. Hoc ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 781. v. 13. *νῦν με — τοῦ;*] *νῦν με ἐξελέγξεις περί του; ἀντὶ τοῦ περί τινος.* [*iamne me* alicuius criminis *reum perages?*] Potest et interpungi post *ἐξελέγξεις. περί του;* WOLF. Idque satius. TAYLOR. Vulg. *νῦν με ἐξελέγξεις· περί του; ἐξελέγξεις περὶ τούτων* margo Lutetianae, margo Bavarici. *περί του* plane absunt ab August. primo et quinto. *περὶ τοῦ* (interrogative) Aldina. Et sic correxi. *quanam de re?* REISK. Reiskiana: *ἐξελέγξεις· περὶ τοῦ;* SCHAEFER.

P. 781. v. 15. *σκοπεῖτε*] *σκοπεῖται* indices Aldinae et Paulinae. REISK.

P. 781. v. 16. *ἀλλὰ λέγει γ' ὅμως*] [*ἀλλὰ λέγει γ' ὁμοίως.*] [Ita editt. Ald. et Paris. MSS. Manut. et Felic. etc.] Alii *ὅμως*. WOLF. Ita Barocc. Bodlei. Obsop. cum Regg. Parisiensibus. TAYLOR. Vulg. *ἀλλὰ λέγει γ' ὁμοίως. ὅμως* margo Lutetianae forsitan e Paulina, Bavaricus, August. primus et quintus. Quod Taylorus ait idem esse in Regg. Pariss., error est, quo saepe ducitur, cum existimat in margine Lutetianae tacito auctore positas lectiones e

codicibus Pariss. esse depromtas. Paucissimae illae sunt et nescio an nullae. Lambinus pro sua oscitantia in ea parte Demosthenis Paris. satis habuit lectiones nudas ponere, dissimulato auctore, nescius ille aut non recogitans, plurimum interesse, ut iudicaturis de quaque lectione de auctore ipsius constet, dissimillimus hac in re decessori suo, Morellio, homini saepe plus quam deceret in his rebus diligenti. Incidit nimirum in Demosthenem Lambinus alia omnia agitans, non accessit ad eum edendum paratus. Quas in margine Lutetianae posuit lectiones ἀδεσπότους, eae sunt aut ex antiquioribus editionibus Demosthenis, aut ex earum indicibus, aut e Pannonico Obsopoei, aut ex annotationibus Wolfii prioribus, aut e grammaticis rhetoribusve vetustioribus corrasae, aut sunt ipsius Lambini coniecturae. Correxi ὅμως. REISK.

P. 781. v. 16. ἔπειτ' ἐν τούτοις κ. τ. λ.] Est haec interrogatio: itaque v. 22. post ἐρεῖ ponendum signum interrogandi. SCHAEFER.

P. 781. v. 16. ἐν τούτοις] [ἐν τοιούτοις.] Diu est, quod divinabam τούτοις. Ita etiam Bodlei. Lindenbr. Aug. Ital. τοσούτοις MSS. Felic. et Manut. TAYLOR. Vulg. ἐν τοιούτοις. ἐν τούτοις August. primus et quintus. Et sic correxi. *in his duobus annis.* REISK.

P. 781. v. 17. χαλκοτύπον] χαλκότυπον Reisk. SCHAEFER.

P. 781. v. 18. σκυλόδεψον] [σκυτόδεψον.] Aristophanes βυρσοδέψην appellat Cleonem eodem sensu. WOLF. Vulg. σκυλλόδεψον. σκυλοδεψὸν August. primus et quintus, Bavaricus, Aldina, index Paulinae. Detraxi alterum λ. V. Dorville ad Chariton. p. 750. [659. edit. Lips.]. REISK.

P. 781. v. 23. καθ' ἡμῶν] [καθ' ὑμῶν.] S. τῶν Ἀθηναίων. WOLF. Multo melius ita, uti nos edidimus ex auctoritate Barocc. Lindenbr. Ital. et edit. Benenati. TAYLOR. καθ' ὑμῶν Aldina, Paulina. REISK.

P. 781. v. 23. [ἀδίκημα]] Abest ab August. primo et quinto. Uncis inclusi. REISK. Uncos removit Bekker. SCHAEFER.

P. 781. v. 25. ἠφίει] ἀφίει August. quintus. REISK.

P. 781. v. 27. τοιοῦτός —, οἷος — ζητεῖν] εἴ τις ἐστὶν ὁ ζητῶν, εἴ τις ζητεῖ. WOLF. Plus dicitur. *Si quis in urbe tam pravi est ingenii, ut quaerat.* SCHAEFER.

P. 781. v. 27. τίς] Abest ab August. quinto. REISK.

P. 782. v. 1. εἰ δὲ — φροντίζειν] [μηδὲν φροντίζειν.] [Ita enim constanter edi et, ut puto, scribi solebat.] Forte φροντίζων. Nisi quis referre velit ad οἷος, quod non placet, aut legere καὶ εἴτε δικαίως. WOLF. Profecto temeraria haec nimis et incocta. Nam ex Codd. Barocc. Ven. Bodlei. Ital. et Pariss. veram lectionem eruere possumus et antiquum istud φροντίζειν editorum retinere. Lege itaque: εἰ — τίς ἐστιν — οἷος ἐκ παντὸς τρόπου τὸν κρινοῦντά τινας καὶ συκοφαντήσοντα ζητεῖν, εἰ δὲ δικαίως ἢ

(vel cum marg. Paris. εἴτε) ἀδίκως, μηδὲν φροντίζειν, caetera. TAYLOR. Vulg. εἴτε δικαίως. Pro εἴτε dant εἰ δὲ margo Lutetianae, August. primus et quintus. Et sic correxi. REISK.

P. 782. v. 2. οὐδένα] οὐδὲν August. quintus. REISK. Voluit dare, certe debuit, οὐδέν'. SCHAEFER.

P. 782. v. 2. χρήσιμον] Post h. v. addit Lessingianus ὄντα. REISK. Addidit Bekker. SCHAEFER.

P. 782. v. 4. διαφεύγωσιν] ἀποφεύγωσιν August. primus, Lessingianus. ἀποφεύγουσιν August. quintus. REISK. ἀποφεύγωσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 782. v. 6. τίς] Vulg. τί. τίς margo Lutetianae, August. primus et quintus. Correxi τίς. Sed ut verum fatear, non satis bene inter se cohaerent omnia. Malim sic: τί οὖν; οὐχ οὗτός ἐστι κύων νὴ Δία (φασί τινες) τοῦ δήμου; *Quid tum? interrogant quidam. Nonne hic est canis populi? At qualis? ego contra interrogo.* REISK. Recte τί Bekker. Reiskii suspicio vanissima. κύων — τοῦ δήμου esse ὑποφορὰν ipsa formula νὴ Δία argueret, etiamsi non additum esset, quod raro additur in ὑποφοραῖς, φασί τινες. SCHAEFER.

P. 782. v. 7. κύων — τοῦ δήμου] Theophrastus Charact. XXXI. 3. αὐτὸν κύνα εἶναι τοῦ δήμου, φυλάττειν γὰρ αὐτὸν τοὺς ἀδικοῦντας. ubi nostrum locum nuper compararunt. Apparet κύων τοῦ δήμου locutionem fuisse multo usu tritam in Atheniensium sermone. SCHAEFER.

P. 782. v. 7. ποδαπός] Bekkerus: „ποταπός correctus k." Correxit scriba doctior, quem non fugeret decretum Grammaticorum, de quo v. Thomas Mag. p. 726. SCHAEFER.

P. 782. v. 10. τίνα γὰρ δὴ] Vulg. τίνα γάρ. Post γὰρ addunt δὴ August. primus et quintus. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 782. v. 10. τίνα γὰρ δὴ κ. τ. λ.] Aldus quidem sic legit: τίνα γὰρ τῶν ῥητόρων οὗτος εἴργασταί τι κακὸν τοσοῦτον, ἡλίκον τοὺς ἰδιώτας, οὓς συκοφαντῶν περιέρχεται; etc. Antiquum autem ad hunc modum: τίνα γὰρ τῶν ῥητόρων οὗτος εἴργασταί τι κακὸν τοσοῦτον, ἡλίκον ὅσον τοὺς ἰδιώτας, περὶ ὧν ψηφίσματα γράψας ἑάλω. Caetera non aderant. Estque horum verborum sensus: Rhetoribus Aristogitonem accusando adeo non exhibuisse negotium, ut de illis decreta quoque scripsisse deprehensus sit, tantum autem homines privatos vexasse. Aldina lectio hoc loco multum confusa est: nam eadem verba post sequuntur, sed ordine praepostero. Porro cives de republ. bene meritos decretis honorari solitos apud Athenienses quis ignorat? Totus ergo iste locus sic mihi ordinandus videtur: τίνα γὰρ τῶν ῥητόρων οὗτος εἴργασταί τι κακὸν τοσοῦτον, ἡλίκον ὅσον τοὺς ἰδιώτας; περὶ ὧν ψηφίσματα γράψας ἑάλω. τίνα δὲ, ἐξ οὗ πάλιν νῦν λέγει, κέκρικε ῥήτορα;

οὐδένα, ἀλλ' ἰδιώτας πολλοὺς, οὓς συκοφαντῶν περιέρχεται. OBSOP. Pro *ἡλίκον* habent *ὅσον* margo Lutetianae (e codice Obsopoei), August. primus et quintus. Postea verba *περὶ ὧν ψήφισμα γράφων ἑάλωκεν* absunt ab August. primo et quinto, sed leguntur in ambobus pone *περιέρχεται*, et quidem in quinto pro *γράφων* legitur *γράψας*. REISK. Magnae h. l. in libris turbae. Bekkerus sic scripta dedit: *τίνα γὰρ τῶν ῥητόρων οὗτος εἴργασθαί τι κακὸν τοσοῦτον, ἡλίκον τοὺς ἰδιώτας, περὶ ὧν ψηφίσματα γράψας ἑάλω; τίνα δ', ἐξ οὗ νῦν πάλιν λέγει, κέκρικε ῥήτορα; οὐδένα. ἀλλ' ἰδιώτας πολλούς. ἀλλὰ μὴν κ. τ. λ.* SCHAEFER.

P. 782. v. 15. *περὶ ὧν — ἑάλωκεν*] De Hierocle sacrilegii reo vide Libanii Argumentum [p. 767.]. WOLF.

P. 782. v. 16. *τοὺς γενομένους κύνας τῶν προβάτων*] V. not. ad p. 237, 6. *γενέσθαι* grave verbum decensque stomachum Oratoris indignabundi. Compares Sophocleum Ai. 835. Erf. *γεύεσθε, μὴ φείδεσθε πανδήμου στρατοῦ.* ubi etiam priorem imperativum referri ad genitivum qui sequitur non dubitabis, si perpenderis Aiacem loqui irâ furentem vimque sibi iamiam illaturum: qualem furorem vel maxime decet universo exercitui mala imprecari. Adde quod imprecationis huius immanitas aliquanto levior est atrocitate gloriationis de perpetrata caede Graecorum v. 96. SCHAEFER.

P. 782. v. 17. *οὐκ ἂν φθάνοι κατακοπτόμενος*] *ὡς τάχιστα κατακεκόψεται.* WOLF. Si propriam vim locutionis spectes, sensus est: *tam cito necandus est, ut citius non possit.* V. not. ad p. 745, 5. Ceterum hic locus satis manifesto docet talia non esse nec scribenda nec legenda *ἐρωτηματικῶς*. Nam si haec foret interrogatio, nimirum Orator scripsisset: *οὐκ ἂν οὖν φθάνοι κατακοπτόμενος;* SCHAEFER.

P. 782. v. 17. *γὰρ*] Abest ab August. primo et quinto. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 782. v. 18. *οὑτωσὶ*] Vulg. *οὗτος*. Malim *οὕτως*. Dedi de meo *οὑτωσὶ*. *sed deditus est studio* (vel *negotio*) *tam spurco atque tam infami.* REISK. *οὗτος* Bekker. SCHAEFER.

P. 782. v. 20. *ἑώρακε*] Annon *εὕρηκε* potius? TAYLOR. Bene habet *ἑώρακε*. Quod mavult Taylorus *εὕρηκε*, ne graecum quidem esse videtur. Potius *εὕρηται* dixisset. *εὑρίσκει* quis, quae in via reperit: *εὑρίσκεται* quae sibi excogitat vel arte, studio, contentione parit. Sed *ὁρᾶν τι* Graecis significat *operam rei navare, deditum ei esse.* Latini pariter *spectare* usurpant hoc modo. REISK. Iure tuetur vulgatam: sed quod ait *εὕρηκε* videri ne graecum quidem esse, alia omnia docent exempla congesta Ind. Graecitat. p. 259. S. SCHAEFER.

P. 782. v. 21. *ὧν ἂν ἐκ τούτων κ. τ. λ.*] *καταβὰς λαμβάνει δίκην τούτων (τῶν πραγμάτων) παρ' ἑκάστου ὑμῶν καθ' ἕνα, ὧν*

(ἃ ἢ ἐν οἷς) ἂν παρακρούσηται ἐκεῖ πάντας ὑμᾶς ἐκ τούτων, τουτέστιν, ἐκ τοῦ λοιδορεῖσθαι καὶ προσκρούειν. WOLF. ὧν est pro ἃ ob sequens τούτων δίκην. *satisfactionem, talionem sumit pro eo, si quid [si quapiam in re] vos offenderit his suis moribus, ut vos eum mulctaretis.* παρακρούσηται ὑμᾶς necesse est ut significet, si bene habet, *si quo dicto vel facto suo vos ibi* (in concione puta) *exacerbaverit.* Sed dubito num παρακρούεσθαι ita usurpetur. Num προσκρούσηται? Verum non magis προσκρούεσθαί τινα dicitur, sed προσκρούειν τινί. REISK. Fallitur. παρακρούσηται i. q. ἐξαπατήσῃ. Ideo mox sequitur τοὺς ἰδιώτας καὶ τοὺς ἀπείρους. SCHAEFER.

P. 782. v. 21. ἀθρόους] ἁθρόους Bekker. SCHAEFER.

P. 782. v. 22. καταβὰς] *domum reversus e concione.* Athenienses enim in forum vel theatrum, ubi concio habebatur, ἀνέβαινον, illinc domum redeuntes κατέβαινον. REISK. Malim vertere: *suggestu relicto.* SCHAEFER.

P. 782. v. 23. [παρ' ἑκάστου]] Absunt ab August. primo et quinto. Haec duo verba uncis inclusi, quae videntur scholium esse dictionis καθ' ἕνα. REISK. Uncos amovit Bekker. Vulgatamque recte tuetur Ind. Graecitat. p. 291. SCHAEFER.

P. 782. v. 23. εἰσπράττων, αἰτῶν] Vulg. αἰτῶν, εἰσπράττων. Invertunt August. primus et quintus. REISK. αἰτῶν, εἰσπράττων Bekker. Recte. Antecedit τὸ αἰτεῖν, sequitur τὸ εἰσπράττειν. SCHAEFER.

P. 782. v. 24. ἀργύρια] ἀργύριον Bekker. SCHAEFER.

P. 782. v. 24. οὐχὶ μὰ Δία τοὺς λέγοντας, οὔ] [οὐχὶ μὰ Δία τοὺς λέγοντας.] Codd. meliores, Ven. Barocc. Aug., aliquanto plenius et vehementius: οὐχὶ μὰ Δία τοὺς λέγοντας, οὔ. TAYLOR. Vulg. οὐχὶ μὰ Δία τοὺς λέγοντας. Post λέγοντας addunt οὔ (non οὐκ, quod exhibuit Fabricius) August. primus (in quo signate οὔ cum accentu est exaratum) et quintus. Addidi οὐ *), quae una syllaba sententiam per se absolvit. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 782. v. 24. οὗτοι] Post h. v. addunt μὲν August. primus et quintus. REISK. Addidit Bekker. SCHAEFER.

P. 782. v. 25. συνδιαβαπτίζεσθαι] Sive legas ita cum Barocc. Bodlei. Obsop. margine Paris. et editionibus a Feliciano et Manutio procuratis, sive διαβαπτίζεσθαι cum Ald. Paris. et Lindenbr., utrinque habes vocem Lexicographis incognitam. Cum Melanchthon verterit *qui norunt eius audaciam retundere*, videtur in animo habuisse ista Sophoclis in Aiace 655.:

Κἀγὼ γὰρ, ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε,
Βαφῇ σίδηρος ὣς ἐθηλύνθην στόμα.

---

*) Sic Reiskiana etiam in textu. SCHAEFER.

Verum ego arbitror, utrumque interpretem, Melanchthonem scilicet cum Wolfio nostro, aberrare a loci sententia, quae quodammodo est huiusmodi: Ille a rhetoribus manum abstinet, non quia cum eo congredi et conflictari possunt, verum quia eodem cum eo quaestu immersi sunt, iisdem inhonestis artibus tinguntur. TAYLOR. Plutarchus de Educat. pueror. *ψυχὴ τοῖς μὲν συμμέτροις αὔξεται πόνοις, τοῖς δὲ ὑπερβάλλουσι βαπτίζεται.* D. Chrysostomus T. I. p. 2. *διάνοια ὑπὸ μέθης καταβαπτισθεῖσα.* p. 6. *ὅταν γὰρ καταβαπτισθῇ ὑπὸ τῆς πολλῆς οἰνοποσίας ὁ λογισμός.* — *διαπληκτίζεσθαι* Th. Bentley. V. Plutarch. in Timol. p. 118. ed. Bryan. et in Sulla p. 45. IDEM *in Schedis.* Vulg. *διαβαπτίζεσθαι. συνδιαβαπτίζεσθαι* margo Lessing. et Lutet. ex edit. aut Felic. aut Manut. August. primus et quintus. Praepositionem *συν* addidi. Significat hoc verbum e balneis ductum *maledicum*, *conviciatorem*, *durum litigatorem pari probrorum virulentia atque turpitudine ulcisci.* Nota est balneorum petulantia atque licentia, qua alii alios cadis aqua seu frigida seu calida etiam plenis perfundere certant risus ciendi ergo. Cum eiusmodi hydria aqua plena, quae alteri aut in os ingeritur aut super capite infunditur, conviciorum atque contumeliarum, quibus quis adspergitur, foeditas comparatur. Utrumque enim qui patiuntur, illi de se risum faciunt, pudefiunt et dolore cruciantur. REISK. Similia Ind. Graecitat. p. 477. Recte *διαβαπτίζεσθαι* Bekker. *βαπτίζειν* s. *βάπτειν τινὰ* est i. q. *λοιδορεῖν τινά.* Epigramma servatum a Scholiasta MS. Aristidis (v. Creuzeri Lectt. Platonn. p. 465.):

Βάπτ' ἔμ' ἐνὶ θυμέλῃσιν· ἐγὼ δὲ σὲ κύμασι πόντου
βαπτίζων ὀλέσω νάμασι πικροτάτοις.

διαβαπτίζεσθαί τινι i. q. *διαλοιδορεῖσθαί τινι*, *conviciando cum aliquo certare.* Compares *διαβοᾶσθαι*, de quo v. not. ad p. 806, 2. Conf. Valckenarius ad Herodot. V. 18., cuius talium verborum catalogo accedat rarissimum *διαβασιλίζεσθαι*, de quo v. Anecd. Bekk. p. 241, 14. Quod autem placuit Th. Bentleio, dudum occuparat anonymus, cuius hanc legas notulam in Var. lect. Bekk.: „*οἶμαι συνδιαπληκτίζεσθαι* margo v." *ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι.* SCHAEFER.

P. 782. v. 27. *χρήσιμον δ' — κρίνειν*] *ὁμολογήσετε δὲ* (aut *φήσετε δὲ*) *χρήσιμον εἶναι, ἄνθρωπον κρίνειν τῇ πόλει*, id est, *κατηγορεῖν τινα ὑπὲρ τῆς πόλεως*, vel *τὸν Ἀριστογείτονα δημόσιον ὄντα κατήγορον χρήσιμον εἶναι τῇ πόλει.* WOLF. *χρήσιμον δέ, ἄνθρωπον τῇ πόλει κρίνειν.* Sic interpungit Wolfius, et sic reddit: *sed cum utile sit publicum esse accusatorem.* Utrumque male. Legendum: *χρήσιμον δὲ ἄνθρωπον τῇ πόλει κρίνειν. sed cum sententia ferenda sit de homine utili reip.* JURIN. *κρίνειν*, id est *πρὸς τὸ κρίνειν*, *ad accusandum et litibus implicandum.* REISK. Non assentior: *κρίνειν* enim pendet a verbo *ὁμολογήσετε* valetque *existimare.* Thucydides II. 40. *κράτιστοι δ' ἂν τὴν ψυχὴν δικαίως κριθεῖεν οἱ —.* Xenophon Cyrop. III. 1. 34. *ἀδύνατος ἂν φαι-*

νοίμην εἶναι, ἄδικος δ' οὐκ ἂν δικαίως κρινοίμην. ut locum vulgo turpiter inquinatum scribi oportet: id quod partim monuit Buttmannus Gramm. Gr. mai. II. 1. p. 245. SCHAEFER.

P. 783. v. 1. ἔργῳ] Pro ἔργων lego ἔργῳ, quia sequitur ἐκ λόγου [v. 2.]. WOLF. Ita omnino ex Ven. Barocc. Bodlei. marg. Paris. Recte etiam se habet Oratio proxime, ubi haec eadem ῥῆσις totidem fere literis repetitur p. 806, 25. Restituit etiam optimus Wesselingius in praecellentissima sua editione Diodori Sic. Vol. I. p. 439. TAYLOR. Vulg. ἔργων. ἔργῳ August. primus et quintus, Weimar. Et sic correxi. REISK.

P. 783. v. 2. σκοπεῖθ'] σκοπεῖσθε August. primus et quintus. REISK. σκοπεῖσθε Bekker. V. v. 13. SCHAEFER.

P. 783. v. 3. πέντε ἐτῶν] ἐν πέντε ἔτεσιν, ἐξ οὗ ἐτιμήθη αὐτῷ μὴ λέγειν. WOLF.

P. 783. v. 3. μὴ] Abest ab August. primo et quinto, iudice Fabricio seu Wolfio potius, *perperam*. REISK.

P. 783. v. 5. ἐπόθησε] ἐπόθησεν Bekkeri Berolinensis, quam secutus est Dindorf. SCHAEFER.

P. 783. v. 6. τούτου;] τούτου, Bekker. SCHAEFER.

P. 783. v. 7. γεγονός] Ita MSti plerique omnes. Quatuor cusi ante Wolfium γέγονε. Quod non improbo, sed desidero auctoritatem. TAYLOR. Vulg. γέγονε. γεγονός August. primus et quintus. γέγονεν Bavaricus. Correxi γεγονός, scilicet εἶδε a communi. REISK.

P. 783. v. 7. τοὐναντίον] Male semper pungunt in hoc loco. Istud enim δοκεῖ ad ἀναπαύσασθαι v. 8. pertinet et cum eo est conglutinandum, τοὐναντίον autem adverbialiter ponendum, hoc pacto nimirum: ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τοὐναντίον — ἀναπαύσασθαι. *Mihi e contra videtur resp. refocillata fuisse* etc. TAYLOR. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 783. v. 7. ὃν μὲν οὐ] [ὃν μὲν οὖν οὐ.] τὸ οὖν videtur abundare. WOLF. Recte: et Codd. nostri ignorant. TAYLOR. Vulg. — τοὐναντίον. ὃν μὲν οὖν οὐ. οὖν abest ab August. primo et quinto, item Bavarico. Delevi natum, ut videtur, e male intellecta sigla vocabuli ὑμῖν, quod statim post χρόνον addidi. REISK.

P. 783. v. 7. προσῆκε] S. τοῖς κοινοῖς. WOLF. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 783. v. 8. χρόνον ὑμῖν] [χρόνον.] χρόνον ὑμῖν MSti Ven. Lindenbr. Barocc. Aug. Ital. TAYLOR. Vulg. χρόνον. Addunt ὑμῖν August. primus et quintus. REISK.

P. 783. v. 8. ἀναπαύσασθαι] ἀεὶ ἀναπαύσασθαι margo Benenati. TAYLOR. Pertinet hoc ad v. 10. V. statim. REISK.

P. 783. v. 10. ἐν ἁπάσαις ἀεὶ] Vulg. ἐν ἁπάσαις. Addunt

ἀεὶ August. primus et quintus: et huc referri quoque debet notula, quae in margine Lutetianae ad v. 8. aberravit: sed proximum ἀεὶ [post ἐκκλησίαις] rursus omittunt. Ad ἐν ἁπάσαις addidi ἀεὶ, quod statim post delevi. REISK.

P. 783. v. 11. παρακινδυνευτικοῦ] δηλονότι βλασφημίαν ἔχοντος. SCHAEFER.

P. 783. v. 12. διὰ ταῦτα] H. e. διὰ τὸ φιλολοίδορον αὐτοῦ καὶ συκοφαντῶδες. REISK.

P. 783. v. 21. ἀναγάγω] Vulg. ἀγάγω. ἀναγάγω August. primus. Et sic correxi. REISK. ἀγάγω Bekker. SCHAEFER.

P. 783. v. 21. τὸν μαθητὴν, — αὐτοῦ] In dubium vocat, uter ab utro artes tam pravas didicerit, sed ita ut appareat acrius etiam pungi Philocratem. SCHAEFER.

P. 783. v. 22. τὸν Ἐλευσίνιον κ. τ. λ.] τὸν Ἐλευσίνιον μόνον [Ald. οὐ μόνον] εἶναι τοιοῦτον τίθεμαι· οὐχ ὡς οὐχὶ [v. Var. Lect.] πλειόνων ὄντων· ὤφελε γὰρ μηδεὶς ἄλλος Ἀριστογείτονι χαίρειν [λέγειν Ald. et Ital.]· ἀλλ' ὅτι, καθ' ὑμῶν ὡς ὄνειδος ὀκνῶ τοῦτο λέγειν, οὐδὲ τῶν ἄλλων πολιτῶν δίκαιός εἰμι δημοσίᾳ κατηγορεῖν. Sic censeo legendum hunc locum. Sin placet ἀλλ' ὃ καθ' ὑμῶν, pro οὐδ' ἐπὶ lege οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλων vel τοῦτ' οὐδὲ περὶ —. WOLF. ἀλλ' ὃ — τοῦτ' οὐδ' κ. τ. λ. margo Morelii, et recte omnino. TAYLOR.

P. 783. v. 23. μόνον] οὐ μόνον Aldina. REISK.

P. 783. v. 23. οὐχ] Vulg. οὐδ'. οὐχ August. primus et quintus, qui locum hunc sic exhibent: οὐχ ὡς ὄντων οὐχὶ πλειόνων. Margo Lutetianae sic exhibet: οὐδ' ὡς οὐκ ὄντων πλειόνων. Etiam margo Lessing. dat οὐχ. Et sic correxi. REISK.

P. 783. v. 24. ὤφελε] Tangit hunc locum Moeris p. 285. edit. Piers. REISK.

P. 783. v. 24. χαίρειν] Sic corrigit Weimar. et Lessing. vitiosum λέγειν Aldinae. REISK.

P. 783. v. 25. τοῦτ' οὐδὲ τῶν ἄλλων] Vulg. οὐδ' ἐπὶ τῶν ἄλλων. τοῦτ' οὐδ' ἐπὶ τ. ἄ. margo Lutetianae. V. Taylorus ad h. l. [ad v. 22.]. Dedi de meo τοῦτ' οὐδὲ τῶν ἄλλων. REISK. Priusquam sic corrigeret, haec annotaverat: „Offendor dictione ἐπὶ τινὸς κατηγορεῖν. Solet in hac formula ἐπὶ omitti. Sed satis habeo scrupulum indicasse.“ τοῦτ' delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 783. v. 28. ἀνάγκη] ἀνάγκῃ (in dativo) August. primus. Sed ille rursus pone proximum εἶναι addit δεῖ, quod idem facit August. quintus quoque et Lessing. ἀνάγκη, scilicet ἐστίν. Possit tamen etiam lectio Augustani ferri: ἀνάγκῃ τὴν φύσιν εἶναι δεῖ τὸν Ἀριστ. —. REISK.

P. 784. v. 1. ἵνα μὴ — διεξιέναι] [πολλὰ βλάσφημα.] Obsopoei Codex habet: ἵνα μὴ πολλὰ καὶ βλάσφημα ἀναγκάζωμαι

λέγειν καὶ διεξιέναι. Verum τὸ λέγειν καὶ [quod praeter Obsop. ostendunt quoque Ven. Barocc. Bodlei. Lindenbr. Aug. Ital. cum marg. Lutet.] non placet, quia sequitur mox ἀλλ' ἐκεῖνο λέγω. WOLF. Vulg. πολλὰ βλάσφημα. Et sic est in August. primo, non, quod Fabricius illinc retulit, πολλὰ καὶ βλάσφημα. Sed hoc fuit in Obsop. Pannon. Copulam addidi. Deinde vulg. ἀναγκάζωμαι διεξιέναι. ἀναγκάζωμαι λέγειν καὶ διεξιέναι August. primus et quintus, Pannon. Obsop. (unde margo Lutetianae repetiit), alii Tayloro memorati. REISK. λέγειν καὶ uncis inclusit Bekker. Uncos rursus amovit Dindorf. SCHAEFER.

P. 784. v. 2. εἰ πονηρός — ἁπλῶς] Wolfius: *Si improbus est Aristogito sine controversia.* Potius: *Si simpliciter* (vel *duntaxat*) *malus est Aristogito.* IURIN. *Si ita improbus est, ut improbe agens sit* ἁπλοῦς, *non* διπλοῦς, *non praevaricator.* SCHAEFER.

P. 784. v. 3. καὶ τοιοῦτος, οἷος ὑπισχνεῖται] Haec verba omittit Aristides *T.* p. 198. e memoria recitans. REISK.

P. 784. v. 3. οἷος ὑπισχνεῖται] Subaudi εἶναι. SCHAEFER.

P. 784. v. 6. φρονούντων *)] ποιούντων Ven. Bodlei. Lindenbr. Obsop. Ital. MSS. Felic. Manut. et Pariss. TAYLOR. ποιούντων margo Lutetianae ex indice Paulinae aut e codice Obsopoei, index Felic. REISK. ποιούντων Bekker. SCHAEFER.

P. 784. v. 7. οὐδὲν ἂν — γενέσθαι] οὐδένα ἂν παρὰ τοῦτ' ἄδικον οἶμαι γενέσθαι non satis placet. Videtur idem esse, ac si dicat: οὐδὲν ἐκ τοῦ σώζεσθαι Ἀριστογείτονα βλαβήσεσθαι τὴν πόλιν: q. d. *unus homo improbus, cum caeteri cives in officio erunt, nihil nocere poterit reipublicae: respublica hac de causa nihil detrimenti capiet.* WOLF. Locus iste sollicitari non debuit. TAYLOR. Ad οὐδὲν subaudi κακὸν ἢ φαῦλον. *mali nihil reip. videtur exstiturum, quod tu Philocratem* **) *servare contendas.* REISK.

P. 784. v. 7. ἂν] Abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 784. v. 7. κάπηλος — μεταβολεὺς] Quantum intersit, si scire velis, consule Σχ. Aristophan. Plut. 1156., ubi haec diligenter expenduntur. TAYLOR. Celeber locus, ut multi alii huius orationis sunt, in scholis grammaticorum, citatus ab Aristide Τέχν. p. 272. REISK. V. Hemsterhusius ad Aristophan. Plut. p. 445. ss. SCHAEFER.

P. 784. v. 8. μονονοῦ] Corrig. μονονού. μόνον οὐ Bekker. SCHAEFER.

P. 784. v. 10. σταθμὰ] στάθμας margo Lutetianae. REISK.

---

*) Corrige vitium typographicum. SCHAEFER.
**) Immo *Aristogitonem.* SCHAEFER.

P. 784. v. 10. ἅπανθ'] Vulg. πάντα. ἅπανθ' margo Lutetianae, August. primus et quintus. REISK. πάνθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 784. v. 11. τί τοῦτον, ὦ μάταιε, ἀκονᾷς;] Subiecit, puto, alicui librario vocem istam ἀκονᾷς mentio cultri, quae fit paulo infra: sed quem in sensum, ego plane non perspicio. Neque enim id agitur, ut Aristogitonem in alios acuat Philocrates, sed ut eum praesenti periculo eripiat. Nonne igitur legendum est: τί τοῦτ', ὦ μάταιε, ἀγωνιᾷς; vel, quod magis arridet, etsi paulo longius a recepta lectione recedat: τί περὶ τούτου, ὦ μάταιε, ἀγωνιᾷς; Quicunque enim mutavit ἀγωνιᾷς in ἀκονᾷς, idem necesse habuit pro περὶ τούτου rescribere τοῦτον. IURIN. ἀκονᾷς, armas, subornas, instigas in tuos inimicos iisque immittis velut securim, quam eorum cruribus impingas. id est: cur operam perdis in hoc homine tuis nequam artibus imbuendo et adversus hostes tuos armando? qui homo tanquam ensis male cusus ad primum statim ictum retunditur et incurvatur atque mucrone hebetatur, non quod hebes et tardus, sed quod nequam est et praevaricator teque perinde atque alios decipit. Grave verbum et exquisitum, cuiusmodi multa sunt huius orationis, ad quae nauseant magistelli illi belluli et delicatuli, plus quam par est sapientes. Melius sapiebant veteres. REISK. Non offendisset, credo, Anglus, si cogitasset hanc esse vim contrapositorum: Si Aristogiton simplex est sycophanta, per me licet ei patrocineris; nec quisquam rem miretur, cum homo utilis tibi videatur futurus. Nunc cum duplex sit et praevaricator, quid, stulte, operam perdis? Quantumvis enim eum instiges et acuas in tuos inimicos, tamen senties plumbeo te uti pugione. SCHAEFER.

P. 784. v. 12. μὴ] οὐ margo Lutetianae. REISK. μὴ verius. ἥτις μὴ τέμνει i. q. ἐὰν μὴ τέμνῃ. SCHAEFER.

P. 784. v. 13. αὑτοῦ] αὐτοῦ Reisk. SCHAEFER.

P. 784. v. 15. ἀποδωσόμενος] ἀποδοσόμενος Aldina. ἀποδεξόμενος index Paulinae, unde repetiit margo Lutetianae. REISK.

P. 784. v. 16. τοιοῦτός ἐστιν οὗτος] τοιοῦτος οὗτός ἐστιν Bekker. SCHAEFER.

P. 784. v. 16. εἰδότι σοι φράσω] Sensus: ipse scis; ut vix opus sit me dicere. Dionysius Halic. T. IV. p. 2126. R. φορτικὸς ἂν εἴην ἔγωγε ἐν εἰδόσιν ὑμῖν ἀκριβῶς λέγων. ubi v. not. Alia congessi Gregor. Cor. p. 833. Add. not. ad p. 613, 11. SCHAEFER.

P. 784. v. 17. ὡς ἀπέδοτο· τὰς —] F. ὡς ἀπέδοτο καὶ τὰς κατὰ Δημάδου γραφὰς —. WOLF. Ita nullo neque iure neque acumine mutari et edi etiam voluit Wolfius. καὶ in nullis exemplaribus deprehenditur, neque locum habere debet. Alio modo neque tamen adhuc satis sincere distinxerunt haec Felicianus et Manutius, scilic. τὴν καθ' Ἡγ. εἰσαγγελίαν μέμνησαι, ὡς ἀπέδοτο τὰς κατὰ Δημάδου γραφάς. οἶσθ', ὡς ἐξέλιπε τὸν ἐλαιοπώλην caetera. Ego interea cum Parisiensibus interpungo h. p. τὴν καθ'

Ἡγ. εἰσαγγελίαν μέμνησαι ὡς ἀπέδοτο· τὰς κατὰ Δ. γραφὰς οἶσθ' ὡς ἐξέλιπε· τὸν ἐλαιοπώλην Ἀγάθωνα — λαβὼν ὁτιδήποτε etc. *Actionem contra Hegemona memineris uti pretio vendiderit: accusationem contra Demadem scis uti destituerit: Agathonem, ad quem iudicandum cum toties vos interpellaverat, nactus tandem in iudicio et eius compos factus obmutuit.* TAYLOR. Wolfius: *Meministi, ut Hegemonem laesae maiestatis reum fecerit.* Immo: *Meministi, ut Hegemonem accusatum accepta pecunia dimiserit.* IURIN.

P. 784. v. 18. ἐξέλιπε] ἐξέλειπε August. primus. REISK. ἐξέλιπεν Bekker. post h. v. plene distinguens. Recte. SCHAEFER.

P. 784. v. 18. τὸν ἐλαιοπώλην κ. τ. λ.] Vulg. τὸν ἐλαιοπώλην Ἀγάθωνα· ταῦτα γὰρ πρώην βοῶν — ἄφωνος ἐγένετο. Sic distinguo: τὸν ἐλαιοπώλην Ἀγάθωνα (ταυτὶ γὰρ πρώην) [subaudi γέγονε vel συνέβη] —. Vel potius sic est construendum: βοῶν ὡς δέον [scilicet ᾖ *)] στρεβλοῦν τὸν Ἀγάθωνα. — ὡς ἠφίετε. Cohaeret ille accusativus Ἀγάθωνα cum ἠφίετε. Sententia est: Obmutescebat Aristogiton tum, cum vos Agathonem absolveretis, (commemorabo enim rem recentem,) ille idem Aristogiton, qui clamitabat insaniens et omnia susque deque versans, oportere Agathonem tormentis subiici: obmutuit autem ideo, quod lucelli nescio quid accepisset. REISK. Voluit igitur ἠφίετο, quod omnium est Codicum, in ἠφίετε mutatum. Frustra. Sed apparet hanc quoque annotationem, ut alias non paucas, ab egregio viro temere profusam, non pensiculate scriptam esse. Retractaturus erat, credo, si ad examen revocare potuisset. SCHAEFER.

P. 784. v. 18. ταυτὶ] Vulg. ταῦτα. ταυτὶ August. primus et quintus. Quod idem voluit Lessing. quoque ταυτῇ dans. REISK.

P. 784. v. 18. πρώην] πρῴην Reisk. τὰ πρώην Bekker. SCHAEFER.

P. 784. v. 19. ἰοὺ ἰοὺ] Ita multo melius cum Barocc. Aug. et Lutetianis, quam, ut vulgo scribitur, βοῶν καὶ κεκραγὼς, καὶ ἰοὺ ἰοὺ, πάντ' ἄνω etc. TAYLOR. Post κεκραγὼς addunt καὶ August. primus et quintus, Bavaricus. REISK. καὶ addidit Bekker. Conf. p. 406, 8. SCHAEFER.

P. 784. v. 19. καὶ] καὶ ante πάντ' abest a Bavarico. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 784. v. 20. παρῶν] παρ' ὧν Lessing. REISK.

P. 784. v. 21. ὅτ'] Vulg. ὅτε. ὅσ' August. quintus. ὅτι Lessing. REISK.

P. 784. v. 21. ἐγένετο·] Rectius ἐγένετο. Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

---

*) Immo ἐστί. SCHAEFER.

P. 784. v. 22. ἀνασείσας] ἀπειλησάμενος Harpocratio hunc locum Aristogitonianae innuens. Vide Valesium ad locum et corrige Wolfii interpretationem. TAYLOR. Citat hunc locum Harpocrat. v. Ἀνασείειν, male tamen ille interpretans ἀπειλησάμενος. Imo vero: *cum illam caussam succussisset*, h. e. *movisset*. Simile ductum de stragulis, quae succutiuntur, agitantur. REISK. Aliter et probabilius Ind. Graecitat. p. 40. extr. SCHAEFER.

P. 784. v. 23. οἶδ' ὅτι] εὖ οἶδ' ὅτι Bekker. SCHAEFER.

P. 784. v. 23. καὶ] Abolet Lessing. REISK.

P. 784. v. 25. τίς οὖν — διὰ τί;] F. τίς οὖν ὁ τὸν τοιοῦτον σώζων [Aug. habet σώσων]; ἢ πονηρός; οὔ. ἢ χρηστός; οὔ. διὰ τί; *Quis ergo est, qui talem hominem conservatum velit? An improbus? Non. An vir bonus? Non. Quid ita?* Sed contra consensum Codd. lectionem tolerabilem mutare non audeo. WOLF. Wolfium vides aliter edere, aliter hariolari, aliter demum vertere. Nam eius Interpretatio sapit eam, quam alicubi memorat, ego nondum reperire potui, lectionem, scilic. τίς — ὁ — σώζων; ἢ πονηρὸς, ἢ χρηστός; πονηρός. Sed vulgata rectissime se habent, modo cum MStis atque etiam vulgatis ab Aldo et Morelio inseras ἢ ante διὰ τί. Ecce: τίς οὖν ὁ τὸν τοιοῦτον σώζων —; ἢ διὰ τί; *Quis est, qui hunc servare velit, vel bonus, vel malus? Aut quare servaret?* TAYLOR. Wolfius: *Quis igitur est, qui talem tuetur? bonus, an malus? malus. quamobrem?* Perperam. Sensus est: *Quis igitur est, qui talem salvum velit, sive bonus, sive malus? Quorsum?* IURIN.

P. 784. v. 25. σώσων] Vulg. σώζων. σώσων August. primus et quintus. Et sic correxi. Caetera huius loci bene habent. Sententia est: *Ecquis iam erit, qui hunc talem servatum velit, sive ille malus est civis, sive frugi? Nam utrique perinde inutilis et noxius est. Aut cur servatum eat?* REISK.

P. 784. v. 26. ἢ διὰ τί;] ἢ abest a Paulina. Post ἢ διὰ τί; tacita mente a lectore addi debet οὐδείς, quamquam ipsum verbum addi nil necesse sit. Obtinet hoc in omnibus linguis, ut interrogatio carens responsione relinquatur. REISK. Non ad ἢ διὰ τί; subaudiendum οὐδείς, sed ad antecedentem interrogationem τίς — χρηστός; Ad sequentem, si placet, subaudi δι' οὐδέν. Habemus hîc duas interrogationes deinceps positas, quas eodem ordine excipiunt totidem membra vice fungentia responsionum. Videlicet ad priorem refertur τῶν μὲν — γένους ἐστί, ad posteriorem πλὴν εἰ — τῇ πόλει. SCHAEFER.

P. 784. v. 27. γένους ἐστί] Vulg. γένους. Addunt ἐστί August. primus et quintus. Addidi. REISK.

P. 784. v. 27. ἐστί] ἐστίν Bekkeri Berolinensis, quam sequitur Dindorf. SCHAEFER.

P. 784. v. 28. ὡσπερανεὶ] [ὥσπερ.] Alii ὥσπερ ἂν et ὥσπερ

ἂν εἰ. TAYLOR. Vulg. ὥσπερ. ὡσπερανεὶ margo Lutetianae, August. primus et quintus. Et sic correxi. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 784. v. 28. γεωργὸς] γεωργὸς reliqui, tametsi γεωργοῖς malim. Integra dictio haec foret: ὡσπερανεί τις οἴηται δεῖν τοῖς γεωργοῖς ὑπάρχειν σπέρμα καὶ ῥίζαν. ut si quis necessarium existimet superesse rusticis e superiori anno et antequam proximi anni culturam capessant semen et radicem rei cuiuscunque seu serendae seu plantandae. REISK. γεωργὸς cave mutes. Integra dictio autem haec est: ὥσπερ ἂν οἴοιτο δεῖν ὑπάρχειν σπέρμα καὶ ῥίζαν [ὁτουοῦν φυτοῦ], εἰ γεωργὸς εἴη. SCHAEFER.

P. 785. v. 1. ὑπάρχειν οἴεται δεῖν] οἴεται δεῖν ὑπάρχειν Bekker. SCHAEFER.

P. 785. v. 2. γὰρ] Abest a Bavarici texto, sed est in margine. REISK.

P. 785. v. 3. ὑμῖν] ἡμῖν August. primus. REISK. ταῦτ' e Reiskiana in nostram male transiit. Corrig. ταῦθ'. SCHAEFER.

P. 785. v. 5. μοσχεύητε] μόσχοι sunt quidem *vituli*, unde nihil vetat τὸ μοσχεύειν, quasi μόσχους τρέφειν, *tanquam vitulos saginare* vertere. Sed quia supra σπέρματος καὶ ῥίζης mentionem fecit, commodius verteris *propagare*, παρὰ τὰ μοσχεύματα, *stolones, viviradices*. WOLF. Ita olim, ut memorat, verterat ille in Interpretatione, quam Oporinus excudebat. Sed merito seipsum castigat. Scholiastes Hermogen. iuxta finem: *Μοσχεύειν λέγουσιν οἱ γεωργοὶ τὸ ἐντιθέναι ἀνεστραμμένως τὰ κλήματα ἐν ὀρύγματι γῆς ἐπὶ τῷ ἐκφῦσαι ῥίζας, εἶθ' οὕτως ἐμφυτευθῆναι.* Caetera quaere in Lexicis vulgatis. TAYLOR. V. Anecd. Bekk. p. 280, 18. et Photius c. 202. Ubi si corrigas *Μοσχεύητε*, τρέφητε, apparebit unde glossam Grammatici petiverint. SCHAEFER.

P. 785. v. 6. ἐπιθυμῇ] ἐπιθυμεῖ August. primus et quintus, Aldina. REISK.

P. 785. v. 7. δὲ] Malim γάρ. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 785. v. 7. ὅπου γὰρ] [ὅπου.] ὅπου γάρ. WOLF. Wolfius cum Bodlei. Lindenbr. Ven. Barocc. et Benenato restituit id, quod desiderabatur in caeteris. TAYLOR. γὰρ abest a Bavarico, Aldina, Paulina. Wolfius autem, ut vidit restituendum coniectura ductus, sic restituit idem quoque in editione sua, probante factum Tayloro. REISK.

P. 785. v. 8. εἶναι] Delendum olim iudicavi, cui sententiae suffragantur Bodlei. Lindenbr. Ital. et margo Benenati. TAYLOR. Non redundat, sed idem significat, ac si dixisset: ἐπὶ τοιούτοις ἀδικήμασιν, ἃ ὁμολογεῖται ὅτι ἐστὶν ἀδικήματα. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 785. v. 12. μέγιστα] μάλιστα Aldina. REISK.

P. 785. v. 12. ἐγχειρίζετε] Vulg. ἐνεχειρίζετο. ἐνεχειρίζετε Bavaricus. ἐγχειρίζετε August. primus et quintus: idemque voluit

quisquis dedit ἐγχειρίζεται in margine Lutetianae. Correxi ἐγχειρίζετε. REISK. ἐνεχειρίζετε Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 785. v. 13. κοπρώνων] κοπρῶνες an κοπρῶναι intelligendi sint, miror dubitari Ind. Graecitat. p. 314. V. Anecd. Bekk. p. 273, 11. τῶν κοπρώνων ἐπιστάται sunt ἀστυνόμοι, οἷς μέλει περὶ τῶν κοπρολόγων. V. Harpocration p. 32. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 785. v. 15. οὗ] Abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 785. v. 15. ἐκείνοις — ταῦτα] Citant Anecd. Bekk. p. 139. s. SCHAEFER.

P. 785. v. 16. ἀλλὰ — προπηλακίζων] Citant eadem p. 165, 12. SCHAEFER.

P. 785. v. 18. σπαράττων] Malim ταράττων. Ita fere Pollux VI. 32. Πρὸς τὸν θορυβοῦντα τὸ δημόσιον τάδε ἄν τις εἴποι, κυκῶν — συγκρούων πάντας πρὸς ἀλλήλους, ταράττων, τάρακτρον, caetera. TAYLOR. σπαράττων praestat alteri, quod a Tayloro commendatur, ταράττων. Ductum id a canicula caruncalam vellicante et eius aliquid morsu revellere conante egregie convenit sycophantae esurienti et rabioso, in obvios quosque temere incurrenti, quemadmodum Verres quoque suos comites, Siciliae illos praedones, *canes* appellitabat tribunal suum lambentes. REISK.

P. 785. v. 18. αἰτῶν] Abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 785. v. 18. αἰτῶν ἀργύριον, εἰσπράττων] αἰτῶν, εἰσπράττων ἀργύριον Bekker. SCHAEFER.

P. 785. v. 18. κακὸν] κακῶν Bavaricus. REISK.

P. 785. v. 23. ὁμοῦ] Harpocratio: Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονός φησιν, εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι, ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. Suidas in v.: — καὶ Δημοσθένης τῷ ὁμοῦ ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς κέχρηται ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος. Εἰσὶ δ' ὁμοῦ δισμύριοι χιλιάδες [sic] Ἀθηναίων. ἔνθα γὰρ βούλεται δηλοῦν, ὅτι ἐγγὺς τῶν δισμυρίων εἰσίν· ἐπεὶ ὅτι γε οὐκ ἦσαν δισμύριοι, φανερόν. caetera. Cum his paria habet Didymus ad Iliad. Ε. 867. Male ergo Wolfius: omnino *vicies mille sunt:* cum debuit: *vicies mille sunt* praeterpropter, circiter. Aristophanes in Equit. 245.

Ὁ κονιορτὸς δῆλος αὐτῶν, ὡς ὁμοῦ προσκειμένων.

Scholiastes ad locum: τὸ ὁμοῦ λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς, ὡς καὶ ἐν Εἰρήνῃ· Καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἥδε. Adde omnino Lamb. Bos. Observatt. Crit. Cap. IV. Valesium ad dictum Harpocrationis locum, eruditissimum Valckenaer. ad Eranium Philonem p. 162. et cel. Tib. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. nov. edit. pag. 443. Contra, cum definitum numerum paulo excedit, dicimus μάλιστα aut aliquid simile. Plato in Critia: πλῆθος δὲ διαφυλάττοντες ὅτι μάλιστα ταὐτὸν ἑαυτῶν εἶναι πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, τὸ δυνατὸν πολεμεῖν ἤδη κατὰ τὰ ἔτη, περὶ δύο μάλιστα

ὄντας μυριάδας. Quae verba non recte a plurimis accipiuntur. Nam, si cum Salmasio Graeci sermonis proprietatem spectes, non *circiter* aut *admodum*, ut illi, expones, sed quod binas myriadas aliquantulum excedit. „*Μάλιστα τρία τάλαντα* apud Demosthenem" inquit vir ille summus de M. U. p. 156. „sunt X talenta *et quod excurrit.* Contra, si dixisset *ὁμοῦ τρία τάλαντα,* aliquid deesset ad summam trium talentorum." Caeterum de hoc numero civium Atheniensium magna est inter veteres concordia. Aristophanes Vesp. 705.

Εἰσίν γε πόλεις χίλιαι, αἳ νῦν τὸν φόρον ἡμῖν ἀπάγουσι.
Τούτων εἴκοσιν ἄνδρας βόσκειν εἴ τις προσέταξεν ἑκάστῃ,
Δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις.

ubi ait Scholiastes doctissimus: *Ἐκ πολλοῦ φαίνεται περὶ τοσοῦτον ἀριθμὸν τῶν Ἀθηναίων πλῆθος προΐστασθαι. καὶ Δημοσθένης γάρ φησιν· Εἰσὶ δ' ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι.* Similiter eruo idem ex Plutarcho in Vita Lycurgi Rhetoris hoc pacto: [Diphilum] *ἀλῶναι ἐποίησε* [Lycurgus] *καὶ πεντήκοντα δραχμὰς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν διένειμε, τῶν πάντων συναχθέντων ταλάντων ἑκατὸν ἑξήκοντα, ἤ, ὥς τινες, μνᾶν.* Iam si talenta centum sexaginta in drachmas resolvas et unicuique civium Atheniensium viritim quinquaginta impertias, hominum capita erunt 19200, scilic. *ὁμοῦ δισμύριοι.* Adiungo Athenaeum l. 6. p. m. 237. *Κτησικλῆς ἐν τρίτῃ Χρονικῶν τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατόν φησιν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικήν, καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα.* Quod si aliquando contingat, ut in hoc numero dissentirent auctores vetustiores, (et ecce aperte dissidet Herodotus V. 97., qui ante bellum Persicum atque hanc longe aetatem tres myriadas Atheniensium sive triginta millia fuisse ait,) memineris, alios aliter calculum instituere: hos unamquamque aetatem et conditionem complecti, alios interea, uti hic noster caeterique, quos adduximus, eos tantum numerare, qui familiae capita erant, aut saltem qui ea essent aetate, ut remp. armis tegere possent, aut denique qui opibus ita valebant, ut in censu essent. De qua re multa habeo dicenda, verum in tempore opportuniori. Iam fere hoc omne extra oleas. TAYLOR. Plutarchus Quomodo quis etc. p. 77. D. in Bruto p. 229. ed. Tonson. Demosthenes in *π. παραπρ.* de aetate Solonis. IDEM *in Schedis.* Malim *ὁμοῦ τι.* Citat hunc locum Harpocration. Quod discrimen inter *ὁμοῦ* et *μάλιστα* statuit Taylorus, id nullum est. REISK. Spectat hunc locum indicio non obscuro Hesychius T. II. c. 756. Manifesto citant Photius c. 244. in. et mox iterum, Scholiastes ad Homeri Il. V. 867. et Scholiastes ad Platon. p. 10. Ruhnk. (p. 380. Bekk.). De numero Atheniensium alio aliis temporibus v. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 35. ss. Ceterum non opus, quod Reiskio placet, *τι* post *ὁμοῦ* inseri. SCHAEFER.

P. 785. v. 23. οἱ πάντες] Vulg. πάντες. Addidi οἱ de meo. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 785. v. 26. ἤτοι] Malim ἤ τι una litera minus. REISK. Cave audias. SCHAEFER.

P. 785. v. 26. ἀλλ' οὐχ οὗτος κ. τ. λ.] Lege cum Italico ἀλλ' οὐχ οὗτος ἂν οὐδὲν ἔχοι δεῖξαι, vel cum Lindenbr. ἀλλ' οὐχ οὗτος οὐδὲν ἂν οὐδὲν ἔχοι δεῖξαι, maxime si interpungas post οὗτος. TAYLOR. οὐδ' abest a Bavarico. Quo admisso ex οὐδὲν efficiendum sit οὐδέν' in genere masculino, sed per apostrophum mutilato. REISK. Recte post οὐδὲν distinxit Bekker. Scilicet πράττων περιέρχεται. SCHAEFER.

P. 785. v. 27. τῶν βίων ἐστὶ] [τὸν βίον ἐστὶ.] Regii Parisienses habent τὸν βίον ἐστὶ βιοτεύων. TAYLOR. Vulg. τὸν βίον ἐστὶ. Post ἐστὶ addit margo Lutetianae βιοτεύων, forsitan e Lambini coniectura. Correxi meo Marte τῶν βίων ἐστὶ. *cuinam vitae generi sit deditus: nam tametsi vitae genus eum aliquod sectari haud infitier, genus tamen illud vitae, quod is sectatur, neque tolerabile est neque honestum.* REISK. τὸν βίον iure restituit Bekker. Est i. q. τὸν πάντα τοῦ βίου χρόνον. SCHAEFER.

P. 785. v. 28. τῶν] τῶν prius abest ab August. primo et quinto, Bavarico. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 786. v. 1. τὴν ψυχὴν] Restitui ex fide omnium impressorum, plurimorum etiam et praestantiorum Codicum. Vulgo erat τῇ ψυχῇ. TAYLOR. τῇ ψυχῇ Bekker. Quod melius. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 786. v. 1. διατρίβει] *conterit mentem*, ut Plinius saepe h. v. *conteror* usurpat. REISK. Immo τῇ ψυχῇ διατρίβει est *mente et ratione versatur in —.* SCHAEFER.

P. 786. v. 5. ὄφις] Obsop. ἔχις [et cum eo Ven. Bodlei. Ital.]. et mox v. 7. ἀργύριον εἰσπράξεται [similiter Barocc. Ven. Bodlei. Aug. Ital. margo Paris. et rectius]. Vide 4. Rhetor. ad Herenn. exempla descriptionis et imaginis pene conversa ex hoc loco: *Iste quotidie per forum medium tanquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, adspectu venenato, spiritu rabido, circumspectans huc et illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, ore attingere, dentibus insecare, lingua adspergere possit.* WOLF. ἔχις Lessing. REISK. ἔχις Bekker. V. p. 798, 28. 799, 3. Vulgatam tuetur Harpocration p. 27. s. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 786. v. 5. ἠρκὼς τὸ κέντρον] Admirabilis elegantiae comparatio sycophantae ira et odio universi generis humani et saeva bile turgentis, a qua cum uratur, anxius et trepidus circumcursitat quaerens, in quem aut venenatum dentem imprimat aut virulentam caudam coniiciat. Nobilis enimvero et exquisita imago. Nae, orationem hanc qui contemnunt et pro chria ludimagistri

alicuius obscuritati suae lumen clari nominis fraude literaria circumfundere laborantis traducunt, quod factum a viris doctis indignor et aegerrime fero, aut immemores illi sunt sui coecoque impetu iudicii auferuntur mox, ubi resipuerint, se revocaturi, aut eloquentia, graeca inprimis, quae sit produnt se ignorare. [Sed e Dinarcho p. 106, 31. patet has orationes Lycurgi esse.] *) Insunt huic gravissimae orationi Hyperidis (est enim Hyperidis **), de quo nullus dubito, gratulorque eius memoriae, ad nos monumentum unum aliquod huius tanti ingenii magnique id faciendum iniurias temporum evicisse) insunt igitur illi nervi fortes, insunt animi nobiles, insunt acres igniculi, inest color virilis roboris, unde Hyperidea agnosci testatur Dio Chrysostomus hunc oratorem prae ipso Demosthene homini civili impensius commendans. In quo ille recte et ex animi mei sententia iudicat. Erat profecto Hyperides, si totus hodie prostaret caeteraque eius his reliquiis germana fuerint, haud parum luminibus Demosthenis obstructurus. Nam ut subtilior sit Demosthenes atque limatior, argumentorumque spicula fortioribus lacertis intorqueat, eaque crebriora et spissiora spargat, saepe tamen illi ipsi mucrones in acumen plus quam par est tenue extracti retunduntur et obscurantur illi ignes exspirantque in sycophantica quadam vanitate et livore perspicuo: unde argumenta eius quoque saepenumero molesta, odiosa, importuna fiunt. Dictio illi minus est morata et minus ad mores emendandos composita; nimis contra est exasciata, ut eo saepe unicolor et infirma fiat, nimio studio sordes popularitatis vitandi. Hyperidis autem oratio mascula quadam viget eloquentia, cuius cum sunt argumenta valida et evidentia, tum sunt popularia et subpinguiora. Gravitate sententiarum e penu philosophiae repetitarum et opportune interpositarum mirifice delectat, sed et popularitate atque varietate imaginum et dictionum capit: quo de genere est aculeum exserens scorpius et sublatum cum minis circumferens, item συνδιαβαπτίζεσθαι et μοσχεύειν et τεταριχευμένος aliaque his similia, quae qui φορτικὰ aiunt, parum abest, quin ego eos aiam desipere et eloquentiae naturam ignorare pastos in umbra grammaticorum, qui cum per omnem aetatem nihil non minutum neque ieiunum cogitarint, flagitare audent, ut nostrum et de oratione et de dictione iudicium sordibus eorum accommodemus. Sed haec hactenus et obiter. Citat h. l. Harpocration v. Ἀργᾶς. REISK.

---

*) Quae uncis inclusi arbitror Reiskium chartae margini adlevisse, unde Heslerus ipsum in textum sic invexit, ut tenor adnotationis interrumpatur. Negligentius autem vir summus Dinarchea legerat. Neque enim Dinarchus duas has orationes respexit, sed Lycurgi τὴν πρωτολογίαν, cuius illae sunt tanquam complementa. SCHAEFER.

**) Hyperidis dicit etiam Garatonius, intelligentissimus talium rerum arbiter, ad Ciceron. Philipp. T. II. p. 252. SCHAEFER.

P. 786. v. 7. πράξεται] εἰσπράξεται margo Lutetianae, August. primus et quintus. REISK. εἰσπράξεται Bekker. V. not. ad ὄφις v. 5. SCHAEFER.

P. 786. v. 7. οὐδὲ προσφοιτᾷ κ. τ. λ.] Notantur mores hominis duri, intractabilis, vitantis loca ubi frequentia est hominum confabulantium. SCHAEFER.

P. 786. v. 8. μυροπωλίων] μυροπωλείων Bekker. Sic etiam p. 911, 13. SCHAEFER.

P. 786. v. 10. ἄσπειστος] ἄπιστος August. primus et quintus. REISK. Perpetua variatio. V. quae congessi ad Dionys. Halic. de C. V. p. 38. et Bredowii Epistt. Pariss. p. 248. SCHAEFER.

P. 786. v. 10. ἀνίδρυτος] *vagabundus* Wolfius. Quasi *domicilium non habens*. Adnotatum reperi: Ἀνίδρυτος, ἀνέστιος οἶμαι. Harpocratio et Suidas exponunt ἀνεξίλαστος. Quod non intelligo. Illa superiora rectissima sunt et vim vocis optime explicant. Lege Aristotel. Polit. L. 1. Cap. 2. ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῶον, καὶ ὁ ἄπολις — ἤτοι φαῦλός ἐστιν, ἢ κρείττων, ἢ ἄνθρωπος, ὅσπερ καὶ ὁ ὑφ' Ὁμήρου [Iliad. I. 63.] λοιδορηθεὶς,

Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος —.

ἅμα γὰρ φύσει τοιοῦτος καὶ πολέμου ἐπιθυμητὴς, ἅτεπερ ἄζυξ, ὥσπερ ἐν πετεινοῖς. Eodem animo morosus ille et consuetudinum amicitiarumque osor, Timo, ab Aristophane in Lysistr. 810. vocatur ἀνίδρυτος sive, ut scribitur quoque, ἀΐδρυτος. TAYLOR. Citat Harpocration v. Ἀνίδρυτος, sed male exponit. Est, cui nullae sunt certae fortunarum sedes. REISK.

P. 786. v. 11. ἄμικτος] Recurrit p. 788, 10. His locis est significationis activae. Rursus passivae est p. 789, 17. SCHAEFER.

P. 786. v. 11. ὧν ἄνθρωπος μέτριος] Subaudi γιγνώσκει. SCHAEFER.

P. 786. v. 12. γινώσκων] γιγνώσκων Bekker. SCHAEFER.

P. 786. v. 12. οἱ ζωγράφοι] Bekkerus: „Conf. Valcken. ad Adon. p. 374. B.“ Valckenarius si suspectavit has voces, non habuit iustam causam suspicionis. SCHAEFER.

P. 786. v. 13. γράφουσιν εἰς Ἅιδου] ἐν ᾅδου γράφουσιν August. primus et quintus. ἐν quoque dant Paulina et margo Lessing. et Lutet. εἰν ᾅδου Bavaricus. REISK. γράφουσιν ἐν ᾅδου citavit Valckenarius. ἐν Ἅιδου γράφουσιν Bekker. Voluit γράφουσι. Satis apparet εἰς ferri non posse. Conf. Bastii Commentat. Palaeogr. p. 726. SCHAEFER.

P. 786. v. 13. τούτων — νείκους] Post τούτων itemque post νείκους ponenda subdistinctio, ut factum in Reiskiana. SCHAEFER.

P. 786. v. 16. εἰκός ἐστι τυχεῖν — ὠσθῆναι] Recte τυχεῖν et ὠσθῆναι. Nam si mutes in orationem rectam, hoc dicitur: ὃς

οὐδὲ τῶν — θεῶν τύχοι ἂν ἵλεων, ἀλλ' — ὠσθείη —. Conf. Heindorfius ad Platon. Euthydem. p. 323. SCHAEFER.

P. 786. v. 16. ἵλεων] Vulg. ἵλεω. ἵλεων margo Lutetianae e Paulina, August. primus et quintus. Et sic correxi. REISK.

P. 786. v. 20. ὥσπερ] Vulg. ὡς. ὥσπερ August. primus et quintus, margo Lutetianae ex Obsop. codice. Et sic correxi. Sed vel sic tamen affectus adhuc manet locus. Sententia postulat ἢ ὅσωνπερ τοὺς εὐεργέτας. *maioribus etiam affectum honoribus, quam quibus dignos habuistis vestros benefactores.* REISK. ὡς Bekker. Sententia quid postulet bene vidit Reiskius. Sed lenior suppetit medicina. Corrig. ὧν (s. ὧνπερ) τοὺς εὐεργέτας. SCHAEFER.

P. 786. v. 21. ὀφείλῃ] Vulg. ὄφλῃ. Dedi de meo ὀφείλῃ. REISK. Recte ὄφλῃ Bekker. SCHAEFER.

P. 786. v. 21. τούτῳ] Recte τοῦτο Bekker. SCHAEFER.

P. 786. v. 21. καταθέντι] Vulg. καθέντι. καταθέντι August. primus et quintus, Lessing. Et sic correxi. REISK.

P. 786. v. 22. δότε] δῶτε Bavaricus. REISK. δῶτε Bekker.: magis ex regula Graecae syntaxis. V. not. ad p. 585, 8. SCHAEFER.

P. 786. v. 25. ἄξιον δ' ἐστὶν — ἀκοῦσαι] *Operae autem pretium est — audivisse.* SCHAEFER.

P. 786. v. 26. γὰρ] καὶ Paulina. REISK.

P. 786. v. 26. οὔμενουν] οὐ μὲν οὖν Bekker. V. not. ad p. 274, 16. 330, 12. SCHAEFER.

P. 786. v. 26. ἐχόντων] Imo vero οὐκ ἐχόντων. *atrocia cum sint eius facinora, imo vero, ut rectius dicam, tanta, ut atrociora excogitari nequeant.* REISK. Recte interpretatur: secus Ind. Graecitat. p. 368. Sed quam addi vult negativam, ea iam adest. Conf. ll. cc. SCHAEFER.

P. 786. v. 28. πρὸς μὲν γὰρ τῷ κ. τ. λ.] πρὸς τῷ ἀπελθεῖν ἐξ Ἐρετρίας προδοὺς (καὶ προδοῦναι) τὸν πατέρα. WOLF.

P. 786. v. 28. ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ] Vide Suidam v. Ὀφλήσειν, qui emendabit similem locum in Σχ. Aristophan. Nub. 774. TAYLOR. Haec verba absunt ab Aldina. REISK.

P. 787. v. 3. τὴν ταφὴν ἀπέδωκεν] τὸν τὴν ταφὴν — οὐκ ἀπειληφότα p. 788, 1. *sumtus funeris.* SCHAEFER.

P. 787. v. 3. προσέλαχε] προσέλαχεν Bekker. πρὸς ἔλαχεν Dindorf. V. not. ad p. 650, 25. SCHAEFER.

δὲ — διαπραττομένους. Et sic est in August. primo et quinto et in Paulina, unde repetiit margo Lutetianae. Correxi τοὺς δὲ — διαπραττομένους. Praecessit enim τῶν νόμων. REISK.

P. 808. v. 11. δῆλον δέ] δῆλον ὅτι δέ August. quintus. REISK.

P. 808. v. 12. ταύτας — οἰκουμένας] Vulg. ταύτας ἄριστ' ἂν οἰκουμένας ἴδοιμεν ἂν. Verba sic constructa dat margo Lutetianae: ταύτας ἂν ἴδοιμεν ἄριστα οἰκουμένας. August. autem primus et quintus sic: ταύτας ἴδοιμεν ἂν ἄριστα οἰκουμένας. Delevi alterum ἂν. REISK. ταύτας ἄριστ' οἰκουμένας ἴδοιμεν ἂν Bekker. SCHAEFER.

P. 808. v. 13. γεγόνασι] γεγώνασι P. Manutius. REISK. γεγόνασιν Bekker. SCHAEFER.

P. 808. v. 17. εὑρήσομεν] Bekkerus: „εὑρήσαιμεν S.“ Vides ne optimos quidem libros immunes mansisse sordium ultimae Graecitatis. Lobeckius Parerg. ad Phrynich. p. 721.: „τοῦ εὑρήσαντος Etym. s. Ἑρμώνειον.“ Noli quaerere: non reperies. SCHAEFER.

P. 808. v. 20. διοικεῖν φαίνεται] Forte διοικῶν φαίνεται, sub. ὁ νόμος. WOLF. Sic Orator rem affirmaret. Sed dubitanter eum loqui docet quod antecedit, εἰ χρὴ τοῖς ὁρωμένοις πιστεύειν. SCHAEFER.

P. 808. v. 22. εἰς] εἰ P. Manutius. REISK.

P. 808. v. 24. ψηφιεῖσθε] Vulg. ψηφίσεσθε. ψηφιεῖσθε August. primus et quintus. Correxi ψηφιεῖσθε, quod est Atticis convenientius. REISK.

Clausula haec erat in Bavarico: κατὰ ἀριστογείτονος β. δημόσιοι. ἐπιτροπικοί. κατὰ ἀφόβου α. Quo significatur, in oratione secunda in Aristogitonem desinere publicas causas, in oratione prima in Aphobum autem incipere illas, quae de male gesta tutela agant, quarum classem peculiarem a veteribus esse constitutam haec clausula arguit. REISK.

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM ORATIONUM CONTRA APHOBUM.

P. 811. v. 10. ἐγγραφῇ] ἐγγραφθῇ Bavaricus. REISK.

P. 811. v. 10. θυγατέρα] θυγατέραν August. quintus. REISK.

P. 812. v. 3. κεχρῆσθαι δὲ κελεύει] καὶ χρῆσθαι κελεύει August. quintus. REISK. Adscivit Bekker. Bene. SCHAEFER.

P. 812. v. 6. αὐτοῖς] αὑτοῖς Bekkeri Berolinensis et Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 812. v. 10. θυγατέρα] θυγατέραν August. quintus. REISK.

P. 812. v. 17. συντίθησιν] F. συνίστησιν. WOLF.

P. 812. v. 18. κατὰ Ἀφόβου] Videtur abundare. WOLF. Deleri vult Wolfius. Et absunt ab August. quinto. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 812. v. 20. οὗτος ὁ λόγος — ἐπανάμνησιν.] Haec clausula pertinet ad secundam orationem. WOLF. Bekkerus, plenâ interpunctione positâ post v. ἐπικαρπίας, sequentia ita iunxit, ut post Ἀφόβου v. 18. subdistingueret ac deinde continuaret ὑπὸ τοῦ Ἀφόβου οὗτος ὁ λόγος —. Praeterea annotavit haec: „κατὰ Ἀφόβου] Malim addito β incipere hinc argumentum secundae adversus Aphobum orationis. Pro ἀγομένας scribendum videtur λεγομένας.“ F. εἰσαγομένας. SCHAEFER.

P. 812. v. 20. ἐπηγώνισται] V. not. ad p. 587, 14. SCHAEFER.

P. 812. v. 21. ἐπανάμνησιν] ἀνάμνησιν simplicius dat August. quintus. REISK.

ANNOTATIONES

AD

ORATIONEM I. CONTRA APHOBUM.

P. 813. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ — ΠΡΩΤΟΣ.*] *ΚΑΤΑ ΑΦΟΒΟΥ ΕΠΙΤΡΟΠΗΣ* Bekker. — De tempore litis v. Fr. A. Wolfius Prolegomm. ad Leptin. p. 100. Isaeum has quinque contra Aphobum et Onetorem orationes scripsisse, certe expolivisse, inter veteres multi fuerunt qui traderent. V. Libanius p. 3, 10. ss. et 875, 3. ss. SCHAEFER.

P. 813. v. 1. *Εἰ μὲν ἐβούλετο κ. τ. λ.*] Consultus Chirius Fortunatianus libro Rhetoricorum 3. folio 102. *In adoxo, id est, in humili genere materiae proxima sermoni debent esse principia, neque sententiis alte petitis, neque verbis ultra modum ornatis, nec structura graviore, sed quasi resoluta et simplici. Vis autem omnium sententiarum, quam his principiis adhibemus, ea esse debet, ut rem a proprietate revocet ad communitatem et dicat, omnium interesse illam rem vindicari, propterea quod, quanto quaeque minora sint, tanto crebrius et magis inter multos cadere possint, nec tam oportere spectari magnitudinem rerum et personarum, quam rationem aequi et iniqui, veri atque falsi: eandem enim esse horum in minimis vim, quam in maximis. Talia principia sunt pleraque apud Demosthenem in his libris, qui inscribuntur Idiotici, et magis apud Lysiam, et apud quosdam ex nostris veteribus. Certe M. Tullius, quum pro Archia diceret, non aliter exorsus est.* WOLF.

P. 813. v. 1. *Εἰ μὲν ἐβούλετο — ἐπιτρέπειν*] Citat hunc locum Harpocration v. *Ἐπιτροπή.* REISK.

P. 813. v. 1. *ἐβούλετο*] *ἠβούλετο* Dindorf. SCHAEFER.

P. 813. v. 1. *τὰ*] Abest ab exemplo Harpocrationis. REISK.

P. 813. v. 2. *ἢ*] Abest ab eodem. REISK.

P. 813. v. 2. *τοῖς γε οἰκείοις*] Vulg. *τοῖς οἰκείοις. τοῖς τε οἰκείοις* Harpocration. Unde correxi mea sponte *τοῖς γε οἰκείοις.* REISK. Particulam iure delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 813. v. 2. *ἐπιτρέπειν*] *ἐπιτρέψαι με πείσας Ἀρχένεω κ. τ. λ.* p. 861, 25. *τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν* p. 1028, 7. Harpocration: *ἀντὶ τοῦ διαιτητὰς αὐτοὺς αἱρεῖσθαι.* V. Anecd. Bekk. p. 260, 18. Plenius *τούτῳ ἐπετρέψαμεν δικάσαι περὶ ὧν ἐνεκαλοῦμεν ἀλλήλοις* p. 1013, 5. SCHAEFER.

P. 813. v. 3. *ἀπέχρην*] Vulg. *ἀπέχρη*. *ἀπέχρην* August. primus. Et sic correxi. REISK. Recte *ἀπέχρη* Bekker. Sic scribi iussit etiam Göttlingius ad Theodos. p. 218. Anecd. Bekk. p. 197, 8. *Ἀπόχρη*: *ἐξήρκει*. Corrig. *Ἀπέχρη*. SCHAEFER.

P. 813. v. 3. *ἂν*] *ἐν* Bavaricus. REISK.

P. 813. v. 6. *τουτονὶ*] *τοῦτον* Bekker. SCHAEFER.

P. 813. v. 12. *παρασκευάσασθαι*] *παρακρούσασθαι* Lambinus, cui vulgata sine causa displicuit. Demosthenem scilicet et graecos oratores ille non triverat. Verbum hoc huic loco, si quod maxime, convenit, et eo significatu, quo hic loci, ab oratoribus atticis inprimis, frequentatur. Dicitur nimirum ille *παρεσκευάσθαι*, qui pecunia, precibus, gratia praesidium et opes adversus iura civilia, amicis, advocatis conscribendis, iudicibus corrumpendis, comparavit, quibus munitus et fretus ad causam suam dicendam fidens atque securus accedat. REISK. V. not. ad p. 864, 17. SCHAEFER.

P. 813. v. 13. *περὶ τῶν ὄντων, ἁπάντων ἄπειρον* —] Bekkerus sic distinxit: *περὶ τῶν ὄντων ἁπάντων, ἄπειρον* —. SCHAEFER.

P. 813. v. 16. *παρ' ὑμῖν*] *παρ' ὑμῶν* margo Lutetianae, August. primus et quintus. *παρ' ὑμῖν*, *apud vos*, in iudicio vestro. *παρ' ὑμῶν*, *a vobis*. Nil referre existimo. REISK.

P. 813. v. 17. *τῶν*] Abest ab editione P. Manutii. REISK.

P. 813. v. 17. *μέχρι γε τοῦ*] Vulg. *μέχρι τοῦ*. *μέχρι γε τοῦ* August. primus et quintus, Bavaricus. Particulam *γε* addidi. REISK.

P. 813. v. 20. *περὶ ὧν—διενεγκεῖν*] F. *περὶ ὧν τὴν ψῆφον δεῖ ἐνεγκεῖν*. WOLF. *in Farragine*. *ἐνεγκεῖν* simplex margo Lutetianae, August. primus et quintus. Volunt simplex praestare. Mihi secus videtur. Omnes omnium iudiciorum iudices *διήνεγκον τὰς ψήφους*, differebant suffragia, alii in alias partes, hi in absolventem capsam coniicientes, alii in condemnantem. REISK. *ἐνεγκεῖν* Bekker. Bene. Nam etsi vera Reiskius docet de locutione *διαφέρειν τὰς ψήφους*, (v. not. ad Porsoni Orest. p. 18. edit. tert. Lips.) tamen hic, cum Demosthenes omnium calculos iudicum in causa tam iusta laturus sibi videatur, simplex praeferendum est. SCHAEFER.

P. 814. v. 2. *τ' ἐμοῦ*] Vulg. *γέ μου*. Pro *γε* dant August. primus et quintus *τε*. Correxi *τ' ἐμοῦ*. REISK. Malim *τέ μου*. SCHAEFER.

P. 814. v. 2. *κἂν*] Aequabili voce pronuntiandum: nam e *καὶ* et *ἂν* sic coaluit, ut copula referatur ad praegressum *τε*. SCHAEFER.

P. 814. v. 5. *δ' οὖν*] Vulg. *οὖν*. *δ' οὖν* August. primus. Adversativam addidi. REISK.

P. 814. v. 7. ὁ ἐμὸς] οὑμὸς Bekker. οὑ'μὸς Dindorf., cuius v. praefat. p. IV. SCHAEFER.

P. 814. v. 7. κατέλιπεν] κατέλειπεν Bekker. Sed p. 815, 22. 816, 5. 15. servavit aoristum, spreto imperfecto, quod optimus Cod. obtulerat. SCHAEFER.

P. 814. v. 12. ἐνεχείρισεν] Vulg. ἐνεχείρησεν. ἐνεχείρισεν margo Lutetianae, August. primus et quintus, Bavaricus, probante Wolfio. Correxi ἐνεχείρισεν, ab ἐγχειρίζω. REISK.

P. 814. v. 13. τούτοιν] τούτοις margo Lutetianae. REISK.

P. 814. v. 13. ἀδελφιδοῖν] ἀδελφοῖν δυοῖν August. primus et quintus. REISK.

P. 814. v. 15. γεγονότοιν] Adverte dualis hac in sede usum referendi ad duo membra coniuncta, non per copulam, sed per particulas partientes μέν et δέ. SCHAEFER.

P. 814. v. 16. Θηριππίδῃ τῷ Παιανιεῖ] [Θηριππίδῃ μὲν Παιανιεῖ.] F. τῷ Παιανιεῖ. WOLF. Vulg. Θηριππίδῃ μὲν Παιανιεῖ. Pro μὲν est τῷ in August. primo et quinto, Bavarico, Aldina. Et sic coniecit quoque Wolfius. Manavit hoc vitiosum μὲν in reliquas editiones ex Herwag. pr. Correxi. REISK.

P. 814. v. 17. κἀκείνῳ] Redit ad proximum, Therippidem. REISK.

P. 814. v. 18. ἂν] Abest ab August. primo et quinto. REISK. Delevit Bekker. ἕως ἐγὼ ἀνὴρ γενοίμην p. 857, 15. SCHAEFER.

P. 814. v. 21. διοικήσειε,] διοικήσειεν· Bekker. Berolin. et Dindorf. SCHAEFER.

P. 814. v. 22. αὐτῷ δὲ τούτῳ] huic Aphobo, in quem actio tota invehitur. REISK.

P. 814. v. 22. τὴν μητέρα τὴν ἡμετέραν] Vulg. τὴν μητέρα. Addunt τὴν ἡμετέραν August. primus et quintus. Addidi. τὴν ἡμετέραν, e qua nos nati sumus, ego et soror. REISK.

P. 814. v. 25. προῖκα] προῖκά τ' Bekker. SCHAEFER.

P. 814. v. 25. τῇ οἰκίᾳ] Vulg. τὴν οἰκίαν. Correxi meo arbitratu τῇ οἰκίᾳ, scilicet χρῆσθαι, quod statim sequitur. *dedit ei hoc, ut domo mea et supellectili domestica tantisper uteretur.* Aliud est διδόναι τινὶ οἰκίαν, *domum alicui donare*, in quo ius proprietatis ad alium transfertur, aliud διδόναι τινὶ χρῆσθαι οἰκίᾳ, *alicui usum domus solummodo concedere.* Nunquam Demosthenes pater Aphobo domum donavit, sed indulsit tantummodo usum fructum: et paulo post dicitur quoque Aphobus domum Demostheni filio puberi facto reddidisse. REISK. V. Argument. p. 812, 3. s. SCHAEFER.

P. 814. v. 26. εἰ] Abest ab August. primo et quinto. REISK. Bene delevit Bekker. V. not. sequ. Vellem etiam καὶ quod proxime sequitur deletum. Unde nasci potuerit, dicere non attinet. SCHAEFER.

P. 814. v. 27. ἐμοὶ] εἴ μοι August. primus et quintus. REISK. εἶ μοι Bekker. SCHAEFER.

P. 814. v. 27. οὐκ—ἐπιτροπευθῆναι] Citant Anecd. Bekk. p. 145, 28. SCHAEFER.

P. 814. v. 27. ἐμὲ] με Anecd. Bekk. Et sic Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 814. v. 28. ταύτης — προσγενομένης] Adverte locutionem pleonasticam. Conf. Ind. ad Homeri Odyss. p. 176. Nec tamen tales pleonasmi vi sua carent: quippe usurpantur, ut notio inprimis attendenda magis exsistat. SCHAEFER.

P. 815. v. 1. σφίσιν — διαχειρίσαντες] Hinc Anecd. Bekk. p. 134, 11. sola haec citant: σφίσιν αὐτοῖς τὴν ἄλλην οὐσίαν ἅπασαν διαχειρίσαντες. SCHAEFER.

P. 815. v. 2. καὶ — ἐπιτροπεύσαντες] Citant Anecd. Bekk. p. 145, 29. SCHAEFER.

P. 815. v. 2. τὰ μὲν — ἀπεστερήκασι] Citant Anecd. Bekk. p. 119, 10. SCHAEFER.

P. 815. v. 5. τέτταρα καὶ δέκα] τετταρακαίδεκα Bekkeri Berolin. et Dindorf. Conf. Lobeckius ad Phrynich. p. 408. S. SCHAEFER.

P. 815. v. 5. μάλιστα — μνᾶς] Domum et 14 mancipia non esse nisi 40 minis aestimata per est incredibile. Ipse Demosthenes p. 816, 21. s. domum triginta minis aestimat, et servile quodque caput, tametsi vilissimum, . ternis minis ibid. v. 7.: unde summa 42 minarum exsistit. Adde triginta minas parati aeris et alias triginta minas, pretium domus. Sunt minae centum et duae. Non capio has rationes. Quamquam novi Demosthenem solere caussam et pretia rerum, prout expedit et caussae inservit, aut attollere aut deprimere. REISK. Quis credat Demosthenem in primo orandi periculo falsa computatione ad fraudem faciendam usum esse? Suspicor igitur tutores adolescenti tradidisse domum tam ruinosam et mancipia tam vilia, ut pluris aestimari non possent. SCHAEFER.

P. 815. v. 6. παραδεδώκασι] παραδεδώκασιν, ut solet, Bekker. SCHAEFER.

P. 815. v. 7. τοῦτ' ἔστιν] quod scilicet haereditatem 14 talentorum, quae decennio rite administrata et foenori collocata potuerat duplo augeri, interverterint, neque de tantis opibus reddiderint nisi unum talentum cum decem minis. REISK.

P. 815. v. 8. τὸ] τὸ secundum abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 815. v. 11. τὴν συμμορίαν] Citat hunc locum Harpocration v. Συμμορία. REISK. Item Etymolog. M. c. 734, 34. et Photius c. 405. SCHAEFER.

P. 815. v. 11. κατὰ — εἰσφέρειν] Hoc est, ut existimo, de

aureis 250 aureos 50, de 15 talentis 3 talenta, quintam partem rei familiaris. Sed utrum soli divites tantum contulerunt, tenuiores minus, cum videatur aequalis esse solere tributorum ratio? II. Oratione legitur: οὐκ ἐπὶ τοῖς μικροῖς τιμήμασι etc. Deinde quae ratio est 25 minas particulatim nominandi prius, cum mox totus census commemoretur? WOLF. Particulatim, opinor, nominavit, quod hic tanquam canon esset in computandis exigendisque ditiorum contributionibus. Idem visum Reiskio ad p. 816, 1. SCHAEFER.

P. 815. v. 12. ὅσονπερ — εἰσέφερον] Idem recurrit p. 862, 12. Alterutrum locum spectavit Thomas Mag. p. 854. SCHAEFER.

P. 815. v. 13. τιμήματα] [τιμητά.] F. τιμήματα. WOLF. Vulg. τιμητά. τιμήματα August. primus et quintus, item Lessing. Et sic correxi. Vulgatum enim usitatum non est, tametsi caeteroquin facile locum hic tueatur et conveniat. Sunt enim τὰ τιμητὰ ea, quae censentur, quorum causa certus quidem census dependitur, ut agri, villae, domus. Sed idem quoque significat voc. τίμημα, tametsi etiam censum seu pecuniam significat eam, quae pro illis rebus aerario dependitur. REISK. Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 53. SCHAEFER.

P. 815. v. 17. ὅτι] Abest ab August. quinto. REISK.

P. 815. v. 17. οὐδένες] Ad οὐδένες malim τὰ οὐδένων addi. *neminem fuisse omnium, quotquot unquam tutores quorumcunque tandem fuere, qui eius bona, cui esset tutor datus, turpius diripuerit, quam hi homines nostra bona diripuerunt.* REISK. Non addendum quidquam, sed subaudiendum τὰ τῶν ἐπιτροπευθέντων. SCHAEFER.

P. 815. v. 18. διηρπάκασι] διηρπάκασιν Bekker. SCHAEFER.

P. 815. v. 21. τούτων] Abest a Bavarico. τούτου dat August. quintus. REISK.

P. 815. v. 26. μοι] τοι August. primus et quintus. REISK.

P. 815. v. 26. ἀναγίνωσκε] ἀναγίγνωσκε Bekker. SCHAEFER.

P. 815. v. 26. ταυτηνὶ] ταύτην Bekker. SCHAEFER.

P. 815. v. 28. καὶ ἐκ τούτων] Subaudi καὶ μόνων. *ex his vel solis*, etiamsi alia argumenta deficerent. REISK.

P. 816. v. 1. πεντεκαίδεκα — τίμημα] ἠξίουν ταύτην (τὴν οὐσίαν) εἰσφέρειν εἰσφορὰν τρία τάλαντα ἀπὸ τῶν ιέ. WOLF. Citat h. l. Harpocration v. Τίμημα. In vicenas quinas quasque minas dabant opulentissimi quique (pauperiores enim videntur minoris aestimati fuisse) drachmas quingentenas, seu, quod idem est, de drachmis quibusque 2500 dependebant drachmas 500 seu quintum numum, ut nos usurpamus, de quinis quibusque talentis talenta singula. REISK. Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 53. SCHAEFER.

P. 816. v. 1. *πεντεκαίδεκα ταλάντων γὰρ*] *πεντεκαίδεκα γὰρ ταλάντων* Bekker. Veruntamen nostrum ordinem tuentur F. S., quorum non contemnenda auctoritas. SCHAEFER.

P. 816. v. 2. *δ'*] Coniunctionem addidi de meo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 816. v. 6. *τριάκοντα καὶ δύο ἢ τρεῖς*] Post *τριάκοντα* est interpungendum. Neque enim dubitat, utrum 32 an 33 fuerint, sed ex illis 30 dicit duos vel tres potuisse quinis aut senis minis aestimari, caeteros ternis, quibus illi vel aetate vel artificio praestiterint. WOLF. Cur non dubitaverit de numero mancipiorum? SCHAEFER.

P. 816. v. 6. *τρεῖς, τοὺς μὲν ἀνὰ* —] Vulg. *τρεῖς, ἀνὰ* —. Post *τρεῖς* addunt *τοὺς μὲν* margo Lutetianae, August. primus et quintus, item Lessing. Correxi *τρεῖς, τοὺς μὲν ἀνὰ* —. Sententia est, officinae, in qua gladii cuderentur, operas omnino fuisse triginta duos aut tres, et horum alios quinis senisve minis veniisse, alios ternis, sed neminem minus quam ternis. REISK. *τοὺς μὲν* delevit Bekker. Videturque ab interprete constructionem explente profectum esse. V. L. Bosii Ellips. p. 329. s. SCHAEFER.

P. 816. v. 6. *ἀνὰ πέντε μνᾶς* —] Observa *ἀξίους μνᾶς πέντε ἢ ἕξ*, nisi forte legendum sit *μνῶν*. WOLF. Non legendum est: accusativus enim regitur a praepositione *ἀνά*. *ἀνὰ πέντε μνᾶς* — i. q. *ἕκαστον ἄξιον πέντε μνῶν* —. SCHAEFER.

P. 816. v. 7. *ἢ καὶ ἕξ*] *ἢ* omittunt August. primus et quintus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 816. v. 8. *ἀφ'*] *ἐφ'* Paulina. REISK.

P. 816. v. 8. *μνᾶς ἀτελεῖς*] Forte *ultra omnem sumtum, demto victu*. Lalamantius: *subductis omnibus*. Nostratibus proceribus quantum de reditibus decedit, quo sustentandi sunt procuratores et ministri, utinam abstinentes et integri! Si non triens, at certe quadrans: ut, cuius vectigalia sunt 1200, is vix percipiat 900. Sed iidem isti praesto sunt domino, quoties opus est, et ad usum et ad ornamentum aulae: et hac ratione aluntur multi inopes, utinam homines frugi! WOLF. V. Ind. Graecitat. p. 92. Anecd. Bekk. p. 458, 26. *Ἀτελῆ: ἀδάπανα*. SCHAEFER.

P. 816. v. 11. *ὑποκειμένους*] V. p. 821, 12. SCHAEFER.

P. 816. v. 12. *ἐπὶ δραχμῇ*] *τῆς μνᾶς δραχμὴν ἑκάστου μηνὸς τόκον τελούσης*. Talentum minas habet 60. Hinc ergo singulis mensibus pendendae fuerunt 60 drachmae, quae conficiunt aureos 6. Duodecies 6 sunt 72 aurei, hoc est minae 7. Ita de centenis aureis numerandi fuerunt pene duodecim: quae Romanorum centesimis non absimilis usurarum ratio fuit. WOLF. Sententia est: Reliquit pater paratae pecuniae talentum propemodum (vel circiter), sed id foenori elocatum ita, ut de singulis minis drachmae singulae in mensem penderentur. Mirifice locum hunc exposuit Palmerius Exercitatt. p. 636. REISK.

P. 816. v. 12. *δεδανεισμένον*] Vulg. *δεδανεισμένου*. *δεδανεισμένον* Lessing. August. primus et quintus. (Quod e primo refert Fabricius *ἀργύριον*, ibi non est, sed *ἀργυρίου*, ut in vulgata.) Correxi *δεδανεισμένον*. Duo vocabulo *εἰς τάλαντον* (*ferme talentum*) pro uno quasi vocabulo habentur. REISK. *δεδανεισμένου* Bekker. Hoc an illud optes nihil interest ad sensum. Sed genitivi aliquanto maior est a libris auctoritas. SCHAEFER.

P. 816. v. 15. *ἐνεργὰ*] *χρήματα ἀργὰ*, *pecunia ignava*, *ἐνεργὰ*, *quaestuosa*, *foenore occupata*, *collata in usuras*, *δεδανεισμένα*: quibus vocibus utar, dum invenero meliores. WOLF.

P. 816. v. 16. *γίγνεται*] *γίνονται* August. quintus. REISK.

P. 816. v. 16. *τοῦ μὲν ἀρχαίου κεφάλαιον*] [*τοῦ μὲν ἀρχαίου κεφαλαίου*.] *ά. Ὀλ. τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν*, absolute. Hic adiective. Paulo post [p. 819, 2.] *τό τε ἀρχαῖον καὶ τὸ τῶν δώδεκα ἐτῶν*, s. *γιγνόμενον*. WOLF. Vulg. *κεφαλαίου*. *κεφάλαιον* margo Lutetianae, Lessing. August. primus et quintus. *τὸ μὲν ἄρχαιον κεφάλαιον* margo Lutetianae. Dedi *κεφάλαιον*. REISK. H. Stephanus Thes. c. 2285. A.: „Invenitur et *ἀρχαίου κεφαλαίου* ap. Demosth. c. Aphob., sed *κεφαλαίου* synon. irreptitium esse putatur. Vide Bud. 132. 133." Alia ratio placuit Tayloro Apparat. T. II. p. 33., quam qui velit sequatur. Ego assentior Reiskio: assensusque est etiam Bekkerus. *κεφάλαιον*, *summa*. V. p. 817, 3. 821, 7. s. — Spectavit hunc aut alium locum *τῶν ἐπιτροπικῶν* Photius c. 119. SCHAEFER.

P. 816. v. 17. *πεντακισχίλιαι*] Vulg. *πεντακισχίλια*. Sic perspicue etiam in August. quinto est. In primo quid sit, pro certo dicere non habeo, vulgatane an *πεντακισχίλιαι*. Solet *α* in illo codice longam et sublimem attollere caudam, ut saepe fias incertus, sitne *α* an *αι*. Aldina dat *πεντακισχιλία* penacute. *πεντακισχίλιαι δραχμαὶ* (posteriore vocabulo e scholio redundante) Paulina, Weimaranus e suorum secundo. Correxi *πεντακισχίλιαι*, scilicet *δραχμαί*: hoc est, talentum minus decem minis. REISK. Sic corrigendum esse dudum monuerat Taylorus Apparat. T. II. p. 33. SCHAEFER.

P. 816. v. 17. *τὸ — ἔργον*] *οἱ τόκοι οἱ γιγνόμενοι*. WOLF. V. p. 820, 21. 822, 22. SCHAEFER.

P. 816. v. 20. *ὃν*] Vulg. *ὧν*. *ὃν* August. primus et quintus, Bavaricus. Et sic correxi. *quod* (ebur *) puta) *consumebant in elaborando*. Nostri *verarbeiten* dicunt. REISK.

P. 816. v. 20. *κλίνεια*] *κλίνια* August. primus. REISK.

P. 816. v. 20. *εἰς ὀγδοήκοντα μνῶν*] Aut *εἰς* abundare ait Wolfius in Farragine, aut loco *μνῶν* legendum *μνᾶς*. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

---

*) Adde ferrum. SCHAEFER.

P. 816. v. 20. ἀξίαν] Vulg. ἄξια. Correxi de coniectura mea ἀξίαν. REISK. ἄξια Bekker. Quod in librorum silentio non mutandum. Nam εἰς ὀγδοήκοντα μνῶν ut mirabile videatur, quid impedit quo minus putemus Graecorum sermonem εἰς in huiusmodi locutionibus usurpasse ἐπιῤῥηματικῶς? Plane eadem ratione Latini *ad* sine casu pro *circiter* usurpant. Sin minus placet haec ratio, (ac fateor aliud me huius usus exemplum non recordari,) per me licet confugias ad decantatum nostrae aetatis machinamentum, ut Oratorem dicas duabus e constructionibus (ὀγδοήκοντα μνῶν ἄξια et εἰς ὀγδοήκοντα μνᾶς ἄξια, ut v. 23. legimus ἄξια — εἰς μυρίας δραχμὰς) tertiam quandam anomalam conflavisse. SCHAEFER.

P. 816. v. 21. κηκίδα] Citat hunc locum Harpocration v. Κῆκις: circumflexum enim in penultima editiones huius Lexici exhibent. REISK. Recte κηκῖδα Bekker. V. Anecd. Bekk. p. 271, 26. s. SCHAEFER.

P. 816. v. 21. δὲ] Abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 816. v. 22. τρισχιλίων] S. δραχμῶν, non μνῶν. WOLF.

P. 816. v. 22. καὶ κόσμον] τὸν κόσμον margo Lutetianae, August. primus. Quod magis placere ait Wolfius in Farragine, ut addatur κατ' ἐπεξήγησιν. REISK. Bekkerus: „τὸν κόσμον S. r." Vide ne Wolfio assentiendum sit. SCHAEFER.

P. 816. v. 23. σύμπαντα ταῦτα] Vulg. σύμπαντα. Addunt ταῦτα margo Lutetianae, August. primus et quintus. Addidi. REISK.

P. 816. v. 23. εἰς μυρίας δραχμὰς] ἑκατὸν μνᾶς, 1000 aureorum. Lalamantius χιλίας vertit, et ego sic legendum existimo. WOLF. Bene habet vulgata. Cui credibile sit tam copiosam supellectilem, vestem, mundum, vasa tricliniaria domus perlocupletis non fuisse maioris quam sexta talenti parte aestimata? Sola vestis mulieris, cui fortunae perquam modicae essent, decem minis seu mille drachmis aestimatur in Oratione in Spudiam. Praeterea si mille drachmas pro decies mille seu minas decem pro centum minis poneres, summa quindecim talentorum non coalesceret, quorum censum Demosthenes ait tria talenta dependisse seu quintam totius summae partem. Ponamus summas singulas et computemus.

4 talenta,	50	minae ἀρχαίου κεφαλαίου *) (v. 16.).
	50	minae annui reditus (v. 17.).
1 talentum,	20	minae ebur, ferrum, ligna in lectos.
1 talentum,	10	minae galla et aes.
	30	minae domus.
1 talentum,	40	minae supellex domestica, vasa, vestis, mundus muliebris.

*) Scriptura Parisinae ab ipso Reiskio repudiata. SCHAEFER.

1 talentum, 20 minae argenti praesentis.
1 talentum, 10 minae argenti foenore nautico crediti.
24 minae in mensa Pasionis.
6 minae in mensa Pyladis.
16 minae apud Demomelem.
1 talentum conflatum e summis minutis diversis mutuo datis.
Summa conficit 14 talenta cum 36 minis.

Ecquis probet denique, solam gallam et aes septem drachmarum millibus aestimari, tantam copiam vestis, supellectilis, vasa tot aurea et argentea, mundum denique matronae divitis non nisi mille drachmis? Abhorret hoc. Ipse Demosthenes p. 817, 23. vasa argentea sola cum mundo matris aestimat 5000 drachmis. Ergo reliqua tantidem fuisse minus credemus? REISK.

P. 816. v. 25. ἀργυρίου δ' ἔνδον] S. ἀποκειμένου, ἀργοῦ, τεθησαυρισμένου. WOLF.

P. 816. v. 26. ναυτικὰ] S. χρήματα. δάνειον ναυτικὸν, usuras nauticas sive maritimas, traiectitiam pecuniam: cuius usurae maiores fuere caeteris, ut alibi videbimus. Lalamantius: *LXX vero minas in classis apparatum expendendas.* WOLF.

P. 816. v. 26. ἔκδοσιν] Citat hunc locum Harpocration v. Ἔκδοσις. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 247, 21. et Zonaras c. 655. SCHAEFER.

P. 816. v. 26. Ξούθῳ] ξούσθω Bavaricus. REISK.

P. 816. v. 27. ἐπὶ τῇ τραπέζῃ] V. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 332. SCHAEFER.

P. 816. v. 28. παρὰ Δημομέλει δὲ] παρὰ δὲ Δημομέλει Bekker. παρὰ Δημομέλει δὲ Dindorf. SCHAEFER.

P. 817. v. 1. κατὰ διακοσίας — διακεχρημένον] ὁμοῦ τι τάλαντον διακεχρημένον, τοῖς δεομένοις χορηγηθὲν ἄνευ τόκου, κατὰ διακοσίας —, τοῖς μὲν διακόσιαι δραχμαὶ, τοῖς δὲ τριακόσιαι. αἱ κατὰ καὶ ἀνὰ προθέσεις explent Graecis penuriam distributivorum. WOLF. Cur ἄνευ τόκου? SCHAEFER.

P. 817. v. 2. διακεχρημένον] διακεκριμένον margo Lutetianae. Citat hunc locum Harpocration v. Διακεχρημένον. REISK. *pluribus mutuo datum.* Minus recte Lexicographi. SCHAEFER.

P. 817. v. 3. ὀκτὼ — μναῖ] octo talenta cum dimidio. Calculus non bene subductus. Confiunt enim e superioribus summis 8 talenta et 56 minae, h. e. novem talenta minus quatuor minis, demtis scilicet duobus articulis, qui primi sunt in tabula superius posita. Ergone pro τριάκοντα legendum est πεντήκοντα? REISK.

P. 817. v. 3. γίγνεται] γίνονται August. primus et quintus. REISK. γίγνονται Bekker. Bene. Notissimum est idioma syntacticum, quo verbi numerus accommodatur numero, non subiecti, sed praedicati. SCHAEFER.

P. 817. v. 5. συμπάντων] σύμπαντα margo Lutet. et Lessing. August. primus et quintus. Wolfius in Farragine utramque posse lectionem stare docet, ut ad genitivum scilicet subaudiatur τὸ κεφάλαιον, ad accusativum autem τὰ χρήματα. Subaudi τὸ κεφάλαιον e praemissis. REISK.

P. 817. v. 5. τέτταρα καὶ δέκα] τετταρακαίδεκα Bekkeri Berolin. et Dindorf. SCHAEFER.

P. 817. v. 7. διακέκλεπται] παθητικῶς, διὰ κλοπῆς ἠφάνισται. WOLF.

P. 817. v. 10. πρὸς τὸ αὐτὸ ὕδωρ] S. πρὸς τοῦτο τὸ κατ' Ἀφόβου μόνου ἐγκεχυμένον ἐμοί. Lalamantius: *unius horulae spatio dici non potest.* WOLF.

P. 817. v. 11. διελεῖν] Non est opus mutari hoc in διελθεῖν. WOLF. Ecquis autem id voluit? Ipsene aliquando? REISK.

P. 817. v. 11. καὶ] ἢ August. primus et quintus. REISK. ἢ Bekker. Sic advertendus pluralis ἔχουσι: de quo idiomate v. Melet. Crit. p. 24. Licet autem in tali constructione pluralem verbi numerum usurpari, quando particula ἢ duo ita disiungit, ut quod verbo significatur ambobus simul competat. SCHAEFER.

P. 817. v. 13. ἀπενέγκωμεν] ἀπενέγκωμαι August. primus et quintus. REISK.

P. 817. v. 13. ἐλέγξουσιν] [ἐλέγχουσιν.] Hoc malo, quam ἐλέγξουσιν. WOLF. ἐξελέγχουσιν August. primus et quintus. ἐξελέγξουσιν margo Lutetianae. REISK. Recte ἐξελέγχουσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 817. v. 15. ἔγωγ'] Vulg. ἐγὼ. ἔγωγ' August. primus et quintus. Melius conveniret καὶ ἐγὼ δ' οἶδα. Dedi tamen illud, quia codicis boni auctoritate nititur. REISK. Recte ἐγὼ Bekker. SCHAEFER.

P. 817. v. 16. μὲν οὖν] Vulg. μὲν. μὲν οὖν August. primus et quintus. Addidi οὖν. REISK.

P. 817. v. 18. περὶ τῶν ἄλλων] Subaudi a communi ἐπιδείξω. Sed an etiam bene graece dicitur ἐπιδεικνύναι περί τινος? An deest potius διέξειμι? Videtur hoc probabilius. Nisi volumus ποιήσομαι τοὺς λόγους e v. 15. repetere: sed hoc longiuscule arcessitum. REISK. Simplicissimum est ex antegresso ἐπιδείξω subaudire verbum cognatae significationis, e. c. ἐρῶ. SCHAEFER.

P. 817. v. 22. καταλειφθέντα,] καταλειφθέντα. Bekker. Post delenda signa parenthesis, quibus etiam Reiskiana caret. SCHAEFER.

P. 817. v. 23. εἶχεν] Alii εἷλκεν, *pendebant.* WOLF. Sed quinam sunt illi *alii?* REISK. εἶχεν, scilicet Aphobus. SCHAEFER.

P. 817. v. 23. τῶν πιπρασκομένων] Bekkerus: „τῶν om. S." Recte, ut opinor. SCHAEFER.

P. 817. v. 26. ἕως ἀνεπληρώσατο] ἑωσὰν ἐπληρώσατο August. primus. REISK.

P. 817. v. 27. *Κέρκυραν*] *Κόρκυραν* Bekker. SCHAEFER.

P. 817. v. 28. *ἀπεγράψατο*] *ἀπέγραψε* Bekker. Activum recurrit p. 818, 20. et 828, 15. SCHAEFER.

P. 818. v. 1. *καὶ τούτων μὲν πρῶτον*] *καὶ πρῶτον μὲν τούτων* Bekker. SCHAEFER.

P. 818. v. 2. *τούτου*] *τούτῳ* August. quintus. REISK.

P. 818. v. 5. *τηθίδα*] Sic etiam in Bavarico est, sed super *θ* est *τ* scriptum a recentiore manu. REISK. Voluit librarius *τητθίδα*. Quae forma est reiectanea. V. Lobeckius ad Phrynich. p. 134. s. SCHAEFER.

P. 818. v. 6. *σῖτον*] Citat hunc locum Harpocration v. *Σῖτος*. REISK. V. Photius c. 380. SCHAEFER.

P. 818. v. 7. *δὲ*] Bekkerus: „*δὲ* om. S." Non displicet. *etsi dotem acceperat.* SCHAEFER.

P. 818. v. 7. *οὐδὲ — ἐθέλοντος*] Elocatio aedium intelligatur cum omni instrumento et facultatibus. WOLF. Atqui aedes elocandae non erant, cum Demosthenis patris testamento Aphobo habitandae fuissent relictae. *αὐτῷ δὲ τούτῳ* (*'Αφόβῳ*) *τὴν μητέρα τὴν ἡμετέραν καὶ προῖκα ὀγδοήκοντα μνᾶς καὶ τῇ οἰκίᾳ καὶ σκεύεσι χρῆσθαι τοῖς ἐμοῖς.* P. 814. l. 25. *οὗτος γὰρ* (*"Αφοβος*) *εὐθὺς μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς θάνατον ᾤκει τὴν οἰκίαν εἰσελθὼν κατὰ τὴν ἐκείνου διαθήκην.* P. 817. l. 20. *ἦν δὲ ταῦθ', ἃ γεγράφθαι φησὶν ἐν τῇ διαθήκῃ, δύο μὲν τάλαντα Δημοφῶντα λαβεῖν εὐθὺς, τὴν δ' ἀδελφὴν, ὅταν ἡλικίαν ἔχῃ· — τοῦτον δ'* (*"Αφοβον*) *ὀγδοήκοντα μνᾶς καὶ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν καὶ τὴν οἰκίαν οἰκεῖν· Θηριππίδην δ' ἑβδομήκοντα μνᾶς λαβόντα καρπώσασθαι, ἕως ἐγὼ ἀνὴρ γενοίμην. τὰ δ' ἄλλα, ὅσ' ἐμοὶ χωρὶς τούτων κατελείφθη, καὶ τὸ μισθοῦν τὸν οἶκον ἠφάνιζεν ἐκ τῆς διαθήκης.* In Aphob. III. p. 857. Ubi notandum *οἰκίαν* et *οἶκον* distingui. *οἶκος* igitur hac oratione est *possessiones, property.* Et in hoc sensu est apud Lysiam in Aristogit. p. 906. „*substantia universa*", ut Reiskius interpretatur. SEAGER. *Diar. Classic.* LVIII. p. 365. Recte vir doctissimus. Sic *τοῖς πᾶσι χρήμασιν* et *τοὺς οἴκους* p. 862, 18. s. sunt *φράσεις ἰσοδυναμοῦσαι.* V. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 122. 157. 379. Ipsum quod sequitur, *ἀλλὰ — ἀξιοῦντος*, arguit non aedes intelligendas esse. SCHAEFER.

P. 818. v. 9. *οὗτος*] Vulg. *αὐτός*. *οὗτος* margo Lutetianae, August. primus et quintus. Et sic correxi. REISK.

P. 818. v. 9. *ἠμφισβήτησε*] *ἠμφεσβήτησε* Bekker. V. Buttmannus Grammat. Gr. mai. T. I. p. 345. s. SCHAEFER.

P. 818. v. 10. *ἔχειν*] *σχεῖν* August. primus et quintus. REISK.

P. 818. v. 11. *καὶ ἔτι — ἀντιλέγεσθαι*] [*καί τι μικρὸν κ. τ. λ.*] Utrum *ἔφη πρὸς τὴν μητέρα*, an *μικρόν τι ἀντιλέγεσθαι* (s. *ὑφ' ἑαυτοῦ*) *πρὸς τὴν μητέρα*? *inter se et matrem parvam*

esse quandam controversiam. WOLF. Posterius verum: mirerisque virum egregium dubitare potuisse. SCHAEFER.

P. 818. v. 11. *καὶ ἔτι*] Vulg. *καί τι. καὶ ἔτι* margo Lutetianae, August. primus et quintus. Et sic correxi. REISK. *καί τι* Bekker. SCHAEFER.

P. 818. v. 15. *τε*] *γε* August. primus et quintus. REISK.

P. 818. v. 15. *Δημοχάρην*] *Δημοχάρη* Bekker. *Δημοχάρην* Dindorf., cuius v. praefat. p. VII. SCHAEFER.

P. 818. v. 16. *καὶ*] *ἢ* August. quintus. REISK.

P. 818. v. 18. *τὰς τιμὰς*] Vulg. *καὶ τὰς τιμάς. καὶ* abest ab August. primo et quinto. Lessingianus quoque obelo confixit. Delevi. REISK.

P. 818. v. 20. *ἀπογράψας*] Paulo ante p. 817, 28. *ἀπεγράψατο* dixerat. Ego vero nil interesse h. l. quidem existimo. V. p. 828, 15. REISK.

P. 818. v. 25. *λάβε*] *λαβὲ* Bekker. SCHAEFER.

P. 818. v. 28. *τὸν*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 818. v. 28. *ἔχει*] Vulg. *εἶχε. ἔχει* August. primus et quintus. Et sic correxi. REISK. Bekkerus: „*εἶχε* S.“ Quod si quis praeferat, vix repugnem. SCHAEFER.

P. 819. v. 1. *ἐπ᾽ ἐννέα ὀβολοῖς*] *ἐπὶ δραχμῇ καὶ ἡμισείᾳ.* 6 oboli drachmam, 10 drachmae aureum, 10 aurei minam, 60 minae talentum conficiunt. WOLF.

P. 819. v. 1. *ἐπὶ δραχμῇ μόνον τίθημι*] *ἐὰν ἐπὶ δραχμῇ τις τιθῇ μόνον* p. 820, 21. SCHAEFER.

P. 819. v. 2. *δὲ, ἂν*] *δ᾽, ἐὰν* Bekker. SCHAEFER.

P. 819. v. 2. *συντιθῇ*] Vulg. *συνθῇ. συντιθῇ* August. primus et quintus, Bavaricus. Correxi *συντιθῇ*. REISK. Post h. v. non interpungendum, sed post *ἐτῶν*. SCHAEFER.

P. 819. v. 2. *τό τ᾽ ἀρχαῖον*] *τὸ ἀρχαῖον* appellat dotem matris, 80 minas. REISK.

P. 819. v. 2. *τὸ ἔργον τῶν*] Vulg. *τὸ τῶν. τὸ ἔργον τῶν* August. primus et quintus, Bavaricus, Lessing. Et sic correxi. REISK. V. Wolf. ad p. 816, 16. SCHAEFER.

P. 819. v. 3. *δώδεκα*] *δέκα* August. primus et quintus, Lessing.: vitiose, id quod ex computo apparet. Octoginta minae dant in mensem, si usura est drachmalis, 80 drachmas: Demosthenes enim drachmalem solummodo ponit. Hae octoginta drachmae duodecies iteratae dant in annum 960 drachmas. Hae 960 drachmae rursus duodecies iteratae efficiunt usuram duodecennem, 11520 drachmarum, hoc est unum talentum, 55 minas cum 20 drachmis. Quae addes summae superiori, uni talento cum 20 minis. Habebis 3 talenta cum 15 minis et 20 drachmis. Sed decen-

nis usura non conficeret nisi 2 talenta, 40 minas, 35 drachmas. Attamen Aphobus non plus quam decennio tutelam gessit, et p. 820, 6. duo tantum et v. 21. octo annos numerat, qui conficiunt decem. Biennio, postquam defuncti tutores tutela essent, dixit iis orator diem. Sed illius quoque biennii usuras ei debebant, quod nihil ei reddidissent eorum omnium, quae ipsorum fidei commissa fuerant. REISK. *δέκα* Bekker. Vere: Reiskius enim in computatione decennis usurae lapsus est. Scilicet sic confiunt 2 talenta cum 56 minis, quae recte dicuntur *μάλιστα τρία τάλαντα*. Conf. mea in H. Stephani Thes. c. 5907. extr. SCHAEFER.

P. 819. v. 3. *μάλιστα τρία τάλαντα*] Lalamantius: *cumulate in 3 talentorum summam consurgunt.* WOLF. Immo: *proxime summam 3 talentorum accedunt.* SCHAEFER.

P. 819. v. 5. *ὑμῖν*] Abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 819. v. 5. *μαρτύρων*] *μαρτυρῶ* August. primus et quintus, cui Fabricius seu Wolfius suum *perperam* adscripsit pro more. Sed in illo circumflexo latet *ν*: et lectio ista tametsi a vulgata differre videatur, revera tamen, si recte pensites, cum ea prorsus convenit. REISK.

P. 819. v. 6. *τοῦ ἐργαστηρίου*] fabrorum puta gladios cudentium. V. p. 816, 6. SCHAEFER.

P. 819. v. 7. *ἀναισχυντότατ᾽ ἀνθρώπων*] *ὠμότατ᾽ ἀνθρώπων* p. 821, 22. V. not. ad p. 980, 26. SCHAEFER.

P. 819. v. 10. *ἀπ᾽ αὐτῶν*] Vulg. *ἁπάντων*. *ἀπ᾽ αὐτῶν* August. primus et quintus, Lessingianus. Et sic correxi. Exspectes *ἀπ᾽ αὐτοῦ*, nam de una tantum officina loquitur. Sed accommodavit orator orationem *πρὸς τὸ νοούμενον*, rei, quam mente agitabat: scilicet *τῶν ἀνδραπόδων τῶν ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ ἐργαζομένων*. V. ad v. 6. REISK. *αὐτῶν* h. l. et *τούτων* v. 17. et *αὐτὰ* v. 18. malim absolute dicta intelligere: ut cogitandum sit de operibus officinae, non de operis. Conf. p. 820, 9. 13. SCHAEFER.

P. 819. v. 10. *δὲ*] Vulg. deest. Addunt August. primus et quintus, Bavaricus. Et hoc coniecit quoque Wolfius in Farragine. Adversativam addidi. REISK.

P. 819. v. 10. *τούτων*] Redit ad tutores Demosthenis. REISK.

P. 819. v. 11. *πεντεκαίδεκά μοι*] Vulg. *πεντεκαίδεκα*. Post *πεντεκαίδεκα* [vel, ut in August. primo scribitur divisis vocabulis, *πέντε καὶ δέκα*] addunt *μοι* margo Lutetianae, Lessing. August. primus et quintus. Pronomen addidi. REISK.

P. 819. v. 11. *γίγνεσθαι κατὰ λόγον*] *γενέσθαι κατὰ τὸν λόγον* August. primus et quintus. REISK.

P. 819. v. 12. *προσῆκε*] *προσῆκεν* Bekker. SCHAEFER.

P. 819. v. 13. *ἀπέφηνε*] *ἀπέφηναι* Aldina, quod revera idem est cum vulgata. REISK. Scilicet ob perpetuam confusionem vocalis *ε* diphthongique *αι*. *ἀπέφηνε* Bekker. SCHAEFER.

P. 819. v. 13. τέτταρσι] Vulg. τέταρσι. τέτταρσι Aldina, Paulina, August. quintus. REISK.

P. 819. v. 14. μναῖν] μνᾶς Bavaricus. REISK.

P. 819. v. 16. μέν φησιν] Malim μὲν φησὶν. SCHAEFER.

P. 819. v. 17. τούτων] Cum praemisisset ἐργαστήριον, tamen τούτων subiicit. Scilicet ἐργαστήριον est grex operarum in officina quadam rei cuidam parandae operantium. Ergo recte τούτων usurpat, scilicet τῶν ἐργατῶν. REISK. V. not. ad v. 10. SCHAEFER.

P. 819. v. 18. αὐτὰ] Scilicet τὰ ἀνδράποδα καὶ τὰ αὐτῶν ἔργα. REISK. V. not. ad v. 10. SCHAEFER.

P. 819. v. 20. μοι] Abest ab Aldina et Paulina. REISK.

P. 819. v. 20. προσήκει] προσῆκε August. primus et quintus. REISK.

P. 819. v. 20. λόγον] [ἔργον.] M. τὸ ἔργον, τὰ χρήματα τὰ παρὰ τῶν ἀνδραπόδων. WOLF. Vulg. ἔργον. λόγον margo Lutetianae et Lessing., August. primus et quintus, Bavaricus. Wolfius ad ἔργον addi vult articulum τὸ. Correxi λόγον. REISK.

P. 819. v. 21. ἐλεγχθήσεται] ἐξελεγχθήσεται margo Lutetianae, August. primus et quintus. REISK.

P. 819. v. 22. ἀργὸν φῇ γενέσθαι] Scilicet τὸ ἐργαστήριον. REISK.

P. 819. v. 23. ἀνθρώποις] Ad ἀνθρώποις addit μόνον margo Lutetianae. REISK.

P. 819. v. 25. τὴν τέχνην] Vulg. τέχνην. τὴν τέχνην margo Lutetianae, August. primus et quintus, Bavaricus, qui etiam pro τὸν v. 23. dat τῶν mendose. Articulum τὴν addidi. REISK.

P. 819. v. 28. γε] Abest ab August. primo et quinto. REISK. Omisit Bekker. V. not. ad p. 610, 18. Xenophon Memor. I. 2. 3. καίτοι γε οὐδὲ πώποτε ὑπέσχετο κ. τ. λ. SCHAEFER.

P. 819. v. 28. ἐργασίας] Abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 820. v. 1. ἐκείνῳ] Therippidae puta. REISK.

P. 820. v. 2. φήσει] Vulg. φησὶ. φήσει August. primus et quintus. Et sic correxi. REISK.

P. 820. v. 3. τά γε ἔργα] Particula γε abest ab August. primo et quinto. ἔργα hoc versu, item v. [2. et] 8. sunt res ab illis operis elaboratae, ut cultri, gladii. REISK.

P. 820. v. 5. παρασχέσθαι] παρέχεσθαι August. primus. REISK.

P. 820. v. 7. τὰς τριάκοντα μνᾶς] Vulg. τριάκοντα μνᾶς. τὰς τρ. μν. August. primus et quintus. Articulum addidi. REISK.

P. 820. v. 8. οὕτω] οὕτως Bavaricus, ut idem saepe inse-

quente consonante. Plane abesse a nescio quo codice notatum est in Parisina. REISK.

P. 820. v. 8. μηδὲν] οὐδὲν August. primus et quintus. REISK.

P. 820. v. 10. ἀνηλωκέναι] ἀναλωκέναι Bavaricus. REISK.

P. 820. v. 13. ἐκεῖνος] Milyas. REISK.

P. 820. v. 15. οὗτος] Aphobus. REISK.

P. 820. v. 16. λάβε] Λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 820. v. 17. αὐτοῖς] Vulg. αὐτάς. αὐτοῖς August. primus et quintus. Et sic correxi. *illis*, iudicibus puta. REISK.

P. 820. v. 20. τὰς] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 820. v. 21. τὸ ἔργον] V. not. ad p. 816, 17. SCHAEFER.

P. 820. v. 22. ἄλλας — εὑρήσει] Triginta minarum usura drachmalis annua conficit 360 drachmas. Haec octies iterata conficit 3040 drachmas seu triginta minas cum excessu 40 drachmarum: unde constat ὁμοῦ significare *circiter*, *praeterpropter*, cum pauculo quodam aut defectu aut excessu. Non semper exacte summam positam aequat, neque semper infra eam subsidit, quod sunt qui opinati sint, sed etiam ultra summam datam assurgit. REISK. Summa drachmarum 360 octies iterata conficit 3040 drachmas? Quî potest? Immo vero drachmas 2880 conficit, h. e. 28 minas et 80 drachmas. Hic igitur certe ὁμοῦ infra summam positam subsidit. SEAGER. *Diar. Classic.* LVIII. p. 365. s.

P. 820. v. 22. ὁμοῦ] Omittunt August. primus et quintus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 820. v. 24. τέτταρα τάλαντα] Imo vero 4 talenta cum 16 minis. Ponamus calculos.

Summa superius computata 3 talenta, 15 minae, 20 drachmae.
Annuus reditus officinae per biennium perceptus 30 minae, 40 drachmae.
Usura octennis harum triginta minarum 30 minae, 40 drachmae.
Confiunt 4 talenta, 16 minae.

REISK.

P. 820. v. 24. σὺν τοῖς ἀρχαίοις] Vult dicere usuras cum capite, ut dotem matris cum usuris, item triginta minas reditus annui ex officina percepti cum usuris per octennium. REISK.

P. 820. v. 25. ὅσα ἔνια] Notabilis locutio, cui nihil similius legere memini quam quod olim vulgabatur Herodoti VII. 187. προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν ἐνίων. SCHAEFER.

P. 820. v. 26. ἠμφισβήτηκε] ἠμφεσβήτηκε Bekker. SCHAEFER.

P. 820. v. 26. καθ᾽ ἕκαστον] καθ᾽ ἓν ἕκαστον Bekker. SCHAEFER.

P. 820. v. 27. κατέλιπε μὲν] Vulg. κατέλιπεν. κατέλιπε μὲν August. primus et quintus. Et sic correxi. REISK.

P. 820. v. 28. *μὲν*] Abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 821. v. 2. *ἀποστεροῦσι*] *ἀποστεροῦσιν* Bekker. SCHAEFER.

P. 821. v. 6. *ἐν δέκα*] Vulg. *ἕνδεκα*. *ἐν δέκα* August. primus et quintus. Et sic correxi, duobus vocabulis. Planius tamen dixisset *ἐν τοῖς δέκα ἔτ.*, ut p. 825, 1. REISK.

P. 821. v. 7. *ἀποφαίνουσιν,*] *ἀποφαίνουσιν·* Reisk. Interpunctione deletâ, *ἀποφαίνουσιν ἀλλ' οὐδὲ μικρὸν* continuat Dindorf., cuius v. praefat. p. XI. Et sic Ind. Graecitat. p. 27., ubi alia exempla huius locutionis. SCHAEFER.

P. 821. v. 11. *ταῦτ'*] Vulg. *πάντα*. *ταῦτ'* margo Lutetianae, August. primus et quintus. Et sic correxi. REISK.

P. 821. v. 11. *ἀνηλωκέναι*] *ἀναλωκέναι* Bavaricus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 821. v. 11. *φησὶν*] *φασὶν* margo Lutetianae, August. primus et quintus. REISK.

P. 821. v. 12. *κενώτατον*] [*καινότατον.*] *πάνυ ἄτοπον καὶ ἀπεικότα καὶ πιθανότητος μηδεμιᾶς μετέχοντα.* Legi etiam queat *κενότατον* per ε in prima. WOLF. Vulg. *καινότατον*. *κενώτατον* August. quintus. *κενότατον* (sic) August. primus.] Correxi *κενώτατον*, *vanissimum.* REISK. *κενότατον* Dindorf. V. Anecd. Bekk. p. 1286. s. (qualia Grammaticorum testimonia his in rebus habere debent multum auctoritatis) et Buttmannus Grammat. Gr. mai. T. I. p. 263. s. SCHAEFER.

P. 821. v. 12. *ὁ ὑποθεὶς*] Moeriades est. V. p. 822, 2. REISK.

P. 821. v. 13. *πάντων*] Abest ab August. primo et quinto. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 821. v. 13. *καὶ ἐράνους — πλείστους*] Lalamantius: *tantaque debita pulchrarum collationum nomine et tantum aeris alieni reliquisse.* *λιπεῖν ἐράνους* videtur dici is, qui non utitur liberalitate adversus eos quos debet, aut non praestat officia debita, nec refert gratiam. *φέρειν*, *εἰσφέρειν*, *λείπειν ἐράνους*, *πληρωτὴν ἐράνου γενέσθαι* saepius apud Demosthenem reperias. Ego verti liberius: *cum saepe solvisse fidem*, *tum* etc. WOLF. *collationes multas omisit dependere:* ex eo genere collationum, quae publico aerario conferebantur necessario a civibus singulis ad sublevanda onera reip., ut e. c. ad alendos exercitus. REISK. Hae vero collationes dicuntur *εἰσφοραί*, non *ἔρανοι*. Veriora de hoc loco tradit Ind. Graecitat. p. 247. *λείπειν ἔρανον* i. q. *οὐ φέρειν ἔρανον*. V. p. 776, 11. ss. SCHAEFER.

P. 821. v. 15. *γέγονε·*] *γέγονε,* Reisk. Recte: nam etiam quae sequuntur pendent a particula *ὡς*. SCHAEFER.

P. 821. v. 17. *ὅπως*] *πῶς* August. quintus. REISK. *πῶς* Bekker. SCHAEFER.

P. 821. v. 17. ἐξῆλθεν] ἐξῆλθον August. primus et quintus. REISK. V. Porsoni Addenda ad Euripid. Hecub. 1141. SCHAEFER.

P. 821. v. 17. ὡς ἀφείλετό τις] ἢ τίς ἀφείλετο August. primus et quintus. REISK. Sic Bekker. Recte: nam ὡς ἀφείλετό τις facile poterant causari: non poterant dicere τίς ἀφείλετο. SCHAEFER.

P. 821. v. 18. πρός] Uncis inclusum est in edit. Paris., signis defectus. REISK.

P. 821. v. 18. πρός τινα] πρὸς τίνα August. primus et quintus. REISK. Hoc Reiskius vertendo expressit. Scilicet in Annotatt. haec scripsit: „*aut adversus quem causa ceciderint super his*, operis puta seu mancipiis." Idem adscivit Bekker. Recte. Conf. not. ad v. 17. SCHAEFER.

P. 821. v. 20. ἧς οὐδὲν προσῆκε φροντίζειν] [οἷς οὐδὲν προσήκει φροντίζειν.] οἷς, s. τοῖς ἐπιτρόποις. Sed quid si ἧς αὐτοῖς? S. πονηρίας. WOLF. Vulg. οἷς οὐδὲν προσήκει φρ. Post οὐδὲν addit margo Lutetianae μή. Sed voluit μοι dare. ἧς οὐδέν μοι προσήκει φρ. August. primus et quintus, Bavaricus. Correxi ἧς οὐδὲν προσῆκε φρ., prius quidem, ἧς puta, e libris, hoc vero, προσῆκε, ex ingenio meo. *cuius* [nequitiae puta, πονηρίας] *rationem nullam* seu *quam improbitatem hominis flocci non facere eos oportebat.* Sed et vulgata sensum dat haud absurdum. Elevat auctoritatem testium, quos negat quicquam curasse, quid testati fuerint, verum an falsum, quia tam viles et pauperes et leves fuissent, ut poenarum nihil ipsis esset de falso testimonio perhibito timendum. REISK. ἧς οὐδέν μοι προσήκει φρ. Bekker. Vere. SCHAEFER.

P. 821. v. 21. τούτων ἂν ἀντελαμβάνοντο] *haec urgerent*, scilicet quae Orator commemoravit v. 16. ss. SCHAEFER.

P. 821. v. 21. λαβόντας] εἰληφότας margo Lutetianae, August. primus et quintus. REISK.

P. 821. v. 22. οὐδὲν ἂν αὐτῶν] F. οὐδένα ἂν αὐτῶν, s. τῶν λαβόντων. Hoc malo, quam ut verti: *Sic utique omni officio fungerentur.* Lalamantius: *et nihil horum reliquissent.* WOLF. αὐτῶν si bene habet, significat: *nihil erant praetermissuri eorum omnium, quae in eiusmodi causis a tutoribus fidis et cordatis fieri solent.* Sed vereor, ne haec sententia verbis minus inesse queat. Num legendum οὐδὲν ἂν τῶν δεόντων παρέλειπον? Nisi volumus οὐδέν' cum apostropho exarare. *eorum, qui servos abduxissent aut abducere voluissent, neminem reliquissent, quem non essent iure persecuti.* Venit id in mentem Wolfio quoque. REISK. Recte habet οὐδὲν — αὐτῶν. Refer ad τούτων v. 21. SCHAEFER.

P. 821. v. 22. παρέλειπον] παρέλιπον August. primus et quintus, Bavaricus. REISK. Sic Bekker. Mihi imperfectum magis placet. SCHAEFER.

P. 821. v. 23. αὐτοὺς] Recte αὑτοὺς Bekker. V. p. 822, 5. SCHAEFER.

P. 821. v. 26. ἀφανίζουσι] ἀφανίζουσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 821. v. 26. λάβε] λαβέ Bekker. SCHAEFER.

P. 822. v. 2. Μοιριάδης] Μυριάδης August. primus et quintus. REISK.

P. 822. v. 3. τοῦτο τὸ συμβόλαιον — συμβεβλημένον] τοῦτο τὸ δάνειον — δεδανεισμένον. SCHAEFER.

P. 822. v. 8. συμβάλλειν] συμβαλεῖν August. primus et quintus. REISK.

P. 822. v. 8. διακωλύειν] κωλύειν simplex August. quintus. REISK.

P. 822. v. 10. Μοιριάδῃ] Μυριάδῃ August. primus et quintus. REISK.

P. 822. v. 11. ὡμολόγηκε] ὡμολόγηκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 822. v. 12. λῆμμά τι] Vulg. λῆμμα. Addunt τι August. primus et quintus. Addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 822. v. 15. οἳ] Vulg. οἷ. οἳ margo Lutetianae, August. primus et quintus. Correxi οἳ, *qui*. REISK.

P. 822. v. 17. ἀποδέδονται] ἀποδέδοται margo Lutetianae, August. primus et quintus. REISK.

P. 822. v. 18. λάβε] λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 822. v. 18. μοι] Abest ab August. primo et quinto, Bavarico. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 822. v. 20. παρὰ τοὺς κλινοποιοὺς] χωρὶς τῶν κλινοποιῶν. V. not. ad p. 490, 23. SCHAEFER.

P. 822. v. 22. τὸ ἔργον αὐτῶν] V. not. ad p 816, 17. SCHAEFER.

P. 822. v. 22. αὐτῶν] Vulg. αὐτῷ. αὐτῶν margo Lutetianae. αὐτὸ Weimaranus e suorum secundo, August. primus et quintus, Bavaricus, Paulina. Et sic coniecit quoque Wolfius in Farragine. Correxi αὐτό. REISK. Bene cecidit, quod non hoc dedit, sed αὐτῶν. V. p. 820, 21. SCHAEFER.

P. 822. v. 23. ἆρα μικρόν τι κ. τ. λ.] Haec Bekkerus sic scripta et interpuncta dedit: ἆρα μικρόν τι καὶ ἐξ ἀφανοῦς ποθεν καὶ παραλογίσασθαι ῥᾴδιον, ἀλλ' οὐ κ. τ. λ. Bene. SCHAEFER.

P. 822. v. 26. δεῖν] Vulg. δεῖ. δεῖν August. primus et quintus, Paulina, unde index Lambini repetiit. Et sic correxi. REISK.

P. 823. v. 2. τοῦτον] Vulg. τοῦτο. Sic etiam Bavaricus, sed super ου erat αυ et super ο erat α scriptum, ut esset ταῦτα. Et hoc est in August. primo et quinto. Correxi τοῦτον meo Marte: redit enim ad σίδηρον et ἐλέφαντα, quae sunt masculina. Poterat quoque e libris adsciscī ταῦτα. REISK. ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 823. v. 2. ἀποφαίνουσι] ἀποφαίνουσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 823. v. 6. τίνα] τί August. quintus. REISK. τί Bekker. SCHAEFER.

P. 823. v. 12. μαχαιροποιεῖον] [μαχαιροποιεῖν.] Alii μαχαιροποιῶν. F. τὸ δὲ μαχαιροποιοῦν, s. ἐργαστήριον, aut τὸ δὲ τῶν μαχαιροποιῶν. Nota obiter et gladios et lectulos ebore fuisse ornatos. WOLF. Vulg. μαχαιροποιῶν. μαχαιροποιεῖον August. primus et quintus. Idem voluit Aldus, qui μαχαιροποιεῖν dedit. Wolfiana μαχαιροποιῶν. Correxi μαχαιροποιεῖον. Nam vulgata si servetur, saltim esset τὸ δὲ τῶν μαχαιροποιῶν. REISK.

P. 823. v. 18. προσωνεῖσθαι] ἀντὶ τοῦ ὠνεῖσθαι. WOLF. V. not. ad p. 650, 25. SCHAEFER.

P. 823. v. 22. ἀπεδίδοντο] Vulg. ἀπεδίδοτο. ἀπεδίδοντο August. primus et quintus, Bavaricus. Correxi ἀπεδίδοντο in plurali. *pater meus, dum adhuc superesset, harum mercium haud parum vendebat, Demophon item et hic Aphobus post patris excessum.* REISK.

P. 823. v. 26. ὀλίγον;] ὀλίγον, Bekker. SCHAEFER.

P. 823. v. 27. λάβε] Λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 823. v. 27. ταυτασὶ] Vulg. ταύτας. ταυτασὶ August. primus. REISK.

P. 824. v. 3. τὸ ἔργον] Dubium est, quid hic significet, quaestumne usurarium an opera ex ebore elaborata. REISK. Posterius verum puto. Conf. p. 820, 3. SCHAEFER.

P. 824. v. 5. παρὰ τὸν λόγον, ὃν ἀποφέρουσιν] Wolfius: *ex rationibus, quas referunt.* V. Reiskius ad p. 828, 20. SCHAEFER.

P. 824. v. 7. ἐπιδείξω ὑμῖν τρεῖς μὲν ὄντας κ. τ. λ.] Novum init computum quaestus illius, quem tres tutores ex officinis et numis praesentibus Demostheni a patre relictis per decennium fecerant, non, ut superior computus, ex calculo Demosthenis, sed ex ipsorum tutorum laterculo, quem iudicibus exhibuerant, confectum. REISK.

P. 824. v. 8. τάλαντα] Abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 824. v. 10. ἀναλωμένα] ἀνηλωμένα August. primus et quintus. REISK.

P. 824. v. 10. χωρὶς τούτων πλείω τιθεὶς] χωρὶς τούτων, τῶν τριῶν ταλάντων. Lalamantius: *tum quod diario suo plures, quam caeteri, adscribit impensas.* τὸ πλείω τιθεὶς refertur ad ἐπιδείξω et personam Demosthenis, qui videri vult ἐκ περιουσίας adversariis largiri aliquid. Locus sane obscurus est et facilis offensio. WOLF. τούτων non cum proximo insequente πλείω, sed cum proximo superiori χωρὶς est copulandum. Sententia est: Aio ex ipsorum tutorum rationibus constare, illos mihi plus quam

octo talenta debere etiam post deductos, quos in me alendum fecerunt, sumtus, quos sumtus ego maioris etiam, atque illi ipsi, aestimo, et deductis item illis, quae mihi reddiderunt. REISK. Sententiam bene enucleavit: sed τὸ ἑξῆς quod finxit ei non congruit. χωρὶς, *seorsum*, scilicet ut deducantur. τούτων πλείω τιθεὶς, *pluris putans quam hi*. SCHAEFER.

P. 824. v. 12. ἐστι] ἐστίν Bekker. SCHAEFER.

P. 824. v. 15. ἔχοντ'] ἔχον P. Manutius. REISK.

P. 824. v. 15. ἐγὼ] Abest ab August. primo et quinto. REISK. Nec quisquam requirat. SCHAEFER.

P. 824. v. 16. ἑπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα μνᾶς] Sequitur ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα. An ea alia summa est? Sed quid laboramus, ubi nobis neque seritur neque metitur? Fides istarum rationum sit penes Demosthenem et iudices huius controversiae. Nostrum est verba auctoris interpretari, ut quimus, (corrupta si sunt,) quando ut volumus non licet. WOLF.

P. 824. v. 16. πέντε — μναῖ] In Bavarici texto est, ut in vulgata, sed margo dat γρ. δύο τάλαντα καὶ πέντε καὶ δέκα μνᾶς. REISK.

P. 824. v. 17. τούτου] [τοῦτο.] Subiicitur ἐξηγητικῶς ἡ πρόσοδος. WOLF. Vulg. τοῦτο. τούτου August. primus et quintus, Bavaricus, Lessing. Correxi τούτου, scilicet τοῦ ἀργυρίου. REISK.

P. 824. v. 17. ἀθρόον] ἄθρουν August. primus et quintus. REISK. ἄθρουν Bekker. ἅθρουν Dindorf. oblitus οὐκ mutare in οὐχ, nisi forte typotheta erravit. SCHAEFER.

P. 824. v. 20. ἣ] Abest ab August. primo et quinto. REISK.

P. 824. v. 20. ὃ δ' εὐθὺς ἔλαβον] S. μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ἐκ τῆς διαθήκης. WOLF.

P. 824. v. 20. δέον] δέοντα Bekker. V. p. 825, 8. SCHAEFER.

P. 824. v. 21. προσθῆτε] Vulg. πρόθηται. προσθῆτε August. primus et quintus. Et sic correxi. *si apponatis*. REISK.

P. 974. v. 22. [*ἢ κτήσασθαι*]] Aut *τὸ ἢ κτήσασθαι* abundat, aut *καὶ κτήσασθαι* legendum. WOLF. *ἢ κτήσασθαι* absunt ab August. primo. Uncis inclusi. Sunt enim aut scholium aut varians lectio verborum *ἢ ἔχειν*. REISK. *ἢ κτήσασθαι* omisit Bekker. Cum antecesserit *ἵνα — κτήσωμαι*, probabilius videtur *ἢ κτήσασθαι* ab Oratore profectum esse, contra *ἢ ἔχειν* e margine irrepsisse. SCHAEFER.

P. 974. v. 23. *εἰλόμην κομίσασθαι*] Post *εἰλόμην* addit index Lambini *τἀμαυτοῦ*. Subaudi e proxime *τὰ ἐμαυτοῦ*. *recuperare numos, quos Pantaeneto credidissem.* Nil opus est ista verba addi, quod fieri Lambinus praecepit. REISK.

P. 974. v. 23. *λέγε δ' ὅμως τὴν πρόκλησιν.*] Vulg. *λέγε δ' ὁμοίως τὴν πρόκλησιν. λέγε δὴ τὴν πρόκλησιν ὅμως* Bavaricus. *ὅμως* etiam dat August. primus. Et sic legendum. Dixerat paullo ante, constare ex omnibus causae adiunctis, Pantaenetum mentiri, eoque nil opus esse, ut formula provocationis de servis tradendis

recitetur. *At nihilominus tamen tu*, ait, *scriba, recita istam formulam.* REISK. λέγε δὲ τὴν πρόκλησιν ὅμως Bekker. ὅμως referendum ad ea quae proxime antecedunt, καὶ ταῦτα μεμαρτύρηται. SCHAEFER.

P. 974. v. 26. φυγὼν] φεύγων August. primus. REISK. V. not. ad p. 979, 13. SCHAEFER.

P. 974. v. 29. τὴν ἀργυρῖτιν] Citat hunc locum Harpocration v. Ἀργυρῖτις. Videntur dictiones ἐργάζεσθαι ἀργυρῖτιν [aut ἀργύριον, aut μέταλλον, similia] et κατεργάζεσθαι nonnihil inter se differre, sic nempe, ut simplex ἐργάζεσθαι sit glebam argenteam vel metallicam quamque e terrae visceribus eruere, a sordibus terrestribus et saxeis purgare, in minuta fragmina contundere, conflare, verbo crassius elaborare, κατεργάζεσθαι autem liquare, diligentius repurgare et extremam manum imponere eumque ad locum perducere, ut aurifabro aliisque artificibus ad signa, vasa conficienda aut ad numos cudendos tradi possit. REISK.

P. 974. v. 29. οἰκέται] ἐργάται Bavaricus, sed cum vulgata superscripta. REISK.

P. 974. v. 29. εἰργάσαντο] κατειργάσαντο August. primus. REISK.

P. 974. v. 30. τὸ] τὸ posterius abest a Bavarico. REISK.

P. 975. v. 1. Ἐπίσχες.] Abest ab August. primo, Bavarico. REISK.

P. 975. v. 2. αὐτοῖς] Vulg. αὐτὸ. αὐτοῖς August. primus. Et sic correxi. REISK. αὐτὸ Bekker. Mihi αὐτοῖς placet. SCHAEFER.

P. 975. v. 3. ἐφεξῆς] ἑξῆς simplex Bavaricus. Quod melius puto. Significat enim haec lectio id, quod sententia secum fert: *Recita iudicibus insequentia de libello accusationis.* Vulgata autem, ni fallor, sententiam fert alienam, hanc puta: *Recita totum libellum accusationis a capite ad calcem.* Verum id non vult Nicobulus, sed istud, quod modo dicebam, ut scriba recitando pergeret et quae adhuc recitanda superessent exsequeretur. REISK. ἑξῆς Bekker. SCHAEFER.

P. 975. v. 10. γινομένων] γιγνομένων Bekker. SCHAEFER.

P. 975. v. 11. καὶ ἄλλο οὐδέν] Scilicet ἐποιήσαμεν τότε. Locabamus tibi officinam metallicam, quae nostra erat, (emeramus enim a Mnesicle,) eo pacto, ut tu nobis locar dares, quod mos et leges ferunt: aliud nihil tecum depeciscebamur. REISK. Simplicius subaudias ἔνεστι. Sic autem scribere Reiskius debuit: ut tu nobis dares locarium, quod aequaret usuram pecuniae tibi creditae. SCHAEFER.

P. 975. v. 12. μετὰ ταῦτα δὲ] Vulg. μετὰ ταῦτα. Addit August. primus δὲ. Adversativam addidi. REISK. Si omittatur, non multum requiram. Conf. Melet. Crit. p. 61. SCHAEFER.

P. 975. v. 13. ἐφ' οἷσπερ αὐτοὶ ἐπριάμεθα] Haec verba absunt a texto Bavarici, sed sunt in margine e varia lectione. REISK. Non puto diversam esse scripturam, sed verba excidisse propter τὸ ὁμοιοτέλευτον. SCHAEFER.

P. 975. v. 15. οὐ μόνον — ἱκετεύοντος] te non iam solum iubente, ut ante feceras, sed etiam, quod ante non feceras, supplicante, ut faceremus. REISK.

P. 975. v. 16. ἤθελε δέχεσθαι] ἤθελεν ἐνδέχεσθαι August. primus. REISK.

P. 975. v. 16. τί οὖν — συνθῆκαι;] Quid hic loci, hoc tempore sibi volunt illae pacti tabulae? quid ad eas provocas? cur eas commemoras? REISK.

P. 975. v. 17. τοῦτο] Scilicet τὸ περὶ τῶν συνθηκῶν. REISK.

P. 975. v. 21. *ΜΑΡΤΥΡΙΑ.*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 975. v. 23. ἐωνήμεθα] ἀπεδόμεθα August. primus. Videtur utrumque sententiae necessarium esse. Quare sic malim legi: ἃ γὰρ ἡμεῖς πέντε καὶ ἑκατὸν μνῶν ἐωνήμεθα καὶ ἀπεδόμεθα, ταῦθ' ὕστερον —. *nam quae centum et quinque minis et emeramus et rursus vendideramus tantidem, ea postmodum tu —.* REISK. Non assentior. Oppositio est inter ἡμεῖς ἐωνήμεθα et ἀπέδου σύ. SCHAEFER.

P. 975. v. 24. πρατῆρα σ' ἔχων] [πρατῆρας ἔχων.] μὴ πρατῆρας ἔχων addita negatione legendum sententia docet: nisi placeat πρατῆρα σὲ ἔχων. WOLF. Vulg. πρατῆρας ἔχων. Correxi periculo meo (sed Wolfius iam occupavit) πρατῆρά σ' [id est σε] ἔχων. Sententia haec est: Maximi vendidisti officinam nobis auctoribus et sponsoribus venditionis. Quam officinam si tu ipse vendidisses auctorem et sponsorem praeter te habens neminem, ne teruncio quidem eam extudisses. Tua enim nulla est auctoritas neque fides. REISK. πρατῆρά σ' Reisk. et Bekker. Sed σ' h. l. non est encliticum: praestatque plene scribi σὲ. Rursus quod sequitur σοὶ scribendum σοι: nam patitur inclinationem accentus. SCHAEFER.

P. 975. v. 26. καὶ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 975. v. 28. Ἔχων — τιμὴν] Verba haec mihi obscura esse fateor. REISK. Ad ἣν ἐπείσθη subaudi ὑπὸ τῶν ὠνουμένων ἔχειν. *Iam cum acceperit officinae pretium, quod inter ipsum emtoresque convenerat.* Sensus: Cum officinam tam bene vendiderit, idque me auctore et sponsore. SCHAEFER.

P. 976. v. 1. δέ μου] δ' ἐμοῦ Bekker. Nostrum mihi quidem non displicet. SCHAEFER.

P. 976. v. 1. αὐτὸς δυοῖν ταλάντοιν προσδικάζεται] Tanti Pantaenetum aestimasse mulctam ex iis, quae sequuntur, apparet. WOLF.

P. 976. v. 6. Ἐνταυθοῖ] Sic etiam Bavaricus, sed cum ι super ο, h. e. ἐνταυθὶ. REISK. Ἐνταυθὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 976. v. 6. ἅμα] Bekkerus: „ἄλλα S.“ Satis placet. ἕτερ' ἄττα πολλὰ καὶ μεγάλα p. 1031, 23. S. SCHAEFER.

P. 976. v. 7. βιαίων] Valde suspectum. Possit quidem quodammodo excusari et defendi sic interpretando: καὶ τὰ βιαίων ἀδικήματα. ut vocabulum ἀδικήματα e proximo huc quoque referatur. *incusat me iniuriarum, quae solent ab hominibus audacibus, violentis, latronibus, sicariis peragi.* Sed ea ratio mihi coacta et a graecitate abhorrens videtur. Quare malim βίαν. Versu autem 11. βιαίων bene habet. REISK. Vulgatam recte tuetur Hemsterhusius Append. Animadverss. in Lucian. p. 20. Eadem locutionis inflexio recurrit v. 10. S. SCHAEFER.

P. 976. v. 10. ὑπὲρ τιμημάτων τῶν αὐτῶν] Subaudi ἀγωνίζονται. *reos horum omnium criminum non eaedem manent poenae, neque certant rei super eo, ut easdem a se poenas depellant.* REISK. Quid nos cogit subaudire ἀγωνίζονται, cum haec omnia pendeant ab antecedentibus τούτων — αἱ δίκαι? Ceterum non mirer, si Bremius h. l. praeferat περὶ τ. τ. α.: nisi forte contigit mihi ut viro egregio probarem quae scripsi ad p. 10, 17. SCHAEFER.

P. 976. v. 11. τὰ περὶ τῶν βιαίων] Vulg. τὰ τῶν βιαίων. τὰ περὶ τῶν βιαίων August. primus. Praepositionem addidi. Ad τὰ subauditur ἐγκλήματα, ad τῶν βιαίων autem ἀδικημάτων. ἀδικήματα βίαια appellabantur eae iniuriae, quae alicui cum aperta vi et oppressione imponerentur. REISK. περὶ omisit Bekker. Quod recte factum puto. τὰ τῶν βιαίων, *quae spectant ad* τὰ βίαια. Nihil autem subaudiendum: nam Reiskius hîc etiam obtinens antiquum morem frustra iactat ellipses. SCHAEFER.

P. 976. v. 11. πρὸς τοὺς Τετταράκοντα] Huius magistratus nomen alibi me legisse non recordor. WOLF. Scilicet δικαστὰς εἰσάγονται. Citat hunc locum Harpocration v. Κατὰ δήμους. Conf. Valesius ad Harpocrat. p. 104. REISK. Rursus fallitur subaudiens εἰσάγονται. V. not. ad v. 10. — V. Photius c. 427. et Anecd. Bekk. p. 306, 15. 310, 21. SCHAEFER.

P. 976. v. 12. δ'] Abest ab August. primo et Bavarico. REISK.

P. 976. v. 13. τὰς παραγραφὰς ἀντιλαγχάνειν] παραγράφεσθαι μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην. WOLF.

P. 976. v. 15. περὶ ὧν — εἰσαγωγεῖς] Qualia nunc sunt illa δεινά, quae Pantaenetus inepte adglutinavit liti huic mere metallicae. SCHAEFER.

P. 976. v. 15. τοῦτον] τουτονὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 976. v. 18. Τοῦτο] *Hoc excusavi, quod haec lex praecipit.* Malim tamen τοῦτον, ut ad νόμον referatur. *Obtendi hanc legem, quae me liberaret necessitate super hoc crimine me de-*

fendendi. REISK. Vulgatam ne tentes. Sensus: παραγεγραμμένου ἐμοῦ μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι ἐκείνων τὴν δίκην, διότι οὐκ εἰσὶν εἰσαγωγεῖς ὑπὲρ αὐτῶν. SCHAEFER.

P. 976. v. 19. ἐξαλήλιπται] ἐξαλήλειπται margo Lutetianae. REISK. V. not. ad p. 791, 12. SCHAEFER.

P. 976. v. 19. ἐξαλήλιπται] ὑπὸ τίνων; τῶν θεσμοθετῶν; ἢ τοῦ ἄρχοντος; Sequitur enim δυνήσεται. WOLF. Non a thesmothetis. Thesmothetae enim οὐκ εἰσὶν εἰσαγωγεῖς ὑπὲρ ὧν λαγχάνει Παντταίνετος. SCHAEFER.

P. 976. v. 19. οὐ πρόσεστι τῇ παραγραφῇ] Verteram *abolita sunt et ad praescriptionem non pertinent* ad crimina referens, quasi scriptum esset καὶ οὐ μέτεστι τῇ παραγραφῇ. Sed est, ut opinor, (certi enim nihil habeo.) querela de iniquitate vel praetoris vel sexvirorum, qui exceptionem Nicobuli mutilarint. Nam id accusatori licuisse non existimo. Alioqui pro παραγραφῇ legendum videretur γραφῇ. WOLF. Non est legendum. Vere est querela de iniquitate mutilantis exceptionem, quae cum mutilata sileret de illis δεινοῖς, iusta haec Pantaeneti criminatio videri poterat. SCHAEFER.

P. 976. v. 20. τὸ — ὅπως] Fortasse donando Pantaenetus effecerat, ut Nicobuli exceptio mutilaretur. SCHAEFER.

P. 976. v. 20. [μὲν]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Uncos iure amovit Bekker. *mihi quidem.* SCHAEFER.

P. 976. v. 21. τοῦτον] αὐτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 976. v. 22. γινώσκειν] γιγνώσκειν Bekker. SCHAEFER.

P. 976. v. 22. γινώσκειν καὶ συνιέναι] [γινώσκειν συνιέναι.] γινώσκειν καὶ συνιέναι, addita coniunctione. τὴν γνῶσιν καὶ σύνεσιν τὴν ὑμετέραν τῶν δικαίων. WOLF. Vulg. γινώσκειν συνιέναι. γ. καὶ συνιέναι August. primus et Bavaricus, item index Lambini ex annotatt. Wolfii, qui sic coniecit. Copulam addidi. REISK.

P. 976. v. 22. δυνήσεται] Scilicet τοῦτο, hoc, quod articulus hic ab accusationis *) libello abest, vobis non poterit eripere facultatem cognoscendi et intelligendi ius et aequum. Aut: Pantaenetus non poterit vobis eripere. REISK. Immo ὁ ἐξαλείψας, quicunque tandem fuit. Videtur nomini hominis parcendum fuisse. SCHAEFER.

P. 976. v. 23. λάβε] Λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 976. v. 23. μοι] Abest a Bavarico. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 976. v. 25. χάριτός τε — τοῦ συκοφαντεῖσθαι] *magisque*

*) Immo *exceptionis.* SCHAEFER.

gratiâ me quam calumniâ dignum esse. ὧν perinde ut οὖσαν referendum ad δείξειν. V. Porsonus ad Euripid. Orest. 792. Casuum autem diversitas, quam graeca poscit syntaxis, ne tironem quidem fallet. SCHAEFER.

P. 976. v. 26. μᾶλλον] μάλιστα Bavaricus. REISK.

P. 976. v. 28. διείρηκεν] διείρηκεν est etiam in texto Bavarici, sed, ut videtur, e correctione primae eiusdem manus: nam antea videtur illa exarasse διήρηκεν. Quo pertinet adscriptum scholium: διήρηκεν ἐστὶν ἦτα [videtur ἐνταῦθα aut ἤγουν significare] ἀντὶ τοῦ διεχώρισεν. REISK. Scholium perperam intellexit. Dicitur in secunda verbi syllaba esse η, non ει. Non infrequens autem horum verborum confusio. V. not. ad p. 666, 13. 981, 13. Ut caute legi oporteat quae H. Stephanus e Budaeo dedit Thes. c. 3623. in. SCHAEFER.

P. 976. v. 29. ἐξείλλη] Hinc τὴν ἐξούλην deducit Libanius. WOLF. V. p. 863, 20. ss. SCHAEFER.

P. 976. v. 29. ἐκ τῆς ἐργασίας] Vulg. τῆς ἐργασίας. ἐκ τῆς ἐργασίας August. primus. Praepositionem addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 977. v. 2. ἀπεστέρει] ἀποστερεῖ Bavaricus. REISK.

P. 977. v. 3. καὶ πρατὴρ — ἐγενόμην] Verba sic iacent in August. primo: καὶ πρατὴρ τούτου δεηθέντος ἐγενόμην ὑπὲρ τούτου. A Bavarico abest ὑπὲρ, item ab Aldina et Paulina, verumtamen annotatum est in utriusque indice. REISK. Praepositionem delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 977. v. 5. ἄλλο τι ἀδικῇ τις] [ἄλλως τις.] Adverbialiter per ω. vel ἄλλο τις. WOLF. Vulg. ἄλλος τις ἀδικῇ τι. ἄλλο τι ἀδικῇ τις August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 977. v. 7. ὑφάψῃ] τυφῇ August. primus. Forte voluit τύψῃ *) dare. Aut in aliis libris fuit ὑποτύφῃ. Quae lectio vulgatae praestare videtur. *Si quis suffumiget*, h. e. si quis in cuniculis fumum excitet, qui vicinos operantes expellat aut suffocet. Quod ipsum debet etiam vulgata significare. REISK. τύφῃ Bekker. Formam τυφεῖν habent etiam Anecd. Bekk. p. 308, 6. Fortasse ambo iungenda: ὑφάψῃ ἢ τύφῃ. *Si quis substructiones ligneas succendat aut fumum in cuniculis excitet.* Mireris enim fumum commemorari, taceri ignem aliquanto perniciosiorem. SCHAEFER.

P. 977. v. 8. τῶν μέτρων ἐντὸς] τῶν μέτρων ἐκτός. Nam ἐντὸς τῶν μέτρων utique licet. WOLF. Vulgatam ne mutes. Plena oratio: τῶν μέτρων τοῦ πλησίον ἐντός. Omnia haec ad vicinum metallurgum referuntur. SCHAEFER.

---

*) Error, credo, calami aut typothetieus pro τύφῃ. SCHAEFER.

P. 977. v. 8. ἐντὸς,] ἐντός. Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 977. v. 10. πλὴν εἰ μὴ] Vulg. πλὴν εἰ. πλὴν εἰ μὴ Bavaricus. Particulam μὴ addidi. H. e. *solo excepto hoc, sub hac sola conditione et restrictione, si tu non putas.* REISK. μὴ delevit Bekker. Recte: μὴ enim non magis ferendum quam quod Reiskius in latinis addidit *non.* Vernacule: *du müsstest denn gar glauben, dass wer sein Darlehn von dir zurücknimmt dich mit Waffen angreift.* V. p. 33, 15. et not. ad p. 997, 17. Conf. Hoogeveenus de Particc. L. Gr. T. II. p. 1071. s. et Lobeckius ad Phrynich. p. 459. SCHAEFER.

P. 977. v. 10. προεῖντό] προΐεντό August. primus. REISK.

P. 977. v. 12. προϊεμένους] προειμένους Bavaricus. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 977. v. 12. προϊεμένους σοι] Vulg. προϊεμένους. Addit August. primus σοι. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 977. v. 13. ὅστις ἂν] Vulg. ὅστις. Addunt ἂν August. primus et Bavaricus. Addidi. REISK.

P. 977. v. 13. παρὰ] Vulg. περὶ. παρὰ August. primus, Bavaricus, margo Lutetianae e Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 977. v. 17. τις] Abest a Bavarico. REISK. Recte delevit Bekker. Subaudiendum enim ὁ πριάμενος. SCHAEFER.

P. 977. v. 18. ἂν προεισφορὰν μὴ κομίζηται] cum divites tributum pro pauperibus pependerunt nec pecuniam pro illis numeratam recuperare potuerunt. Vide Ulpianum in orationem περὶ συμμοριῶν. WOLF.

P. 977. v. 20. κομίζηται] Vulg. νομίζηται. κομίζηται margo Lutetianae e Paulina, Weimaranus e suorum secundo, Bavaricus. κομίσηται August. primus. Correxi κομίζηται. REISK.

P. 977. v. 20. ἂν ὅλως ἄλλο τι;] ὅλως abest ab August. primo. Subaudi ἀδικηθῇ, ἐν ταῖς μεταλλικαῖς δίκαις δικάσεται; *si quam aliam iniuriam accipiat, num ideo iure metallico experietur?* REISK. Simpliciter subaudiendum ᾖ. V. not. ad Gregor. Corinth. p. 152. s. SCHAEFER.

P. 977. v. 22. τοῖς ἕτερον — τῶν πλησίον]] συντρεῖν ἕτερον, *perfodere* aut *perforare alterum.* εἰς τὰ τῶν πλησίον, *in ea, quae vicinorum sunt.* Videtur aliquid mendi esse in verbis: et τὸ ἕτερον fortassis abundat. Sed sententia non est obscura. WOLF. συνεισφρήσασιν margo Lutetianae. Pro τὰ est τὸ in August. primo. Verba εἰς τὰ τῶν πλησίον videntur scholium esse vocabuli ἕτερον. Itaque uncis inclusi. Dictio metallica ἕτερον συντιτραίνειν significat τὸ ἑαυτοῦ ἔργον vel μέταλλον συντιτραίνειν [id est δι' ὀπῆς μεμηχανημένης προάγειν] εἰς τὰ τοῦ πλησίον ἔργα vel μέταλλα, *cuniculos suos facto foramine perducere in cuniculos alienos.* REISK. Uncos removit Bekker. Sed vide ne de scholio assentien-

dum sit Critico Lipsiensi. Scilicet scribendum esse suspicor καὶ τοῖς εἰς ἕτερον συντρήσασι, prorsus deletis quatuor quae sequuntur verbis. V. Wesselingius ad Diodor. Sic. III. 43. T. II. p. 526. ed. Bip. SCHAEFER.

P. 977. v. 23. τῶν — ποιοῦσι] S. τῶν ἀπηγορευμένων ὑπὸ τοῦ νόμου. WOLF. τι abest a Paulina, unde repetiit margo Lutetianae. Videtur post τι vocabulum ἀπηγορευμένων desiderari. Per v. νόμῳ designatur lex metallica seu ius metallicum. REISK. Non excidit ἀπηγορευμένων. τὰ ἐν τῷ νόμῳ, *quae in lege insunt, commemorantur*, τὸ ὑφάπτειν κ. τ. λ. SCHAEFER.

P. 977. v. 25. τῷ — δανείσαντι Πανταινέτῳ] H. e. τῷ ὃς ἐδάνεισε Πανταινέτῳ. SCHAEFER.

P. 977. v. 25. ταῦτ'] τὰ δεδανεισμένα. SCHAEFER.

P. 977. v. 26. παρὰ] Vulg. περὶ. παρὰ August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 977. v. 26. οὐκ εἶναι — οὐδ' ἐγγύς] προσφθεγκτέον οὐκ εἶναι δίκην μεταλλικὴν τῷ δανείσαντι Πανταινέτῳ, οὐδ' ἐγγύς: ἀντὶ τοῦ Πανταινέτῳ κατ' οὐδένα τρόπον δίκην εἶναι κατὰ τοῦ δανείσαντος. WOLF.

P. 977. v. 26. εἶναι] In εἶναι subauditur οἶμαι e v. 21. *existimo, ad eum, qui Pantaeneto pecuniam credidisset eamque ab illo lente, per minutas particulas et vix tandem recuperasset, vocabulo iuris metallici ne minimum quidem utendum esse.* REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 977. v. 27. προσφθεγκτέον] προσφευκτέον Bavaricus. Fuit hoc idem in August. primo quoque a prima manu, sed recentior viridi liquore, qui parum ab atro differret, προσφθεκτέον correxit, denique postremus nescio quis γ adscripsit, ut iam sit ibi vulgata. REISK. προσφευκτέον Bekker. Vere. *ei autem, qui pecuniam credidit Pantaeneto creditamque vix tandem recepit, non esse hoc etiam oneris iniungendum, ut in crimen metallicum vocetur.* SCHAEFER.

P. 978. v. 1. λέγειν] Collocatum dat Bavaricus post ἔχων p. 977, 29. REISK.

P. 978. v. 2. δικαζόμενος] Post δικαζόμενος videtur ἐκ τῶνδε φανήσεται vel simile quid deesse. *Constabit ex iis, quae iam dicam, non modo nil aequum et legitimum super criminibus, quorum me incusat, habere Pantaenetum quod proferat, sed etiam super iis, quae ipse mihi remisit, ius poscere.* REISK. Hoc vero non nunc demum constabit, sed satis superque constitit ex iis quae adhuc dicta sunt. Itaque nihil deest, sed iungenda sunt, ut omnes iungunt libri, οὐδὲν τοίνυν — πρᾶγμα ποιεῖ πάνδεινον. SCHAEFER.

P. 978. v. 3. μηνὸς] Bekkerus: „μηνὸς ante ὦ ponit S." Placet. SCHAEFER.

P. 978. v. 3. ἔμελλον] ἤμελλον Dindorf. SCHAEFER.

P. 978. v. 5. τῶν δικαστηρίων ἐπικεκληρωμένων] κληρωτὰ γὰρ τὰ δικαστήρια. Isocrates Areopagitico: πρὸ τῶν δικαστηρίων κληρουμένους, εἴθ' ἕξουσι τροφὴν, εἴτε καὶ μή. Sunt etiam certis in causis, apud Romanos quidem, ex ordinariis iudicibus aliqui a reis delecti et ab alterutris nonnulli reiecti, ut in Milonianae interpretatione docet Asconius. Si ἐπικεκυρωμένων, significat, sortitione peracta, iam cum auctoritate fuisse iudices. WOLF. Vulg. ἐπικεκυρωμένων. Sic etiam in Bavarico, sed cum λη super υ, ut sit ἐπικεκληρωμένων, quae lectio est etiam in August. primo et in indicibus Aldinae atque Paulinae, unde repetiit margo Lutetianae. Wolfius in annotatt. utramque lectionem exponit. Correxi ἐπικεκληρωμένων. *cum iam iudices tribunali cuique sui sortito essent ducti.* REISK.

P. 978. v. 6. τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ — τῶν συνεστηκότων] [τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ τὸ ἐργαστήριον συνεστηκότων.] Mendosus locus. F. τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ἐκ τῶν ἐργαστηρίων συνεστηκότας. etsi malim: τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συνεστηκότας. *gregalibus suis adductis.* Verti, ut potui: *adductisque secum iis, qui una cum ipso officinam constituerant.* Sed rectius fortassis intelliguntur τὰ ἐργαστήρια τῶν συκοφαντῶν, de quibus agitur in exceptione adversus Zenothemidem. WOLF. Verum hoc. Invidiose dicitur ἐργαστήριον factio Pantaeneti. V. Ind. Graecitat. p. 249. SCHAEFER.

P. 978. v. 6. ἑαυτοῦ — συνεστηκότων] ἑαυτοῦ, — συνεστηκότων, Reisk. Quam interpunctionem tenuit Bekker. Recte. τὸ ἐργαστήριον τῶν συνεστηκότων est appositio. SCHAEFER.

P. 978. v. 6. τῶν συνεστηκότων] Vulg. συνεστηκότων. τῶν συνεστώτων August. primus. Articulum addidi. REISK. τῶν συνεστώτων Bekker. SCHAEFER.

P. 978. v. 7. ἀναγινώσκει] ἀναγιγνώσκει Bekker. SCHAEFER.

P. 978. v. 10. ταῦτ'] Subaudi ἃ αὐτός φησι. REISK.

P. 978. v. 10. τὴν δίκην — αὐτῷ] ne quid de petita mulcta detrahatur. Pollux lib. 8. ἀτίμητος δίκη, ἣν οὐκ ἔστιν ὑποτιμήσασθαι, ἀλλ' ἢ τοσούτου τετίμηται, ὅσον ἐπιγέγραπται. Suidas: ἀτίμητος ἀγὼν, ἐφ' ᾧ τίμημα ὡρισμένον ἐκ τῶν νόμων οὐ κεῖται, ἀλλ' οἱ δικάζοντες ἐτιμῶντο, τί δεῖ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὁ δὲ τιμητὸς, ᾧ πρόσεστιν ἀπὸ τῶν νόμων ὡρισμένον τίμημα. Huic contrarium habet Varini Lexicon: ὁ μὲν τιμητὸς ἀγὼν, ἐφ' ᾧ τίμημα ὡρισμένως ἐκ τῶν νόμων οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τοὺς δικαστὰς ἔδει τιμᾶσθαι, ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὁ δὲ ἀτίμητος τοὐναντίον, ᾧ πρόσεστιν ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένως τίμημα, ὡς οὐδὲν δεῖν τοὺς δικαστὰς τιμῆσαι. Ac Pollux cum Varino consentit, ut videatur Suidae locus depravatus. ζημία autem ἀτίμητος, quam hic petit Pantaenetus, non erat legibus, sed ab ipso accusatore definita duorum talentûm. Itaque pro *definita legibus* malim *eam*, *quam*

postulasset aut in actione perscripsisset. WOLF. Vulg. αὐτό. αὐτῷ August. primus, Bavaricus, Aldina. Et sic correxi. *si e servi tormentis subiecti responsione constiterit vera esse, quae ipse* (Pantaenetus) *aiat, tum me debere ipsi mulctam a legibus constitutam, quam lenire iudicibus non liceat.* REISK. V. de hoc loco Meierus de Lite Att. p. 188. — De dissensu Grammaticorum voces ἀτίμητος et τιμητός interpretantium v. etiam not. ad p. 543, 17. SCHAEFER.

P. 978. v. 10. ὄφλειν] ὀφλεῖν Dindorf. SCHAEFER.

P. 978. v. 11. αὐτῷ] αὑτῷ Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 978. v. 12. τῆς τιμῆς εἶναι] εἶναι τῆς τιμῆς Bekker. SCHAEFER.

P. 978. v. 13. σημηναμένου] σημηναμένου Bekker. SCHAEFER.

P. 978. v. 15. ποῦ γάρ ἐστι δίκαιον —] V. Porsonus ad Euripid. Orest. 792. et Dobreeus Auctar. ad Porsoni Miscellan. p. 385. SCHAEFER.

P. 978. v. 15. ἐν οἰκέτου σώματι καὶ ψυχῇ κ. τ. λ.] *per mancipii corpus et vitam stare, ut aut —.* SCHAEFER.

P. 978. v. 15. ψυχῇ ἢ δύο ὠφληκέναι] ψυχὴν ὠφληκέναι δύο Bavaricus. REISK.

P. 978. v. 17. συνεχώρουν·)] συνεχώρουν.) Reisk. συνεχώρουν. Bekker. signis parenthesis h. l. abstinens. SCHAEFER.

P. 978. v. 18. καὶ μετὰ ταῦτα — τὰς παρακαταβολάς] Citat hunc locum Harpocration v. *Παρακαταβολή.* REISK. Item Photius c. 281. SCHAEFER.

P. 978. v. 18. καὶ] καὶ more ad hebraeam locutionem accedente hic redundat. Nam illa omnia, οὐχ ὡς δίκαιον ὂν v. 13. ad συνεχώρουν v. 17. per parenthesin interiecta sunt. Pari modo verba διὰ γὰρ τὸν θόρυβον v. 23. ad ἐποιησάμην τοιοῦτον v. 28. signis parentheseos sunt includenda. REISK. Copulam addidit Orator non recordatus ob parenthesin longiorem, periodum hanc ita se exorsum esse, ut sine copula sequi deberet μετὰ ταῦτα —. Quod autem hîc aliisque similibus locis casu factum est indigetque excusationis, id citerior Graecitas, simia illa classicae, consulto ut miram orationis elegantiam affectavit. SCHAEFER.

P. 978. v. 18. προσκαλεῖται — τὰς παρακαταβολάς] [προκαλεῖταί με τὴν δίκην πάλιν, ἐπειδὴ θᾶττον ἀνείλετο τὰς παρακαταβολάς.] Nam si quaestiones processissent, iudicio nihil fuisset opus. Sed mirum licuisse pecuniam semel depositam tollere. WOLF. Scilicet toto in negotio Pantaenetus ex libidine utque sycophantam agnosceres egit. Itaque res supra v. 7. dicitur πρᾶγμα πάνδεινον. SCHAEFER.

P. 978. v. 18. προσκαλεῖται μέν με] Vulg. προκαλεῖταί με.

προσκαλεῖται μέν με August. primus. Etiam in Bavarico est προσκαλεῖται: item in Harpocratione. Correxi προσκαλεῖται μέν με. Sed ne sic quidem persanatus est locus. Addi adhuc debet πρὸς, ut sit προσκαλεῖται μέν με πρὸς τὴν δίκην. *advocat quidem me ad iudicium.* Huic μὲν respondet δὲ v. 21. REISK. προσκαλεῖται μέν με Photius. Addi autem πρὸς non est necessé: recte enim dicitur προσκαλοῦμαί σε δίκην. Conf. p. 1333, 2. Pariterque προκαλεῖσθαι duobus accusativis iungitur v. 26. SCHAEFER.

P. 978. v. 18. ἐπειδὴ θᾶττον] *simulac.* Similia congessi in H. Stephani Thes. c. 9081. B. SCHAEFER.

P. 978. v. 21. δικαίοις ἐμμένων] ἐμμένων δικαίοις Bekker. SCHAEFER.

P. 978. v. 21. ἐμμένων·] ἐμμένων. Reisk. Eodemque modo post δικαίοις interpunxit Bekker. SCHAEFER.

P. 978. v. 23. δόξαι] Scilicet nobis, mihi puta et ipsi Pantaeneto et inprimis magistro quaesitionis, Mnesicli. REISK.

P. 978. v. 23. διὰ γὰρ τὸν θόρυβον — ἐποιησάμην τοιοῦτον.] V. Schoemannus de Lite Att. p. 680. S. SCHAEFER.

P. 978. v. 25. τὸν] τὸν secundum abest a Bavarico. REISK.

P. 978. v. 25. καλεῖσθαι τὴν δίκην] καλουμένης τῆς γραφῆς p. 1336, 9. SCHAEFER.

P. 978. v. 26. ἦν] Huius loco malim μὲν. REISK. μὲν quid hîc valeat ignoro. Ipse Reiskius, repudiatâ hac coniecturâ, alio tempore haec annotavit: „Sic legendum arbitror: οὐδὲν τοιοῦτον ἦν. et statim post v. 27. οὐδὲ οὔτ' ἀντίγραφον. *tale quicquam nihil tum fiebat, quae ex ritu iuris in eiusmodi tempore soliti fieri fas est, non audiebantur illae solennes formulae:* Προκαλοῦμαί σε etc. Etiam pro ἐποιησάμην malim ἐποιήσαμεν." Ne audias. Hoc dicitur: *Propter tumultum* (v. 6.) *quodque causae agendae propinquitas* (v. 3.) *festinare nos cogeret, satis habendum fuerat negotium* τῆς προκλήσεως *ritu solenni absolvisse.* Qui ritus qualis fuerit docent formulae Προκαλοῦμαί σε etc. SCHAEFER.

P. 978. v. 26. Φέρε] Bekkerus: „φέρε δὴ S." Placet. SCHAEFER.

P. 978. v. 26. τὸν δακτύλιον] ad obsignandum (v. 13.). SCHAEFER.

P. 978. v. 27. οὐδὲν — τοιοῦτον] Hoc ait Nicobulus: prae tumultu, qui tum erat, et festinatione sese nec τῆς προκλήσεως exemplum nec aliud tale instrumentum conficere potuisse. SEAGER. *Diar. Classic.* LIX. p. 109. Quo facilior fuit fraus Pantaeneti πάνδεινος, de qua statim Nicobulus. SCHAEFER.

P. 978. v. 28. δὴ] δὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 979. v. 1. ὥσπερ λέγω] Scilicet v. 26. dixerat. REISK. Immo refer ad v. 22. S. SCHAEFER.

P. 979. v 3. ἐνέλιπεν] Bekkerus: „ἐνέλειπεν S.“ Placet. SCHAEFER.

P. 979. v. 5. ἡλίκον ἐστὶ — τὸν βίον] [ἡλίκον ἐστὶ πλεονέκτημα καταπεπλῆχθαι τὸν βίον.] *quanta esset iniuria vitam abiectam agere.* F. μὴ καταπεπλῆχθαι. Et hoc sequor, dum melius aliquid invenero. WOLF. Vulg. ἡλίκον ἐστὶ πλεονέκτημα καταπεπλῆχθαι τὸν βίον. τὸ καταπεπλῆχθαι August. primus. Addidi τό. Sed satis hoc non est. Debet adhuc, id quod etiam Wolfius sensit, οὐ aut μὴ addi, ut sit τὸ μὴ καταπεπλῆχθαι. *quanta sit praerogativa* aut *quantum praestet, quam expediat non perculsum te esse,* hoc est, non exercere quaestum pudendum, infamem et invidiosum, (foeneratores enim, cuiusmodi videtur hic Nicobulus fuisse, genus erant Athenis contentum, exosum, exsecrabile,) non prodere in moribus timiditatam et pudorem intempestivum, notam conscientiae interioris de vitio aliquo aut macula sibi adhaerescente, quemadmodum homines obscuro loco nati aut humilem quandam artem exercentes aut alicuius dedecoris sibi conscii solent esse animi deiecti, pudibundi, meticulosi. Deinde malim διὰ τὸν βίον. *propter vitae quod sequaris genus.* Et sic dedi de meo. REISK. ἡλίκον ἐστὶ πλεονέκτημα τὸ καταπεπλῆχθαι τὸν βίον Bekker. Quae sic, opinor, vertenda: *quantum sit lucrum sycophantae ita vivere, ut alii metu eius percellantur.* Ut sarcastica sit notatio morum calumniatoris. SCHAEFER.

P. 979. v. 6. ἐγὼ γὰρ — καταφρονούμενος] Aut ἐγὼ γὰρ αὐτὸς — καταφρονούμενος, aut ἐγὼ γὰρ ἐμαυτὸν — καταφρονούμενον. WOLF. In Bavarico est μεταφρονούμενος, quod est nihili. In August. primo est ἐμαυτῷ. REISK. ἐμαυτῷ placet. SCHAEFER.

P. 979. v. 7. πέφυκα] πέφυκε Bavaricus. REISK.

P. 979. v. 8. ταῦτ'] Vulg. ταῦθ'. ταῦτ' August. primus, Bavaricus, Aldina. REISK.

P. 979. v. 8. παρ' ἃ ἡγούμην] παρηγούμην August. primus. REISK.

P. 979. v. 8. παρ' ἃ ἡγούμην δίκαια] τὸ παρ' videtur abundare et legendum ἃ ἡγούμην δίκαια. Nam παρὰ τὰ δίκαια ἀντιπροκαλεῖσθαι ὁμολογεῖν absurdum esset, si fateretur, se iniqui aliquid postulasse. WOLF. Non assentior. Hoc dicitur: Si nollem acquiescere τῇ προκλήσει, etsi ementitâ, cogebar ἀντιπροκαλεῖσθαι: hoc vero in animum inducere non poteram, quippe βουλόμενος πολλῷ τῷ δικαίῳ περιεῖναι (p. 978, 17.). SCHAEFER.

P. 979. v. 10. ἀντιπροκαλεῖσθαι] ἀντιπροκαλέσασθαι August. primus. ἀντιπροσκαλεῖσθαι Bavaricus. REISK.

P. 979. v. 10. παρεδίδουν] Imo vero οὐ παρεδίδουν. REISK. Ipsum quod antecedit καὶ Reiskium monere poterat negativae hic locum non esse. Sensus: *non modo ementitae illi* τῆς προκλήσεως *formulae non obloquebar neque opponebam* ἀντιπρόκλησιν, *sed*

ultro servum ad quaestionem (ipsi Pantaeneto) *offerebam.* SCHAEFER.

P. 979. v. 11. λέγε τὴν πρόκλησιν. ΠΡΟΚΛΗΣΙΣ.] Malim: λέγε τὴν ἀντιπρόκλησιν. ΑΝΤΙΠΡΟΚΛΗΣΙΣ. *Quo constet, me coactum ab iis, quae iuri contraria putabam esse, provocationi Pantaeneti aliam provocationem meam opponere et servum meum me recusasse tormentis tradere, eaque me omnia vera affirmare, recita tu, scriba, contraprovocationem seu contrasponsionem. CONTRASPONSIO.* Nicobulus videns, Pantaenetum sese ingerere et obtrudere quaesitioni servi per tormenta, contra quam pactum antea fuisset, ut nempe Mnesicles quaesitioni praeesset, manum puero iniiciebat eumque a tormentis vindicabat. REISK. Vulgata non mutanda. Vides autem ut vir optimus semel implicitus errore errare perrexerit. SCHAEFER.

P. 979. v. 13. Φυγὼν — φυγὼν] Pro utroque φυγὼν est in August. primo φεύγων. REISK. φυγὼν i. q. οὐ δεξάμενος. V. p. 974, 26. Nicobulus παρεδίδου τὸν οἰκέτην, Pantaenetus οὐκ ἐδέξατο. SCHAEFER.

P. 979. v. 13. ταῦτα] conditiones, quas ego in mea contrasponsione obtulissem. REISK. Immo conditiones a Pantaeneto in falsa illa formula oblatas. SCHAEFER.

P. 979. v. 13. ἃ — προὐκαλέσατο] V. p. 978, 7. ss. SCHAEFER.

P. 979. v. 14. προὐκαλέσατο] παρεκαλέσατο Bavaricus. REISK.

P. 979. v. 15. φησὶ καὶ τὰ δεινὰ πεπονθέναι] Aut delendum est καὶ aut, eo servato, necesse est post φησὶ aliquid deesse, e. c. προπεπηλακίσθαι. REISK. καὶ malim deletum. SCHAEFER.

P. 979. v. 16. οὗτός ἐστιν —] Antigenes (hunc enim Nicobulus ostendit iudicibus) senex videtur debilis fuisse, ne imbelli quidem ille metuendus, nedum Pantaeneto eiusque satellitibus. SCHAEFER.

P. 979. v. 18. ἐγκαλεῖ] Post h. v. videtur ἐμοὶ τοῦτό γε aut saltim ἐμοί deesse. REISK. Non deest. SCHAEFER.

P. 979. v. 23. νῦν] νυνὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 979. v. 23. τὰς αὐτὰς οὔσας ἀπολογίας] mihi hac in mea causa easdem esse excusationes, quas Euergus tum in sua causa pro se potuit allegare. REISK.

P. 979. v. 23. ὅσπερ] [ὅπερ.] M. ὅσπερ. WOLF. Vulg. ὅπερ. ὅσπερ August. primus (non ὥσπερ, quod Fabricius retulit). Correxi ὅσπερ. REISK.

P. 979. v. 25. τότ'] Abest a texto Bavarici, sed in margine annotatum est ut varians lectio. REISK.

P. 979. v. 26. ἠτιάσατό γ' ἐκεῖνον] ἠτιάσατο τό γ' ἐκεῖνον August. primus. γ' abest a Bavarico. REISK. Encliticam recte omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 979. v. 26. ἐλθόντ'] Vulg. εἰσελθόντ'. ἐλθόντ' simplex dat August. primus. Et hoc dedi. REISK.

P. 979. v. 27. αὐτὸν] αὑτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 980. v. 1. πρὸς τὸ δικαστήριον] Subaudi τουτὶ τὸ μεταλλικὸν, coram quo nunc haec causa agitur. Et sic quoque p. 980, 7. ἐν δὲ τῷ δικαστηρίῳ, scilicet τῷ μεταλλικῷ. REISK.

P. 980. v. 2. παρ' ᾧ τῷ μὲν] παρὰ τῷ μὲν Bavaricus, index Aldinae. REISK.

P. 980. v. 5. τήμερον] νῦν Bavaricus. REISK. De solenni formula οὐδέπω καὶ τήμερον v. not. ad p. 691, 2. SCHAEFER.

P. 980. v. 6. ἐξήτασται] V. Ind. Graecitat. p. 217. med. SCHAEFER.

P. 980. v. 7. κατηγόρει] Vulg. κατηγορεῖ. Correxi meo iudicio κατηγόρει in imperfecto. REISK.

P. 980. v. 7. κατηγόρει — δίκην] κατηγορεῖται δυοῖν ταλάντοιν καταδίκην Bavaricus. Sed in margine sic est: γρ. κατηγορεῖ καὶ δυοῖν ταλάντοιν εἶδε δίκην. REISK.

P. 980. v. 8. μὲν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 980. v. 10. προειδότα] Subaudi τὸν Εὔεργον. REISK.

P. 980. v. 11. ἀποφεύγειν] ἀποφυγεῖν Bavaricus. REISK.'

P. 980. v. 11. δίκῃ] Abest a texto Bavarici, sed est in margine ut varians lectio. REISK.

P. 980. v. 12. οὐδ' ἂν ἤλπισεν] Vulg. οὐδὲν ἤλπιζεν. οὐδ' ἂν ἤλπιζεν August. primus. οὐδ' ἂν ἤλπισεν Bavaricus. οὐδέν' ἤλπιζεν αὐτῷ κατήγορον ἔσεσθαι index Lambini. Correxi οὐδ' ἂν ἤλπισεν. Idem est ac si dixisset: χαλεπὸν ἦν παραχρῆμα ἀπολύσασθαι τὴν διαβολὴν περὶ τούτων, ἃ οὐδὲ ἤλπισε κατηγορηθήσεσθαι ἂν αὐτοῦ. *difficile erat statim e vestigio purgare et diluere atque a se depellere calumniam super crimine, cuius se insimulatum iri, aut fore quemquam, qui se eius reum ageret, ne suspicatus quidem fuerat.* REISK. ἂν iunge cum indicativo ἤλπισεν, non, quod Reiskio placuit, cum infinitivo κατηγορηθήσεσθαι. In Xenophont. Anab. VII. 6. 34. recte, ut arbitror, Krügerus nuper dedit: ὃν ἤλπισ' ἄν, εὖ ποιήσας μεθ' ὑμῶν, ἀποστροφὴν — καταθήσεσθαι. Sed nollem vir doctissimus ἂν ad καταθήσεσθαι retulisset. εὖ ποιήσας resolve in εἰ εὖ ἐποίησα. Euripides Supplic. 811. s. Herm.

τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἤλπιζον ἂν πεπονθέναι
πάθος περισσόν, εἰ γάμων ἀπεζύγην.

Longe diversi sunt generis quae dedi ad Sophocl. Philoct. 629. et Ind. ad Odyss. p. 156. SCHAEFER.

P. 980. v. 12. αὐτοῦ] αὑτοῦ Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 980. v. 13. ἀπολύσασθαι] ἀπολύσεσθαι August. primus. REISK.

P. 980. v. 13. παρὰ] περὶ Aldina. REISK. Malim ἡ παρὰ —. τῇ παρ' ὑμῶν ὀργῇ p. 74, 3. SCHAEFER.

P. 980. v. 15. τὴν ψῆφον οὐκ εἶχον] Vulg. τὴν ψῆφον εἶχον. Quod potest ferri, si haec sit sententia: Ira et indignatio iudicum ab huius calumniis deceptorum condemnabat Euergum in ea causa, in qua pronunciandi ius et auctoritas penes eos erat, tametsi peccasset ille, non in illo genere rerum, super quibus pronunciare iussi et constituti essent, sed in alio quopiam genere, super quo cognoscendi nullum ipsis ius esset. Malim tamen omnino τὴν ψῆφον οὐκ εἶχον. Idem est ac si dixisset: οἱ δὲ δικασταὶ κατεψηφίσαντο αὐτοῦ ὀργισθέντες ἐπὶ πράγματι, ἐφ' ᾧ τὴν ψῆφον οὐκ εἶχον. Et sic dedi de meo. Iudices Euergum condemnabant, propterea quod indignarentur et aegerrime ferrent audientes ab Euergo facinus commissum, grave quidem illud et atrox, super quo tamen iudicandi potestate ipsi carerent. REISK. Iure οὐκ delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 980. v. 16. τούτου] Non Εὐέργου, ut Reiskio visum est, sed τοῦ πράγματος. SCHAEFER.

P. 980. v. 16. κατεψηφίσατο] Vulg. κατεψηφίσαντο. κατεψηφίσατο August. primus. Correxi κατεψηφίσατο in singulari e coniectura mea postmodum a Cod. confirmata. Redit hic singularis ad ἡ δ' ὀργὴ v. 13. REISK.

P. 980. v. 20. τοῖς συνεστῶσι — μάρτυσι] Vulg. τοῖς συνεστῶσι μεθ' ἑαυτοῦ μάρτυσι. Post συνεστῶσι addit August. primus τούτοις, sed rursus vocabula μεθ' ἑαυτοῦ omittit. Fabricius vel Wolfius potius mavult utrumque copulari. Mihi contra visum est. Recepi τούτοις, sed μεθ' ἑαυτοῦ uncis inclusi. Potest τούτοις planissima ratione accipi pro *his conspiratis, quos vos, iudices, bene nostis, qui sibi testentur.* Vel etiam ratione paullo complicatiore, ut sit pro οἳ συνεστήκασι vel συνίστανται τούτοις, *testibus, qui assistunt his,* Pantaeneto eiusque similibus. Verum prior ratio magis mihi probatur. REISK. τοῖς συνεστῶσι μεθ'. ἑαυτοῦ μάρτυσι Bekker. SCHAEFER.

P. 980. v. 20. τ'] γ' Bavaricus. REISK.

P. 980. v. 21. τῷ μεγάλῳ τούτῳ] Ridetur proceritas staturae. SCHAEFER.

P. 980. v. 22. τῷ πιθανωτάτῳ] Malo sensu dictum. Thucydides IV. 21. δημαγωγὸς — ὢν καὶ τῷ πλήθει πιθανώτατος. SCHAEFER.

P. 980. v. 23. μηδ' αἰσχυνόμενον] Desunt in texto Bavarici, sed sunt in margine cum γρ. REISK.

P. 980. v. 23. κλαιήσειν] κλαήσειν Dindorf. SCHAEFER.

P. 980. v. 23. καὶ ὀδυρεῖσθαι] ὀδύρεσθαι sine copula August. primus. REISK.

P. 980. v. 25. δεῖς — εἶναι] Vulg. δεῖ σ' ἐλέου τινὸς ἄξιον εἶναι. δεῖς ἐλέου τινὸς ἄξιος εἶναι August. primus. Et idem voluit Bavaricus sic exhibens: τοσοῦτ' οὐδεὶς ἐλέου τινὸς ἄξιος εἶναι. Secutus sum Augustanum. REISK.

P. 980. v. 26. ἁπάντων] Deest Bavarico. REISK. Recte delevit Bekker. In talibus enim formulis solum ἀνθρώπων, quod meminerim, ponitur. V. not. ad p. 819, 7. et quos citavi in H. Stephani Thes. c. 2061. B. Xenophontem de Rep. Laced. X. 3. suspicor scripsisse μάλιστ' ἀνθρώπων. SCHAEFER.

P. 980. v. 27. ὅς γε] ὃς γὰρ August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 980. v. 28. συνευπορήσαντας] συνευπορίσαντας margo Lutetianae, forsitan e coniectura Lambini. Sed damnat Wolfius in Farragine. REISK. V. Lobeckius Parerg. ad Phrynich. p. 595. SCHAEFER.

P. 981. v. 2. αὐτὰ τὰ συμβόλαια] Vulg. αὐτὰ συμβόλαια. αὐτὰ τὰ συμβόλαια August. primus, Bavaricus. Articulum addidi. REISK.

P. 981. v. 2. ἠδικήκεις] Vulg. ἠδίκεις. ἠδικήκεις Bavaricus. Et hoc dedi. REISK. ἠδίκεις mihi non displicet. Sed magis probarem ἠδίκηκας. SCHAEFER.

P. 981. v. 2. προσατιμῶσαι] Recte πρὸς ἀτιμῶσαι Dindorf. V. not. ad p. 650, 25. SCHAEFER.

P. 981. v. 4. ὁ συμβεβληκὼς] Est is Euergus. REISK.

P. 981. v. 6. ταυτηνὶ φεύγω δίκην] δίκην ταύτην φεύγω August. primus. REISK.

P. 981. v. 8. δισχιλίων] Post h. v. addit index Lambini πλέον. REISK.

P. 981. v. 10. τέτταρα] Sic etiam Bavaricus, sed cum ε super α primo. REISK. Bekkerus ad p. 985, 8.: „τέτταρα] τέττερα F. Q. qui sic plerumque.“ SCHAEFER.

P. 981. v. 10. ὡς ἔοικεν] Ironice dictum. SCHAEFER.

P. 981. v. 10. ὑπὸ τοῦ ταῦτα;] Vulg. — τάλαντα ὑπό του. καὶ ταῦτα ὑπὸ —. ὑπὸ τοῦ ταῦτα (sine καὶ) August. primus. καὶ etiam a Bavarico abest, item ab Aldina. ὑπὸ τούτου. ταῦτα est in Bavarico, sed του posterius super versu scriptum a manu nova. Distinctionem correxi et καὶ delevi. *quatuor ais defraudatus esse talenta. A quonam ista?* REISK.

P. 981. v. 11. νὴ τὸν Δία] νὴ Δία August. primus. REISK. Recte. In hypophorico enim elocutionis schemate sedem habet brevior formula νὴ Δία, non item prolixior νὴ τὸν Δία. V. not. ad p. 740, 8. SCHAEFER.

P. 981. v. 12. πολίτης] Post h. v. videtur ὢν deesse. *Ec-*

quis, qui civis sit, sibi patiatur bona sua a servo alieno eripi aut retineri? Tune, Pantaenete, qui civis es Atheniensis, paterere bona tua tibi a servo meo negari aut vi extorqueri? REISK. Quidni suspicatus est etiam post *οἰκέτῃ* deesse *ὄντι*? SCHAEFER.

P. 981. v. 13. *ᾕρηκεν*] Sic, *παρὰ τὸ αἱρέω*, non *τὸ ἐρέω*. WOLF. Vulg. *εἴρηκεν*. *ᾕρηκεν* August. primus, Weimaranus e suorum secundo, margo Lutetianae e Wolfii annotatt., ut videtur. Et sic correxi. *quorum hic* [Pantaenetus] *Euergum, causa ad iudices delata, condemnavit*, ut Latini dicunt h. e. impetravit, ut a iudicibus condemnaretur. REISK.

P. 981. v. 13. *οὗτος*] Vulg. *αὐτὸς*. *οὗτος* August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 981. v. 15. *αὐτὸς αὑτὸν*] [*αὐτὸς αὐτὸν*.] *αὐτὸς αὐτὸν*, s. *τὸν οἰκέτην*. WOLF. Vulg. *αὐτὸς αὐτὸν*. In August. primo erat *αυτος αυτον*, utrumque sine spiritu et accentu: tum dederat antiqua manus *αὗτον* cum spiritu aspero, sed rursus deletum erat rasura, quae tamen vestigia veteris scripturae satis adhuc perspicua reliquisset: tum sequebatur *οὗτος*. Dedi *αὐτὸν* cum spiritu leni. Redit enim, ut *αὐτὸς οὗτος* ad Pantaenetum, sic *αὐτὸν* (*eum*) ad servum Nicobuli. REISK.

P. 981. v. 16. *λέγειν*] quae servus meus deliquerit. REISK.

P. 981. v. 17. *ἐξῄτει*] Vulg. *ἐζήτει*. *ἐξήτει* August. primus. Correxi *ἐξῄτει*, ab *ἐξαιτέω*. REISK. V. Ind. ad Append. Epist. Crit. Bastii p. 61. s. SCHAEFER.

P. 981. v. 18. *λαχόντα*] *λαχόντας* August. primus. REISK.

P. 981. v. 19. *κατηγορεῖ δ᾽ ἐκείνου*] Vulg. *κατηγορεῖ ἐκείνου*. Adversativam addidi. REISK.

P. 981. v. 19. *ταῦτα δ᾽ οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι*] V. Schoemannus de Lite Att. p. 573. SCHAEFER.

P. 981. v. 21. *ὥσπερ*] Vulg. *ὡς*. *ὥσπερ* August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 981. v. 21. *κατηγόρησεν*] Vulg. *κατηγορήσειεν*. *κατηγόρησεν* August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 981. v. 25. *βακτηρίαν φορεῖ*] Utrum id foeneratorum insigne fuit, an habuerunt in eo descripta debitorum nomina aut incisas aeris alieni summas? *τῷ γὰρ ταχέως βαδίζοντι τίς χρεία βακτηρίας*; WOLF. *τὸ φορεῖν βακτηρίαν* pariter ac *τὸ ταχέως βαδίζειν* et *τὸ μέγα φθέγγεσθαι* Athenis tale habitum fuit, quod parum deceret *τὸν μέτριον πολίτην*. *ταχέως βαδίζειν* et *λαλεῖν μέγα* ut res quae facile cadant in offensionem iunguntur p. 1124, 26. s. Conf. p. 982, 18. ss. et v. Casaubonum ad Theophrasti Charact. p. 75. s. ed. Fisch. SCHAEFER.

P. 981. v. 26. *ἐστὶν ἅπαντα*] *ἐστὶ πάντα* Bavaricus. REISK.

P. 981. v. 28. *ὁ*] Articulus abest ab August. primo. REISK.

P. 982. v. 1. μὲν] Post μὲν videtur ὑμᾶς deesse. *non videmini mihi, iudices, foenerantium quemquam laedere, quosdam eorum tamen merito suo odisse.* REISK. Immo hoc dicitur: *Ego vero iniuste quidem facere* (h. e. facere quod leges vetent) *nullum foeneratorum arbitror.* SCHAEFER.

P. 982. v. 2. εἰκότως ἂν] ἂν εἰκότως Bekker. SCHAEFER.

P. 982. v. 3. μήτ' ἄλλον — τοῦ πλείονος] Id est μηδενὸς ἄλλου ἐπιτηδευταὶ καὶ δοῦλοι ἢ τοῦ πλείονος. Noli Lambinum hic audire. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 982. v. 3. εἰσιν] μετέχουσιν index Lambini, forsitan ex eius coniectura. REISK.

P. 982. v. 3. ἀλλ' ἢ] V. not. ad p. 181, 13. SCHAEFER.

P. 982. v. 3. τοῦ πλείονος] τοῦ πλέον ἔχειν, τοῦ κέρδους. SCHAEFER.

P. 982. v. 5. γὰρ καὶ] Vulg. γάρ. Addit August. primus καί. Copulam addidi. REISK. διὰ γὰρ τὸ καὶ δεδ. Bekker. SCHAEFER.

P. 982. v. 6. ἐγὼ αὐτὸς] Vulg. ἐγώ. Addit August. primus αὐτός. Addidi. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 982. v. 8. μὲν,] Dele hypostigmen: nam iungenda εἴργασται πλέων καὶ κινδυνεύων. SCHAEFER.

P. 982. v. 10. μικρῶν] μικρὸν August. primus. REISK.

P. 982. v. 10. ἐδάνεισε] ἐδάνεισα Bavaricus. REISK.

P. 982. v. 10. καὶ χαρίσασθαι — τὸ ἀργύριον] Duas allegat causas, cur nummulos duro labore collectos foenore exerceret: unam, ut rogantibus gratificaretur; alteram, ne pecuniola aegre collecta nullo cum fructu et sine sensu sibi per minutas expensas dilaberetur et veluti nix tabescens deliquesceret nummatim eam carpenti et in rem domesticam, in frivola et nugas impendenti. REISK. *in frivola et nugas* poterant omitti. SCHAEFER.

P. 982. v. 11. αὐτὸν] αὑτὸν Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 982. v. 11. τί τίς] τί abest ab August. primo. REISK. τί τις Bekker. Malim cum Augustano τίς. SCHAEFER.

P. 982. v. 12. ἂν σοὶ] ἄν σοι Reisk. et Bekker. Sed pronomen hîc ὀρθοτονητέον. SCHAEFER.

P. 982. v. 14. ἄνθρωπος] Vulg. ἀνθρώπους. Correxi meo periculo ἄνθρωπος. REISK.

P. 982. v. 17. Πανταίνετε] Πανταίνετ' Dindorf. SCHAEFER.

P. 982. v. 18. γε τοῦ ἐμοῦ] Bekkerus: „τοῦ ἐμοῦ γε S." Hoc ordine Dindorf. V. not. ad p. 685, 5. SCHAEFER.

P. 982. v. 18. ἢ] F. καί. SCHAEFER.

P. 982. v. 19. πάντ' ἐρῶ τἀληθῆ] τἀληθῆ πάντ' ἐρῶ Bekker. SCHAEFER.

P. 982. v. 22. ἑαυτοῖς] Vulg. ἐμαυτῷ. Sententia postulat ἑαυτοῖς. Et sic dedi de meo. *non sum unus eorum, quorum mores ipsis expediunt et quaestum faciunt:* quo in numero sunt blandi, gratiosi, adulatores, scurrae. REISK. Verum hoc: sed de talibus hominibus h. l. non cogitandum. τὸ λυσιτελεῖν refer ad τὸ βάδισμα καὶ τὴν διάλεκτον. SCHAEFER.

P. 982. v. 22. οὐδὲν] μηδὲν Bavaricus. REISK. Placet ut in textum hypotheticae enuntiationi. SCHAEFER.

P. 982. v. 23. ἀλλὰ τί χρὴ —] Sic interpunge cum Bekkero: ἀλλὰ τί χρὴ παθεῖν; ἂν — δανείσω, διὰ ταῦτα — ; SCHAEFER.

P. 982. v. 25. ἂν τῷ [δεῖνι] δανείσω] ἄν τῷ τι δανείσω August. primus sine δεῖνι, ut τῳ sit encliticum. Vocabulum δεῖνι uncis inclusi existimans legendum esse ἄν τῴ τι δανείσω, ubi τῳ (sine accentu) encliticum est. *si cui quid pecuniae in usuram dem.* REISK. Uncos amovit Bekker. Mihi quoque placet ἄν τῴ τι δ. SCHAEFER.

P. 982. v. 25. προσόφλειν] Subaudi δίκην *). Sed melius videtur quod dant August. primus et index Aldinae προσοφείλειν, omisso δίκην. *ideone me oportebit non solum creditam pecuniam non recuperare, sed etiam praeterea debitori pecuniam debere?* REISK. Noli audire. προσοφλεῖν Dindorf. SCHAEFER.

P. 982. v. 26. γὰρ ἐμοὶ] Vulg. γάρ μοι. γὰρ ἐμοὶ Bavaricus. REISK. Encliticum non spernam. SCHAEFER.

P. 982. v. 27. οὐδ' εἷς] Vulg. οὐδεὶς. οὐδὲ εἷς Bavaricus. REISK. οὐδεὶς Bekker. Soluta forma magis placet ob τοσούτων ὄντων. SCHAEFER.

P. 982. v. 27. σύνοιδε] σύνοιδεν Bekker. SCHAEFER.

P. 982. v. 28. τἄλλα δὲ ταῦθ'] in reliquis autem rebus, his puta, de quibus nunc agitur, incessu, voce, vultu. REISK. Mox post οἶμαι plenam interpunctionem prelum elisit. SCHAEFER.

P. 983. v. 1. μὲν ἔχοντα μάχεσθαι] μάχεσθαι μὲν ἔχοντα Bekker. SCHAEFER.

P. 983. v. 1. ἔχοντα] Id est τοιαύτῃ, οἵαν ἅπαξ ἔχει. REISK. Immo subaudi ταῦτα. *si quis haec habeat*, h. e. si quis in voce et incessu habeat quae minus placeant ceteris. SCHAEFER.

P. 983. v. 1. οὐκ εὔπορόν ἐστιν] Post haec verba videtur deesse οὐδ' ἴσως συμφέρον vel similis sententia. Nam alias hiat ratiocinium, quod hoc esse videtur: Naturam vel indolem, qua quisque praeditus sit, expellere et abiicere facile non est, neque scio an minus expediat. Nam alias nemo nostrum unus ab altero differret neque praestaret alteri, sed essent inter se similes omnes:

---

*) Quis subaudiat quod ipse scriptor addidit? Sed sic passim Reiskius. V. not. ad p. 1345, 16. SCHAEFER.

id quod obstaret vitae civilis usui, (facile enim tum non foret alterum ab altero dignoscere, unde essent plurimi errores et plurima dubia profectura,) et officeret luminibus virtutis, quae in similitudine morum, ingeniorum et studiorum per omnes homines pervagata proferre sese non posset. REISK. Nihil deest, neque hiat Oratoris ratiocinatio. V. not. sequ. Sed ipse Reiskius mirabiliter ratiocinatur ad animi habitum transferens quae dicta sunt de habitu corporis. Ceterum compares Horatii *Naturam expelles furca, tamen usque recurret.* SCHAEFER.

P. 983. v. 1. οὐ γὰρ — οὐδὲν] Subaudi εἰ εὔπορον ἦν. Sensus: *nam si facile esset, nemo non indueret habitum vulgo probatum: ut nihil discriminis talibus in rebus inter cives appareret.* SCHAEFER.

P. 983. v. 2. γνῶναι] Mihi vel maxime suspectum est hoc verbum vitii aut certe defectus alicuius. Mei quidem codices hic silent. REISK. Mihi vero non est suspectum: neque, opinor, cuiquam, qui haec legerit attentius Reiskio. *noscitare—facile est:* nam talia patent oculis et auribus. SCHAEFER.

P. 983. v. 3. ἀλλὰ τί — Πανταίνετε;] Etiam haec vereor ne minus sana sint. Ego equidem haud intelligo. Videtur sententia haec fere postulare: ἀλλὰ τί ταῦτα πρὸς τὰ νῦν ἐμοὶ [scilicet ὄντα] πρὸς σὲ, Πανταίνετε; *Quid autem haec faciunt ad ista, quae mihi nunc tecum controversa sunt, Pantaenete?* haec, vox puta mea, incessus, status, habitus meus. REISK. Atqui idem est sensus vulgatae. Verte: *Sed quid horum refert mea adversus te* [h. e. dum mihi res tecum est]? Similia v. in L. Bosii Ellips. p. 598. S. SCHAEFER.

P. 983. v. 3. [οὐδέν.]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Prorsus delevit Bekker. Recte: nam est interpretantis. SCHAEFER.

P. 983. v. 5. πέπονθας.] Malim: πέπονθας; Ut haec sit interrogatio, cui statim respondetur. Sequitur continuo idem schema elocutionis. SCHAEFER.

P. 983. v. 5. δίκην] Post δίκην posui punctum. Est enim haec altercatio ficta Nicobuli cum Pantaeneto. *Tu te quereris, Pantaenete, gravia et infanda passum. Esto. Satisfactum tibi est. Sed negas tibi a me satisfactum esse. Recte vero: neque enim ego te iniuria affeci. Nam si te laesissem, tu profecto non eras commissurus, ut me inultum transmitteres nomenque meum ad iudices deferre nil curares, cum Euergum accusares.* REISK.

